

Bibliothèque numérique

medic@

**Théophraste / Scaliger, Jules César.
Iulii Caesaris Scaligeri
Animadversiones in Historias
Theophrasti**

*Lyon : Joannam, J. Juntae f., 1584.
Cote : 41871*

41871

IVLII CAESARIS
SCALIGERI
ANIMADVERSIONES
^{IN}
HISTORIAS
THEOPHRASTI

Ex Bibliotheca Fulcentinorum Parisiensium




LVGDVNI,

Apud Ioannam Iacobi Iuntæ F.

M. D. LXXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



Extrait du privilege du Roy.

PAR grace & privilege du Roy, est permis à Damoiselle Jeanne de Ionty, fille de feu Jacques de Ionty Gentilhomme Florentin, quand uiuoit, Libraire de Lyon, à imprimer ou faire imprimer, une fois ou plusieurs, ce present liure intitulé Iulij Caesaris Scaligeri Animaduersiones in historias Theophrasti. Et est fait defence de par ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, ou personnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre ne distribuer, en ses pays, lettres, & Seigneuries ledict liure, si ce n'est par le consentement de la dicte Jeanne de Ionty : & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & datte que sera paracheué d'imprimer ledict liure, sur peine d'amende arbitraire, & de tous despens, dommages, & interets enuers ladicte de Ionty. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance dudict privilege, ledict Seigneur veut & entend que l'extrait d'iceluy estant mis au commencement, ou à la fin dudict liure, serue pour toute notification, comme si la notification estoit faite sur l'original. Car tel est son plaisir, comme plus à plein est contenu & déclaré par lesdictes lettres de privilege, sur ce donnees à Paris le quatriesme iour de Mars mil cinq cens quatre uingts quatre. Et de son regne le dixiesme. Par le Roy en son Conseil.

Signé D A S S O T.

Et scellé du grand seau en cire ianne à simple queue.

Acheué d'imprimer le dixhuitiesme May 1584.

IULII CÆSARIS
SCALIGERI IN THEO-
PHRASTI ANIMADVER-
SIONES. PRAEFATIO.

Ad Illustrem ac Reuerendum Gorost-
dum à Caumontè Cleracem
Abbatem.

INTER ea genera officiorum
qua omnibus artibus, omnibus-
que operibus adhiberi solent,
princeps esse videtur diligentia.
Nam rerum oblatas apprehen-
siones, vel cum brutis animan-
tibus habemus communes, vel earum nonnullis, tan-
quam illorum nature inuentis, nos postea ad artes
reductis vsi sumus. At enimvero compertarum ac-
ceptarumue opum habere delectum (vnde est nomē
diligentia) solius humani iudicij beneficium est.
nam & eis qui hanc in partem incubuerunt, sum-
mam comparat autoritatem: & eiusdem vel negotij,
vel contemplationis studiosis tantum adimit laboris,
quantum illi opera posuerunt. Quare cum omnibus

iis qui aliquid conati sunt, plurimum debeamus: quantum utilitatis à doctissimo quoque cepimus, tantum laudis ei ascribendum est: quantum venie meriti sunt qui errarunt, tanto plus mereantur qui emendarunt. Neque enim aut regionum comune ius, aut natura consanguinitatis, aut officia amicorum eius potentie esse debent: ut veritas ipsa cuius titulis atque imperio sapientia stat, de animis nostris deleatur. Eius igitur regnum non animi libidine quarendum, non muniendum factionibus, non constituendum gratia populari: ne, quod aciei atque perspicacie ad ipsam inuestigandam requiritur, id auferatur ab iis affectibus, per quos & docentibus temere obsequi, & nobis stolidè placere properemus. nihil enim iniquius, quam aliis imponere, nihil miserius, quam sibi accipere iugum seruitutis. Nam profecto quid agimus aliud hæc in vita, quam ut tum optimo consilio, tum secundissima fortuna nostri simus? sin id minus è sententia procedit, at saltem in hostium potestatem ne veniamus. Nemo vero nobis infestior, quam qui nobilissimis animis nostris, Deoque simillimis, vel tacendi, vel loquendi præscribit necessitatem. Sic artes trahere per initia, sic nunc demum sunt conseruanda. Neque tamen nos tam nois arrogamus, quod ab aliis vindicamus: quam nefas ducimus, quod vindicari possit, id ab aliis arrogari. Enimvero à primordis ipsis, rudimentisq; studiorum meorum nihil mihi

mihi prius, aut carius fuit, quam ut veterum me-
 moriam colerem, maiestatem recentiorum venera-
 rer. quippe illos sapientie nostrae auctores, hos glo-
 ria participes existimabam. Quapropter ita demum
 comodis meis satisfacturum sperabam, si & ad il-
 loroꝝ magnitudinem admirandam, & ad horum
 diligentiam obseruandam, & ad vtriusque aetatis
 operam imitandam meipsum compararem. Cum e-
 nim duo scriptorum genera animaduertere, vnum
 vetus, qui viderentur leges imposuisse nobis: alie-
 rum posteriorum, qui per illorum vestigia ad cer-
 tam veritatis normam suas rationes direxerunt:
 comperiebam neque illos ea inter se fuisse lenitate,
 ut praeceptori discipulus, filius patri pepercerit: re-
 centiorum vero animos adeo plenos libertatis, ut
 quas illi arces in studio veritatis sibi communisse
 viderent, & saepenumero sua putarent opera ex-
 pugnatas. Quot nunc in controuersis versatur res
 non solum naturalis, sed diuina illa ipsa quoque,
 quam & planissimam, & simplicissimam esse de-
 cuit? Quibus de causis cum post exhausta prioris
 vita officia me ad animi cultum contulissim, vide-
 remque perpetuis disceptationibus lucem, ignauis
 assensionibus tenebras afferri rebus: quod illis litte-
 rario iure obuensset, mihi quoque licere aliquando
 arbitratus sum. Igitur (tametsi serè) Platonicis at-
 que Aristotelicis sacris initiatus plurima nouis iu-
 diciis emendata intues, patere hunc aditum liber-

tatis nobis quoque scilicet: propterea quod ea que essent
 sola in ratione posita, solius rationis imperio partim
 admittonda, partim exigenda viderentur. Ergo in il-
 lorum libris quod opere studiosorum gratia laboraveri-
 mus, multis magnisque lucubrationibus, magno dis-
 spendio validitatis, magno vite periculo testatum re-
 liquimus: in Theophrasti vero disciplina quid sen-
 tiamus, tum aliis plenioribus, tum hisce minutis co-
 mentariis aliquantum declaratum puto. Qui libri
 propterea quod a Theodoro Gaza opera plusquam
 humana, iudicio diuino latini facti essent: deterruit
 me saepe ac diu recepta de viro illo opinio, ab ea pro-
 uincia suscipienda, que in illius castigatione vel tan-
 tum gloria auerari videretur. Misera vero for-
 tunam, si nos, qui beneuoli admonitoris preferimus
 nomen, reorum modo causam dicere cogamur. Ce-
 terum defensionem meam, ut est ingenua ac pura,
 ita his paucissimis verbis contineri posse mihi per-
 suadeo: si vel ille, vel alius quiuis, (neque enim aut
 Theodorum, aut Theophrastum ipsum, denique ullum
 alium hominis temere timentem titula excipiendum
 censeo) si quis inquam, errarit, cuius cuius alterius
 vel prudentiam admittat volens, vel patiat inui-
 tus animaduersionem: sin recte omnia ab omnibus
 inuenta, digesta, dicta sunt: in me unum merito re-
 cidat ista castigatio. Verum multos sane tudet, de-
 ponere illam, quam & imbibebant ipsi, & aliis de
 Theodoro tradiderat opinionem. Ego vero cum plu-
 rimis

7
 rimis maximisque argumentis illum summum vi-
 rum iudico, tum & memini fuisse hominem, & a-
 gnosco p. reginum: & scio in codices, quemadmo-
 dum nos quoque mendosos incidisse: & animad-
 uerto inter primos eiusmodi prouinciam suscepisse.
 Quæ res ei ut ad veniam causas habebant mul-
 tas: ita docebunt nos, ipsum errare potuisse. Nam
 quod strepebant Barbari quidam; verborum tenuis
 a nobis conuexatum, & utebantur y uocibus ca-
 lumniatorum, & cuius laudis partem inuidebant
 nobis, eam totam adimebant illi: etenim quidnam
 aliud Theodorus, quam loquitur aliena? Quocirca
 nos quoque, siue quæ sunt auctoris, dicimus, eadem
 in laude versari permittant: siue melius, asciscere
 cogant etiam meliorem. Quod si vel dictionis mo-
 dum: vel etiam sententias castigauimus, iam non
 aliena, sed nostra cum eloquamur, ne per Deum im-
 mortalem pro tanto beneficio ab obirectoribus
 ignominiam potius accipiamus, quam a bonis bona
 cum uenia accipiamur. Arque ad hæc quidem quo
 possem modo, conficienda cum me sæpenumero &
 accinxissem, & variis bellorum tumultibus oppres-
 sus, asiduis negotiis civilibus impeditus iactidem
 substissem: tua Gotofride Caumonti magnanimi-
 rate excitatus, auctoritate impulsus, id otij quod a
 tempore non dabatur, aut animi uix extorsi, aut insi-
 dijs exceptum suffuratus sum, in quo partiretur curas
 quotidianas cum officiis literariis: a quibus quan-

diu non decederem, tandiu me bene beatéque viue-
 re putarē. Ac tametsi videbātur hæc fortasse opera-
 tenuioris, miniméque digna qua tam illustri nomi-
 ne circumferretur: tam cum tantus philosophus tam
 accuratē in his versatus sit, me, qui frustra id labo-
 ris ab eo sumptum pati noluissem, æquum fuit, siue
 ea essent magna atque admiranda, viro incompa-
 rabili merito dicare: siue humiliora viderentur, e
 splendore tuo immortale nomen eis comparare. At
 enimvero citius mentur viri magni, quare non
 tibi cætera cuncta monumenta mea, quam quod
 hæc pusilla tuo nomini dediderim, qui enim esses
 vniuersa reipub. litteraria decus, mea gloriæ, orna-
 mentum, qua a me officia omnia proficisci possent,
 tibi præter cæteros tribuenda iure fuisse. Neque ve-
 rò ut argumentum hoc procul distat a prudentia
 ciuili, continuo disclusum est ab ingenio tuo: cuius
 apparatus nullis humanis limitibus præscribitur.
 Quæ enim est ars in Sapientia ambitu, atque orbe
 constituta, quam tu non ita attigeris, ut etiam con-
 summa e potuisse videaris? Nam cum familia tua
 per continuos successores aliquid solida atque spe-
 ctata gloria semper additum sit: effecisti, ut posteris
 deinceps vestris iam satis futurum sit, si te imitari
 possint. Quare qui argumenta haberem multa vel
 oblata, vel quasita, illud nunc demum amplum
 ac præclarum me consequutum existimarim, quo
 vterer ad significanda vestigia prisca integritatis.

te vno

re uno nominato : ita in omnibus vita partibus,
 officiis, consiliis, denique actionibus qui te ma-
 gnanimum laudat, etiam temperatissimum ad-
 mirabitur, quem natura non tam sibi finxerit no-
 bilissimum, fortissimum, prudentissimum, quam
 à Deo optimo maximo perfectum, atque receptum
 rediderit nobis, quibus pro exemplari debereris.
 Quid enim potuit exactius vel inueniri, vel co-
 gitari, quam in primaria atque adeo principe fa-
 milia humanitas incomparabilis, in summa po-
 tentia equabilis disciplina, in animo bellicoso exa-
 cta scientia litterarum, in corpore inuictò studium
 cedendi etiam victis, in tempestate turbulenta at-
 que factionibus discerpta constantissima iudicium
 pietatis? Qualem verò tandem dicemus virum,
 qui & sibi iubere, & temporibus imperare possit?
 nunc nuper ardente bellis Regno, atque iccirco lit-
 terarum studiis per Fortuna acerbitatem obsoletis,
 te inter arma necessario maxime tempore presentem
 senserunt exercitus, Sapientia studia sui memorem
 absentem agnouerunt : cum non animi precipitem
 impetum ad militiam efferendam afferres, sed ar-
 dorem militarem animi compositione redderes in-
 superabilem. Age inferamus oculos in conuentus,
 atque societates hominum, circumspiciamus sæcu-
 lum hoc : qua remissiora ingenia sine comparatio-
 nibus non permouentur, ex virtutum solitudine
 atque vastitate magnitudinem tuam contemplan-

tur. Itaque qui te omnium cogitationum mearum
 principem, officiorum auctorem existimarem, &
 grauioribus meis studiis dignam semper arbitratus
 sum propter animi diuinitatem, & subtiliores lu-
 cubrationes ausus sum reponere in sedu tuo, in quo
 nunc ita fouerentur, ut perpetuo posthac crescerent.
 Nam qui eas legent, haud dubito quin laborem
 pene immensum probent, exactissimis iudi-
 ciis acquiescant: qui non legent, maxi-
 mas nihilominus fuisse putent,
 que tuo nomini conse-



BENI



BENIGNO LECTORI.



VANTVM ingenio ualuerit, doctrina
 floruerit, ac plurimis scribenais promptis-
 sima dexteritate celerus fuerit Iulius Scali-
 ger, nostri seculi deus, non tantum se in-
 omnes in bonis litteris aliquatulum uersati,
 sed etiam uehementer quidem admirantur, & stupent. Ma-
 gis autem ipsi mirarentur, si tantum hominem, ac tam pre-
 stantem cognoscerent, ortum uetustissima splendidissimaque
 Veronensium Scalligerorum stirpe, primis annis maiorum
 suorum exemplo, generoso spiritu excitatum, stipendia fe-
 cisse, armaque diu tractasse in Italis ac Germanicis exerci-
 citibus, nulla studiorum uoluptate profusus inuitatum: deinde
 prouecta iam sat etate, armorum & Martis cum ipsum re-
 deret, cogitaretque, ad nominis & glorie immortalitatem,
 uiam esse tutissimam ac expeditissimam scientiam bonarum
 artium, ingenio statim omnium disciplinarum rapacissimo
 & capacissimo, abiecto uite prioris instituto, sic humanis
 totum se litteris tradidisse, ut temporis breui spatio,
 quaecumque docent Latini, quaecumque Græci, incredibili
 profectu disceret, solertissime cõprehederet, memoria tena-
 cissima complecteretur, & diuina quadam mēte supra omniū
 fidem exerceret, ac tandem ingenij monumentis illustraret.
 Porrò cum ab eo summo uiro & iuuande reipublicæ nato
 innumera ferè litteris prodita & conscripta fuissent, quæ-
 dam utilissima nobis exierunt, quædam post illius excessum
 bello ciuili in omnibus Galliæ partibus accenso, & furente,
 perierunt, ut fama est, partim direpta, partim surrepta,
 quorum

quorum sanè iacturam haud sine causa dessemus, ac quere-
 mur. Inter eius opera fuit & istud, quod ab amico nactus,
 Iosepho Scaligero eius filio, Lugduni cum esset, tanquam
 hereditatis paternae quondam portiunculam, reddere uolui,
 & ut acciperet, haberet, auferret, institi. At candidissimus
 ille Musarian cunctis amicis, & alumnis, propter insignem
 eruditionem charus, & quamuis plena, quod dicitur, manu,
 ab illis omnibus, non tamen pro merito, laudatus, ut excu-
 dendum id curarem, magnopere contendit, & rogauit: quod
 feci libens, tum ut hoc officium praestarem. Manibus uiri,
 genere, doctrina, scriptis, stirpe, ac liberis, cum primis su-
 spiciendi: tum ut Iosephi quem unice diligo, ac colo reue-
 renter, precibus obsequeretur: ac denique Respublica litteraria
 hoc thesauro, tam locupleti, ne fraudaretur, cuius diuitiae
 quantae sint, ut tuipse iudices, cum legeris, satius esse pu-
 tavi, quam multis id uerbis explicare: praesertim cum sit co-
 pertissimum, nihil ab ingenio tam excellenti profectum,
 quod egregium, rarum, & maneris omnibus absolutum non
 sit. Adiecte sunt & in Plantarum historiam, quas
 Theophrastus memorauit, Anotationes di-
 ligentissime, ac exactissime, uiri cu-
 iusdam in ea tractanda mate-
 ria perspicacissimi, &
 exercitatissimi. Vale.

I V L I I



JULII CÆSARIS

SCALIGERINI

Historias Theophrasti

Animaduersiones.

EX LIBRO PRIMO,

CAPITE PRIMO.

H ἢ τὰ φύλα ἐκ ἑχθρῶν, ὡς ἀπὸ τῶν ζῴων. Sed
 nat, quoniam ἑστὶν sunt principia
 agendi: ἢ ἄβη, patiendi.

2 Καθὰ πρὸς ἐπὶ τῶν ζῴων τὰ ὕστερον γι-
 νοσώμενα. Theodorus, vt scilicet a-
 nimalium partes, quæ postea concrefcunt. At ex
 partes non concrefcunt: sed animalibus, quæ iam
 creuere, multa accrescunt, siue agnascuntur: veluti
 vltimi dentes, & cornua ceruis annua. aduerbium
 tamen, postea, adiuuat.

3 Βρύον Theophrastus dicit πύρενον: atque etiam
 partem arboris autumnat. Theodorus muscum ap-
 pellat. At muscus, arboris pars non est: sed seorsum
 eius origo ex terra arboribus aggesta, aut agnata,
 ex humore, atque aëre circumstante. Quippe etiam
 super lapidibus nascitur. Est autē βρύον in olea id,
 quod proportionem gerit floris. Pro musco autem
 Nicander cum accipit, aliud sanè intelligit, quàm
 quod hic Theophrastus, vbi fallitur interpret: ne-
 que enim, quæ affert, ad eum locum faciunt. At
 enim,

enim, βρύον herbam esse folio portaceo. At hoc genus alga est. Cui tamen in quarto lactuca folium, non porri Theophrastus assignat. Idem Nicander alibi βρύον, pro germinibus ponit. Sanè βρύον pululare est: vnde etiam vox nostra, fructus. Hic igitur est, quod & infra. βρύον μέρος ἐπὶ τρεῖς ἑκατὸς πλεῖν καρποποιάν, sicut & flos. Quatuor igitur significat, Pululationem, Alga speciem, Muscum, Analogū floris. Quare putavit sibi licet: in duobus Theodorus, quod in quatuor Græcia ausa est. Verum aliud esse debet sapientis consiliū, aliud fortuita populi consuetudo. Nam ea quoque tenuit id, vt lupulus vulgò, Bryum appellaretur. hac nanque voce, & à scandendo, alicubi populares nostri Brusculum nominant. Apud Dioscoridem quid sit βρύον, alibi diximus. & Hermolaus multa congesit. Ita leges apud Aristotelem in miraculis auditis, βρύον, καὶ φύκος πλάττει, non ὄφισ.

4 Ait Theophrastus, de partibus dubitari. Intellege duplicem dubitationem, prior nanque ratio de iis est, quæ definiunt partes esse: vt fructus, altera earū quæ postea generantur. Itaque nec post illarum defectum, neque ante harum exortum, arbor ipsa videtur posse dici tota. Addit igitur pro secunda ratione, καὶ ὅτι ἐπιφύσσει λαμβάνει τὰ δένδρα καὶ ὀγκυλίων. Theodorus, Annuatim incrementum capessunt. At (incrementum) nō assequitur πλεῖν ἐπιφύσσει. Neque enim consimiles partes intelligit: quippe in animalibus esset eadem dubitatio; sed condissimiles. Accipiamus ramos per partes superiores, & stiones, pro iis, quas appellat ὀφισ τὰς ἑλίξας. οὐδὲν βούρει ἡ δὲ λαμβάνει μισθὸν ἡμῶν βασιλεῖς, μισθὸν ἡμῶν, τῶν

Τὸ ἢ μῆρος πλῆθος ἀόριστον ἔσται. Theodo. Multitudinem incertā. Verū aliud incertū, aliud indefinitū, neque sanè alterū cum altero cōuertitur. Multitudo earū quoq; partiū, quæ extant, incerta est: non enim numeratur. at ἀόριστον dicit, nullo interea sine certo terminatū: ita multitudo incerta erit, & finita tamē, vbi verò aliis partibus suberescens prioris numeri ratio perturbabitur, fiet ἀόριστος: transmissis scilicet finibus, atque etiā sublatis, quibus præscribatur.

6 Inquit Theoph. Si nō sunt fructus partes: eueniet, eas non esse partes, per quas ipsa planta perficiuntur. Ea sententia in disceptatione posita est. Nā qui fructū negabit esse partē, negabit itē fructu plantam perfici. Neque enim fructū esse perfectionē in nidui, sed speciei: sicut semen in animali, aut fœtū.

7 Post hæc dicit, Τάχα ὃ &c. fortasse. Notabis Philosophi modestiā, tum hīc, tum alibi. Sic præceptor eius sæpenumero vtitur voce illa, ἰσως &c. Simul castigabis immodestiā eorum, qui diuini viri Aulicennæ pudorem in eadem causa reprehendunt.

8 Ἐὖ ὁ ἀπὸς τῆς γένεσις. Theodo. Neque singulis annis oriuntur. Malè addit de suo (singulis annis.) Quippe etiā alternis oriuntur quædam, & Romane vocis vsum deprauauit (oriunda) participiū quoque (orientia) plus explet sensum: amplius enim tempus amplectitur.

9 Εἰ ὃ τῆς ὥρας ὁ ἄψ τὸ γε καλλιγῆσι: ἔθ' ἐν σήμεριον. Mira breuitas. Dicit: non esse perfectionē, quantum attinet ad substantiā, sed ornamentum, & accidens. Theod. transtulit: ὁρα ὁ ἄψ, temporis clementia. Melius sic. Quod si suo quaque tempore pulcherrimæ videantur.

tur.

tur. ὅτι enim ad visum, & spectaculum, vt etiā rem eleuaret: quia potius videantur, quā sint. Id quod Theod. minus perpendit: iccirco vertit, reddantur.

10 Τὰ ζῶα ευθεῖα καὶ αἰσθητά. Verba, ευθειῶν, ευθειῶν, ευθεῖων, cōmunia Aristoteli, & Theophrasto: sicut contrariū apud Hippocr. secundo de morbis, ευθειῶν, & vulgatum αἰσθητά. Theod. vertit, pulchriora, plenioraque redduntur. ad verbum, & Romanè, & breuiter, & exactè: habitiora. τὸ ἀρετῆ. Homeri, interpretantur ευθειῶν.

11 ἰδίον ἀτόπον. Theod. aut temerè factitatū. At multa sūt temerè quæ recta sunt, non ἀτόπα. Quemadmodum iniussu Imperatoris pugnare, & vincere. Id quod Manlius fecit filius Dictatoris: & Q. Fabius Rutilianus Magister equitū. itaque ἀτόπον non est temerè factum: sed id cui in natura locus est nullus. Absurdum latini dicunt.

12 Φυλλορρεῖν. Theodo. Iactura foliorum. Ira iacere dentes in historiis animalium: id est amittere: dicit Philosophus. vtitur enim hoc verbo, βίλλειν. quibus in locis abstinet latino peculiari Theod. ac pro eo vtitur illis, amittere, mutare. Rectè sanè, vt. nā & hīc. neq; enim iaciunt plantæ folia, quin ab ipsis vel (si liceat ita loqui) inuis abeunt illa. Siquidē negauit suprà vllis actionibus præditas esse plantas.

13 Ἀποκαθαίρειν. Theod. secernantur. Secernuntur ea, quæ non sunt continua, sed discreta in quātitate coaceruata, aut coherētia, quibus verba conueniūt, discernere, & secernere. at ἀποκαθαίρειν significat tollere partē ex quantitate: latinè expurgare: ad vtranque autem pertinet: in qua aliquid superflui tollendum sit. Intelligit hīc Theophrastus, vmbilicos.

14 Ait Theophrast. Generatio est propter perfectā generationē. Hoc sic intelligo ex libris præceptotis: cum quippiā gignitur, aut aliquo oritur modo, tamen si tunc perfectū non est; tamen est (vt aiunt Philosophi) in via perfectionis. Itaque & si quid deest, accessurum: & si quid superest, amissum iri.

15 Ὅλως, ὅ καθαπερ εἴπομεν, ἐδὲ πάντα ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ληπτέον. διὸ καὶ ὁ ἀριθμὸς ἀείρεται. πανταχῆ ἢ βλαστῶν, ἢ τε καὶ πανταχῆ ζώων. Repetit sententiam superiorem Philosophus: quam cum supra sub du bio poneret, nunc alleuerat. dicebat enim: τὰ καὶ ὅ ἔχ' ὁμοίως πάντα ληπτέον. Intellectio autem hæc est: non negat, quærendum æquè esse: sed quaestioni omnia respondere. Verum inter has similes sententias dissimilem posuit diligentiam. ostendit enim vtriusque partium æqualem similitudinem, tum necessariarum, tum superfluarum. scribe, ζῶν, nō ζῶων. Neque enim, ζῶων, plantis cōuenit. quemadmodum in commentariis super plantis Aristot. declaratum est. Ponit autem pleniorē rationem, quare numerus non sit finitus. Quia, inquit, germi nandi vis finita non est. Deinde est rationis ratio. Germinatio ab anima est: tum est minor propositio demonstrationis. Anima omnino intus est. conclusio. Omnino potest germinare, vt & hinc elicias, generatiuum spiritum, eiusdem esse anime, quæ informat: id quod in libris de semine genitāli exactius est disputatū. Dico omnino πανταχῆ. non quod significet omnem plantæ partem, sed temporis progressiōnem. Nam tamen si planta ubique animata est: tamen non vndecunque germinat. non est igitur βλαστῶν omni sui parte.

B

18 LIBER PRIMVS

16 Περὶ ἐργον. superuacuū. Theodo. rectè: at cum ad-
dit, ac recusandum: id sanè ἐπιέρχος.

17 Ἡ δὲ ἰστορία. Hic præceptoré imitatur: qui in hi-
storia animalium ita procedit, & à partibus inci-
piens diuidit eas in exteriores, & interiores: easq;
digerit, per genera, per species, & per analogiam.

18 Καὶ ἀπλῶς ὅσα ἐν ταῖς φυταῖς ἰσομοιωτέον. Non so-
lùm per analogiã referendas esse ignobiliore plan-
tas ad nobiliores propter similitudinem & perfe-
ctionem, sed etiam ad ea, quæ in animalibus explo-
rata sunt nobis: vbi locus is diligentius est exami-
nandus. Animalia nãque & à natura sunt posterius,
quàm planta, instituta: & nobis minus nota: quip-
pe mobilia & vaga subtrahunt sese cõtemplationi
nostræ. Quare mirum sanè quemadmodum notiora
ad minus nota referamus: verùm sic accipiendum
est. Hominem esse sibi notissimū, si partes; consi-
deres extimas. eūdēque ea de causã positum esse
ab Aristot. pro norma eius cognitionis, quæ circa
cætera animalia versaretur, præterea multas esse
animantes, quæ στανθρωπιούται, easque iccirco
longè, quàm plantas ipsas, notiores esse nobis.

19 Αἱ δὲ τῶν μερῶν διαφοραί. Hoc esse debuit caput al-
terum. hæctenus enim cognoscendi modum inue-
stigauit: Diuidit autem ex præceptoris instituto,
κατὰ τὸ ἰχθῖν, καὶ μύ. Debet enim esse prima diuisio:
siquidem cõtradictoria est, ad quã contraria cætera
referantur. Facit autem differentias tres: est, & nō:
æqualia, & inæqualia, & tertio loco, similiter, &
dissimiliter, propterea quod similia qualitate pos-
sint esse, eadēque ex situ dissimilia: vt ficus, qui
sub foliis, & qui suprà: quãquam loci differentia
potius

potius hæc sit: situs autem ratio euidentiore illo exemplo: quia quedam hærent plana, quedam ab latere. plana vt lilio: ab latere, vt capillis venetis. Quare autem posuit similia, & æqualia: & cum posuit, similiter: non addidit æqualiter? Quia, simile, nota est qualitatis: similiter, autem dispositionis: similia sunt duo folia: exempli gratia, asari, & edera: orbiculata in mucronem, lauia, nitida: at dissimiliter sita sunt: illi inflexa, & languida: huic surrecta, & rigida. At enim uero quæ æqualia sunt, ea nisi æqualiter habere queunt. Neque enim quantitatis prædicamentum sibi simile generat: Nam tamen si æquale, & æqualiter, sunt in quantitate: à quantitate tamen non sunt, sed à similitudine in relatione. Omitto nunc exactiores disputationes, de æqualiter inæqualibus, & è contrario. Pertinent enim diuersa ratione, ad partes inter se: & ad partes intra se, sed hæc sunt operæ altioris, & à nostro sæculo temerè exturbata: putant enim partem suam sapientiæ multa nescire: cum tamen hoc ipso, Deus sit. At illi ex alienæ temeritatis odio in sui odium delapsi sunt.

20 *ἴσ.* Theod. paria. magis latinè, quàm philosophicè: etenim, par, apud sapientes differt ab æquali. verum rectè hic fecerit: at non rectè, vbi dixit, ἀισότης, disparitas. disparitas nanque est, ἀεισότης, inæqualitas, dictum oportuit. deinde diuideret in multitudinem, & magnitudinem, vtrique enim cõpetit.

21 *ὑπεροχῆ ἢ ἑλλείψει.* Hic quoque acuedus lector est: namque ὑπεροχῆ ponit rem, & addit, ἑλλείψει ponit rem, & demit: excessus statuit rem, & addit.

defectus non semper statuit rem, cui demat: sed aliquando totum tollit. itaque τὸ μὴ ἔχειν defectus est. ἢ ἄλλως differt. habet enim, sed non tantum, vel numeri, vel magnitudinis. Quarenda igitur alia vox latina; qualis diminutio, aut melior.

22. Τὸ ὃ μὴ ἴμοιοι, τῆ θίσει διαφέρει. Theodorus. Nō similiter vero posita constant. Nunquam ea verba intellexissem. Candidius sic. Cum similia dissimiliter affecta sunt: ea differentia euenit propter sitū. Articulus enim ille (τὸ) cogit prudentem interpretem ad eiusmodi loquutionē. Notabis verba hæc. existunt, redduntur, constant, à Theodoro adeò frequenter poni: vt sine more, modoque sapè fiat.

23. Καὶ ἀπὸ τῆ δένδρου. Theodorus. atque ipsarū arborum, videtur tamen eiusdem fructus arboris, nō diuersarum inter se comparasse. Tunc sic Theodorus errauerit, quòd si sycaminus ex trunco tantum fert: ipse Theophrastus minus sibi constat, cum dixit numero singulari: ἀπὸ δένδρου. præterea perpendes, cur non potius, τῆ ἀπὸ. postremo exactiore iudicio statuas sic. esse loci differentiam, non autem positionis, aut situs. Situs autem exemplum erit: quod fructus quidam insident, vt in scolymis. aliqui pendent, vt cerasa: aliqui hærent, vt papilla, quas fert quercus.

24. Χαμαζιφάρα. Falso putarunt esse eam, quam terrestrem zizipham vocat vulgus. Nanque in nostrati agro ea sunt chamazizipha.

25. Καὶ ἢ τὰ μὲν μίχρον ἔχει, τὰ ὃ μί. Exempla & diuisionem eorum, quæ habent pediculum, & quæ nō; enumerauit Theophrastus, ἐν τῷ μὴ ἴμοιοι ἐγγύς & malè.

& malè. est enim $\chi\delta$ τὸ ἔχειν, χ μή. Pediculus nanque pars est. quæ vero sunt pediculo flaccido, aut firrecto: ea $\chi\delta$ τὸ πῶς.

26 $\epsilon\iota\alpha$ χ τῆ ταζεί. Hoc est, $\sigma\phi\delta\varsigma$ τὸ ὁμοίω: ἔχειν. relatio ex loco.

27 Τα μὲν ὡς ἔτυχε, τ ἐλάτης. Theodor. legit, roboris, non abietis. sane etiam alibi Philosophus abietis ramos ordinate dispositos scribit. & Plinius in xv i. & piceæ, & abieti ordinatos, robori inconditos attribuit. Sic igitur leges, τα μὲν ὡς ἔτυχε, τ δρυός. τ δ ἐλάτης οὐκ ἔστι. Næque si sunt, κατὰ γλήκας, nō sunt, ὡς ἔτυχε. Nota, ὄζοι, & à Plinio, & à Theodoro interdum ramum esse, aliquando nodum. etiā Theoph. ipse variè vitur.

28 $\mu\sigma\phi\eta\iota$, tam hic, quàm alibi, Theodorus formā interpretatur, latine quidem, sed minus ex vsu Philosophorum. Figura melius dicitur ἔδος, verus verbum: ἐνδελείχεια, nouum. ab ipsis tamen philosophis etiam receptam inuenias alieno significato.

E X C A P T I F.

29 Πρῶτα, χ μέγιστα, χ κοινά. Primæ, maxima, cōmunes. Primæ, propter constitutionē. prior nanque radix ceteris est. Maximæ, ad quantitarem. Hac enim reliquis maxima ex parte præstat caulis. Hæc est quantitas in individuo. Cōmunes. Hæc est quantitas generica: cuius speciei participes sunt. καυλός generis nomen est. ἑλίχος arborū tantum. stipes, vnde & stirps, de solidioribus tantum: si ἔτυμον sequare. ἑλίχος adhuc Itali vulgo exprimunt, tamen corrupta voce, stecco.

30 $\lambda\epsilon\iota\mu\omega\tau\alpha$, ramum interpretatur Theod. ἐλάδων.

furculum. Ramum latini sine discrimine nominant.
 Brachia autem maiora. Ratio tamen Græcorum no-
 minum nequaquam hunc usum sequetur. ἀκρέμων
 enim erit, τὸ ἐν ἄκρῳ μίμων. hoc autem est mino-
 rum, siue tenuiorum. κλάδος autem habet ἔτυμον,
 pro significato: παρὰ τὸ κλάθει. id quod facilius fit
 in minoribus, hūc ubi furculum interpretamur, re-
 ctè fit, quod cum sit diminutum à suro: surus erit ra-
 mus grandior: est autem vox antiquior, quàm ut
 nunc recipiatur. Animaduerte, non omnem καυλόν,
 esse quemadmodum dicit, ἰφ' ἑν, id est, simplicem.
 repugnat enim natura τῆς ἑδμῶν. Neque κλάδος,
 ἰφ' ἑν. Quippe furculi non pauci sunt χιζόμενοι.
 31 Ταῦτα οἰκειότερα τῶν δένδρων. Intelligit κλάδος, καὶ
 ἀκρέμωνας. Theod. Sed hæc potius arborum generi
 conueniunt. non expressit per verbum, conuenire,
 τὸ οἰκεῖον.
 32 Ἐχὶ δ' ἑκάστη ἑστὶ ἕτερον. καὶ αὐτὸ δ', ἀλλ' ἐπίτερον. καὶ
 ὅσα χρονώτερον ταῖς ῥίζαις. Seipsum expressit, aut imi-
 tatus est infra. καὶ ὅσα διετίθει. καὶ ὅσα δ' πλείω χρόνον ἔχθι.
 Sententia hæc est. Alia caulem habere: alia nullum.
 quæ habent, aut perpetuum: aut non. Quibus perpe-
 tuus non est, aut intra annum interit, quia etiam
 radix perit: aut interit quidem, sed vigente radice
 ultra annum, ipse quoque restituitur: tamen non
 idem. ut repullulandi vim attribuas plantæ, non au-
 tē cauli. alter enim est, qui repullulat. Animaduertes
 peripateticis cognatam breuitatem. Duo nāque si-
 mul congeisit membra. primum est, ἀλλ' ἐπίτερον,
 alterum, καὶ ὅσα χρονώτερον. verum, uti dicebam, non
 est χρονώτερος: quia iam interit ille. alius autem
 subnasci

subnascitur, non renascitur ipse rediuius. itaque addidit, *ταῖς ῥιζαῖς*. id est, in vi radicum. prior caulis est annuus: vt loquuntur Iureconfulti: annua, bimata, trima die. id est, anni implens spatium. in altero caule natura annua est, tum eo significatu, tum etiam vulgatiore: vt annua sacra cum dicimus, id est, anniuersaria. Theodo. non expressit diligentiam illam. *ῥησιμώτερον ταῖς ῥιζαῖς*. neque diuisionem vtriusque membri. Non, inquit, perpetuum, sed annum tantum: ceu quæ diurnis radicibus viuunt, malè, & mutilè.

33 Πολύχου nota verbum, quo etiam infra vtitur. & πολυλία. Theodo. feliciter, multiplex. verum idem vbi dicit: & proportione: melius sic, sed proportione. Quippe nihil commune est generica, sed proportionali communitate. Sic enim Theophrastus. *τὰ δ' ἀναλογίαι*. non autem, *ἔτι τὰ*. Quia dixit in summa, *καλεῖται δὲ ἰπείνη*, declarat rationem difficultatis; quæ ratio est rationis, scilicet *τῆς ποικιλίας, καὶ τῆς πολυχίας*. quoniã, inquit, *μηδὲν ἔστι κενόν; λαβεῖν, δ' πᾶσιν ὑπάρχει*. varium igitur sanè hoc & multiplex negotium; si particularim certæ species iccirco sunt percensenda, quia ad nullum principium vniucum reduci queunt. Explicat deinde id minutatim, quæ cognoscere propius oportet: precium est: negat omnibus radicem subesse. exemplum ponemus nos. Leticulam aquæ, & malobathrum, si vera Greci fabulantur: vtroque ramorum genere carent multa: quippe etiam caule, non floret ficus: capilli veneris fructum ferant nullum. Hactenus sine controuerfiat eum addit, *ματτιέ*. id sanè controuersum

est: sed esto. verum cortex nulli penitus denegari potest: tanto minus vena, non enim alerentur, at hoc est principium viuendi: omnis autem planta viuit. Nam exempla quæ ponit, cõtra ipsum stant. habet enim fungus & venas, & neruos, itẽmque tuber. Et quod ait, analogiã in his potius esse: ea pura euasio est: duritia nanque & mollitia, paruitas & moles, non variant substantiam. si enim conferras qualescũque volueris species: quemadmodum diximus, aliã: nullam alteri æqualem inueneris: essent enim eadem: neque neruus in specie nerui, æqualiter prædicatur de neruo leonis, & neruo hominis: sed in genere nerui ampliore: sub quo, alterutrum etiã habes, quod præferas, & alteri. Illi, & aliis: qui que sit aliorum quasi regula, & mensura quædam, verum si officia, & causam finalem spectes, æqualitas est in prædicatione. Omnis enim nerui finis est, sensus, aut motus, omnis venæ, receptio, & transmissio alimenti, in substantia igitur est analogia, non solum in plantis, verum etiam in animalibus: in officio est æqualitas, non solum in omnibus plantarum speciebus, sed etiam inter omnia genera viuentium. Itaque quod addit, in arboribus tantum esse, ne id quidem cõcedimus, sed manifestiores tantum, dixit tamen hoc ad præceptoris imitationem, qui *παιμα* infecta dicit, & statuit sanguinis proportionẽ, nõ veram speciem. Illud etiam accurata diligentia dignum est, ait enim Philosophus. Organica quædam esse *πολυειδῆ*, sane pes constat neruo, vena, & aliis. quædam verò *μονοειδῆ*, vt vena. non rectè igitur sic diuidunt.

Membra

Membra quædam simplicia, quædam organica. caute autem & prudenter dicit organici, siue πολυειδέες, siue μονοειδέες, partem non esse ὁμοιουμον cum toto, id est, eiusdem nominis. sed ἀνώμου, id est, ei nomen positum non esse. sanè in iis, quæ sunt πολυειδέη, non potest nomen idem poni: propterea quod con significat compositionem pes: at in iis, quæ sunt μονοειδέη, pars vena, vena est: si materiam spectes: si officium, non est.

EXCAPVT III.

34 **A** It corticē & medullam, consimiles. His autem priora, ex quibus ipsa consistunt. humor, caro, nervus, vena, non rectè: nam si cortex ex vena, nervo, carne, humore constaret: erit pars aliqua in cortice, quam corticem non dicas.

35 Declarat quid sit μίχος. pediculus tam folij, quam fructus.

36 Βρύον, ut supra memorauimus, ait esse partem ἐπίτειν ad καρποποιαν, in quibus est. sequitur præceptorem. illis verbis, ὅλα ἔχει. intelligit oleam.

37 Καὶ ὅτι πᾶσι σπέρμα τὸ ἐν καρπῷ. Theodo. & super per omnia semen fructus, ut fructus sit possessiuus casus: effugiat ambiguitatem: & pronunciet nomen in plurali; semina fructuum: aut pronomen addat, fructus ipsius.

38 Καρπ. ε. declarat fructum esse semen cum tegumento, quod ἀειμάριον vocat. Nihil imprudentius à Theodoro, qui ἀειμάριον, carnem dixit. Nam quot fructus semine constant, & tegumento, vel osseo, vel testaceo sine carne? contemplare strobilum, & conum cyparissinum, & alia. Animaduct.

B 5

res etiã iudicio exactiore id. si καρπὸς ἐστὶ, τὸ συγ-
κείμενον ἐν σπέρματι, & ambiente, siue testa, siue
carne: qua ratione potius non dicatur tegumen-
tum illud, σπέρματιον. nihil enim seipsum ample-
cti potest: quippe continens à contento, aliud.

39 Παρὰ τὴν ταύτην ἐπίων ἰδίᾳ ἀτὰρ, καθάπερ ἢ κικὶς δρυὸς,
καὶ ἢ ἐλίξ ἀμπέλου. Mala comparatiō. Galla enim fru-
ctus est: capreoli natura alia: pars enim officinalis:
Est etiam capreolus & leguminum multorum, &
cucurbitarum: non autem vitis ἰδίως.

40 Καὶ τοῖς μὲν δένδροισιν ἔστιν ἕτω διαλαθεῖν. τοῖς δὲ
ἐπιτείοις δῆλον, ὡς ἀπαντὰ ἐπέτεια. Sententia fatis fa-
cilis: nam si totum annuum est: etiam partes. iecit
eo addidit, δῆλον, ne esset frigidiuscula.

41 Ὅσα ἐπιτείουκαρπα, καὶ ὅσα διετίττει. Durant enim
ad fructum vsque ea, quae annuōs fructus ferunt.
τὰς αἰτίας καὶ ὁ καυλὸς ἀπολιθῆσθαι καὶ λόγον. Theodō.
his omnibus caulibus quoque pro ratione cōueniet.
Nōn est verbum explens (conueniet) ἀκολουθήσθαι.
Sed sequetur temporis tractum, vsque ad maturi
fructus tempus.

42 Καὶ ὅταν σπέρμα φέρειν μέλλωσι, τότε ἐγκαυλῶσι.
Theod. cum semen parturiunt, caulem tunc emit-
tunt: at longo post tempore, quam caulem emise-
rint, parturiunt semen. est siquidem parturitiō li-
men, & aditus pariundi. itaque Theophr. μέλλωσι.
Cum futurum est, vt semen ferant, caulescunt. Ad eō
verò verū est, quod ait Theophr. vt lactucas: cum
di generi tempestiuū est, vt sementescant: si tunc
feras, exeant eum caule.

43 Ἐνεκα τῆς σπέρματος ὄντων τῶν καυλῶν. Videamus an
vera

vera sit hæc propositio. Caulis est propter semen. si omnia, quæ caulem habent, semen habent: verum est: at filix caulem habet, semen non habet: item multa alia: neque omnis fructus, aut semen in caule: non enim arachidis. intellige igitur certo in genere: neque in caule fructus albo chamaeconti.

44 Τῶν ὁ ἀρτεῖ ἐρημένων μερῶν. Explicatius celebrat, quæ attigit. tamen & nunc, & tunc τύπα: ὡς, inquit, ἐν τύπῳ λέγοντας. Theodo. durissime, nota inquit, reddere subignationis. Nemo latius hic intelligat, quid sit subignatio. ὑποτύπασις figura est, de qua in tertio poeteos à nobis, sed nihil ad hæc: ceterum tanta est frequentia huius vocis in hisce libris, vt Theodorus fastidij vitandi causa, pariat fastidium.

45 Τὸ μὲν οὖν ὑγρόν. humorem Theodorus interpretatur rectè. & ἰσπύ: liquorem: alibi succum: alibi lac. in principio noni satis declaratur.

46 Μετάλαμβάνουσι. Theodorus, confortiuntur, mutantur: nam quæ partes yniuocæ sunt sub eodem genere, ea erunt æquo iure nominis eiusdem confortes, quæ analoge, aut æquiuocæ, nominantur.

47 Διὰ τῶν γνωρίμων μεταδράσκον διὰ τὰ ἀγνώριμα. Theodor. Notis ignota persequamur. sensus mutilus est, non enim dicit τοῖς γνωρίμοις. neque sunt instrumenta cognoscendi, sed media, quemadmodum vocant philosophi.

48 Μίξει πῶσον ἢ πῶς ἕκαστα μετέχῃ ὁμοιότητος. Theodorus, Quantum, & ad vsque, & quomodo similitudinem singula contingere videantur. Nota, at

28 LIBER PRIMVS

tingere similitudinem. & tres facit partes. Quantum; &, adusque: &, quomodo. at, quantum, est, adusque: terminus enim est extremum quantitatis, & generis eiusdem cum ea. Theophrastus τὸ μέτρον posuit finem ἢ πρὸς, & modum ἢ ὡς. vtrunque autem ad qualitatem hic refertur. Nam τὸ πῶς est qualitatis per se. τὸ ὅθεν, per accidens. Id quod etiam Galenus docuit nos non semel. Est igitur inter herbas ex viriditate similitudo. hoc est, ἢ ὡς. At similitudo, ἐκ ἢ πρὸς. propterea quod alii alia viridiores, aut fusciores. sic igitur interpretarer: quatenus, & quomodo similitudinis participes sint. Nam, adusque, hic nihil sonat. & sanè modus hic significat, quod alij, gradum, dicunt.

49 Εἰλημμένον δὲ τῆς μέρων. Ait partibus positis, earum differentias persequendas. Hac enim ratione naturam cognitū iri. sanè pars, quasi materia, erit differentia, veluti forma. Iccirco addit, εἰσα. Quia in lib. Physico. & in secundo de anima, & in septimo Metaphysices, materia, forma, cōpositum, εἰσαί ποίσι ἡσί. Theodorus maluit dicere naturam, quam substantiam, non solum hic, sed etiam alibi: vt est videre in fine capitis sequentis.

50 ἢ ὁτιῶν, ἢ θερμότηα σύμφυτον. Theodorus, humorem, & calorem insitum. Insita quaedam sunt etiam non à natura. adderet igitur ea quoque verba, à natura. hoc enim φῶσις est in verbo, σύμφυτον. breuius quoque diceret, connatum. vt declararet ea esse principia constitutionis. Neque leuis est castigatio hec: id quod mediocriter doctis videri posset. ἢ ὡς ἡπολιπόντων γινέται γῆρας, ἢ φθίσις. Scribendum,

dum, *ὑπολειπόντων*, quo tractus deficientiæ intelligatur. Sic enim fit senectus, & tabes. hoc est, *φθίσις*, quod minus recte à Theodoro, diminutio. Nam diminuuntur corpora labore quotidiano, inedia, vigilia: at non tabescunt eiusmodi quotidiana diminutione. Est aut naturalis *φθίσις*, senectutis definitio, ex Galeno: vnde trahunt hanc urbanam dubitationem, qua ratione senex sanus fit: cum senectus fit vitium sanitatis. est enim, *φθίσις*. In verbis autem sequentibus proposuit mortē deficcationi. *τελέως ὃ ὑπολειπόντων, θάνατος ἢ αἰνασις*. minus commodè. Hæc enim illam anteuerrit. Theodorus autem primum *ὑπολειπόντων*: cum deficere incepere: male: neque enim initium illud senectæ est, sed initium senectæ: quare intempestiuè de suo addidit: sed deficientibus. tractum enim illum, de quo diximus, significat.

52 *Ἐν μὲν τοῖς πρώτοις ἀνώνυμος ἢ ὑχρότης*. Quia sine differentia, communi nomine dicitur, *ὑχρόν*. In aliis autem, inquit, nomē habet: vt dixit. Intelligit, *ἰπὸν* in papauere, & planta, tum medica, tum Cyrenaica, item *δάκρυον*, in myrrha, atque aliis: quemadmodum in nono dictum est.

53 *Τὰ δ' ἑαίμα λέγεται*. Theodorus, sanguinem habere fatemur. Seneca in declamationibus irridet, & suo & alieno iudicio figuras hæc loquendi ambiguas, & merito. Quid enim hic, è Græca, eaque attica simplicitate, *λέγεται*, ad latinam seueritatem, fatemur. fateri est interrogari, aut coacti, aut etiam torti. verbum sanæ miseræ potestatis. At, dicere, sapientis. fatebitur scholasticus post negationem, aut dubita

dubitationem, aut interrogationem: & seruus post
quæstionem.

54 *Ἔστι μὲν οὖν τὸ μέρος.* Concludit, partem esse
humorem illum: quemadmodum etiam in histo-
riis animalium declaratum est. ut pudere iam inci-
piat istos; qui nobis sanguinem negabant esse a-
nimalis partem.

E X C A P. IIII.

55 *Ἄλλα δ' εἶδη ἕτερα ἐσθός.* Hactenus de partibus
extimis videtur scripsisse, cū tamen falsum
fit. Quis enim dicat, humorem esse extimum? tanto
minus calorem vitalem illum: præterea, suprâ, cum
ἀπὸ τοῦ γνωρίμων, profiteretur sese ingredi ratione per-
scrutationis: processit ab humore, qui multis in
plantis sanè minus perspicuus est: puta, in capillis
veneris, & quarundam arborū corticibus, & eius-
modi. item a calore, qui apud non paucos est con-
trouersus: a qui uocè nanque calor dicitur de cicu-
ta, & de anetho. Non enim cicuta calida dicitur, nisi
vira. Anethū autem etiā elemētari calore. igitur duo
illa, *ἀπὸ τῆς* quidē sunt: verū neque *ἐμφανῆ,* neque
γνωρίμα. Ad hæc, nota loquutionem. Inquit enim,
ἄλλα δ' εἶδη ἕτερα ἐσθός. Theodo. adfunt verò & alia
genera ab internis diuersa: ut omittā ineptum hic
verbum, adfunt; equidem aliter sentio. Nam cum
ab extimis, & magnis, & apparentibus incipien-
dum esse censuerit: veluti ab radice, & caule, sequu-
tus sanè præceptorem ex historia animalium, nunc
de internis loqui vult, atque sic ait. Alię autem spe-
cies diuersæ, earum, quæ sunt interiores: id est, *ἄλλα*
εἶδη.

ἢ ἴδι ἐν τὰς ἕτερα. diuersa genera interiorum, ab iis, quæ diximus.

56 Ἐχουσι γὰρ ὡσπερ ἴνας, ὃ ἐστὶ συνεχὲς, καὶ χριστὸν ἐπίμυκες, ἀπαράβλητον ὃ καὶ ἀβλαστον: ἔχον φλέβας. Quasi neruos, inquit, quosdam habent. est autem neruus continuus, & fisisilis, & longus, qui que nulla cum alia parte committatur; neque quicquam ex sese edat: & qui habeat venas. Est enim nerui natura, longitudo: & affectus, fisisilitas, ex Aristotele, ex villis enim siue filis factus. ἀπαράβλητος, propterea quod in alias partes non diuiditur: neque cum vlla continuatur alterius generis, siue natura: quin etiam ne cum sua natura quidem. hoc autem est ἀβλαστον. quia nullos ramos edit. Intellige sane in plantis: nanque in animalibus alia ratio est, atque etiam in plantis ipsis diligentius contéplandum. Quod vero dicit in fine definitionis: ἔχον φλέβας: habet dubitationem: nam mox autumat, venam esse neruo similem, quod ad cæteras partes attinet: verum esse crassiozem. Si igitur crassior est, quomodo à neruo continetur, pars enim eius est.

57 Φανερά ὃ ἢ φύσις αὐτῆς, ἐν ἀλλοῖς τε, καὶ ἐν τοῖς τῷ καρπιῶν δέρμασι. De carne agit: igitur δέρμα nimis laxè posuit. est enim à carne diuersum quiddam. Ac in putaminibus quidem nucis extimis caro videtur quæqua versum apertilis. At ἐν δέρμασι, vt in auellana, & pistaciis, & nuce myristica, atque aliis quæ teguntur cute, non est carnis natura, sed corij, aut cutis: vt in longitudinem facilius, ac promptius scindi queat. Cutem Theodorus auctoris fidem sequutus transtulit.

58 Φλοῖδες

58 Φλειός ἢ κῆ μήτρα κυρίως μὲν λέγεται. Nō semel restatur, partes ex se nomina non habere, sed ex animalibus mutuò sumere: vt carnis, nerui, venę. Nūc dicit μήτραν dici κυρίως sanè paulò imprudentior. quin potius, ἀναλόγως, ἀναφέρεται ἢ εἰς πλεῖν ἢ ζώων.
 59 Ὁ ἢ ἢ φύλλο ἐκ σαρκὸς κῆ ὑγρῶ. Folij constitutio ex carne, & humore: ergo folium non esset fisisile at multa sunt, ne dicam omnia, propterea quòd caro fisisilis non est, quare melius & dicas, & senias: folium constare ex vena, neruo, carne, humore.

60 καθαπερανεὶ μέλη. Theodorus partes interpretatur, otiosè. Nam cum dixit, μέγιστα; & subiunxit, μέλη: & dixit καθαπερανεὶ: intellexit, quasi membra, vt μέλη animalium, ἐκ τῶν μερῶν: μέρη, ἐκ τῶν μορίων: μόρια, ἐκ τῶν σχετίων.

E X C A P. V.

61 Σαφίσερον ἢ πλεῖν μάθησιν διακριμένων κῆ εἶδῃ. sententia notanda. Subiectū nanque genus est, quod vbi diuisimus in species, & partes eius nobis innotescunt: & differentia etiam prius: tum autem accidentia à specie propria, à genere communia. Hæc autem sunt præcepta, quibus ad scientiam animum comparamus. Dixit, κῆ χερδὸν ὑφ' ὧν πάντη τὰ πλείστα ἀφείχεται. Nota, χερδὸν. & τὰ πλείστα. non dixit, τὰ πάντα, propter tubera, & alia talia: perstat in ea sententia, qua dicebat: plantarum cognitionem, παλιχου. Notabis etiam sexus diuersos attice. σαφίσερον πλεῖν μάθησιν.

62 Δένδρον, ὀζωτόν. Theodorus, nodosum, furculosum, duabus vocibus his, vnam. At enim uerò multæ arbores enodes sunt: quare in definitionem arboris

boris reponi nequeat nodus. Ramum potius robustum dicas hic. addidit Theodorus de suo, assurgat, proprio tamen significatu assurgimus aliis: quinetiam de arboribus procerioribus tatum dicimus, surgere, surrigere, ac primo quidem ac puro vsu, non nisi de rectis. Cum sedemus, recti non sumus, sed angulos facimus: cum surgimus, recti euadimus.

63 Φρύγανον δέ &c. Cum proposuit quatuor partes: non prosequitur nisi tres, si nō est in codice mendum: est culpa in auctore, Φρύγανον Latinè virgultum, valde cōmodè potes dicere. Græci à comburendo nomen inuenere. Itaque in libris γενπονίας inuenias in alia voce eundem significatū ἑυφλεκτα. item apud Serapionem. Arabes enim sua lingua idem indicant. Virgulta, inquit, quæ ad ignarium leguntur vsu. Definitio autem Φρυγάνου, hic falsa est. sanè nouimus Φρύγανον, μονοῖ ἐλεχες. Quod autē est πολυῖ ἐλεχες, θάμνος id est, à frequentia stipitum. Notabis alterā inter hæc differentiam: nanque singularis stipes, si ita modicus sit, vt Φρύγανον videri queat: non erit Φρύγανον, nisi intereat quotannis: sed arbor. ab arbore enim non differt natura substantiæ, sed quantitatis: cuiusmodi sunt pumilæ pomi, & ficuum genera nōnulla. At θάμνος vtroque in genere accipitur, tam earum quæ intereunt citra annum, quàm quæ durant diutius, durat genista, & palurus, & alia. non durat pæonia, quæ alioqui Σμυτος est, ab vna radice frequentibus caulibus. adhuc habet & hoc aliam differentiam, quia θάμνος, aliquis euadit arbor cultu. Herba verò differt

C

ab his vltima illa & propria differentia, quòd folia ab radice protinus emittit. neque verò de essentia herbae est, intra annum interire. durat enim æterna lingua: iccirco errarunt, qui ita censuerunt. Neque caulis de essentia herbae. Quapropter hoc loco Theophrasti sententiæ moderabere: ἢ ὁ καυλὸς σπέρμοφορον. Neque enim, id est, tanquam in definitione, sed tanquam in diuisione, ad hunc modum. Herba alia fert caulem, alia non. Nota σπέρμοφορον in neutro genere, non autē σπέρμοφορος: quia, τὸ, facit conuersionem propositionis. Sanè non dices, ἄνθρωπος est, τὸ πορευτικόν: sed, τὸ γιγασκόν: sic, nihil in herba semen fert, quin sit caulis. Considerabis acutius in ea, quæ appellatur Centumgrana, facilius deprehendes in chamæleone albo, qui cum sine caule sit, at in acano semen fert. Animaduertes in definitione herbae, πορὶν ἀσίλαχος. nam lactucam, vti dicebamus, cum seimus, quo tempore pridem sata semen ferre debebat, non solum cum caule egressam, verum etiam cum semine vidimus. Præterea id omittendum non est, ab radice statim ipsas etiam arbores duobus prodire foliis: sunt enim ea folia non eiusdem generis, quo ea, quæ postea videmus hærere, sed è substantia, ac pulpa seminis potius, qua id vnde arbor exit, includitur.

64 Δε ἡ ἑσθὲς τὰς ἀποχ' εἶδ'ς. Veretur optimus philosophus quicquam statuere, quod reprehendi queat: quippe cum materia sit περὶ ἄλλο, vt dicebat.

65 Ἐἴτα γὰρ ἰσως ἐπαλλάττειν δόξει. τὰ ἡ καὶ πορὶν πύλω γωνίαν ἀλλοιότερα γίγνεται, καὶ ἐκβαίνει φύσει. Reddit ratio

rationem, quare definitiones hasce præcipiat for-
 briè potius,quàm exactè accipiendas. Et signatè
 dixit, *διόξει*: non autem *ἐστὶ*. Alia verò etiam cul-
 tu mutantur: vt coryius, myrtus, punica. Dicit,
διόξει: quia non erunt reuera, sed opinione. Pru-
 nus enim ab radice stolones cum emittat, nequa-
 quam propterea *θάμνος* erit. vera nanque arbor est,
ἐπαλλάττειν, Theodorus discrepare: potius mutari,
 ita vt duplex mutatio sit: vna, sponte: declaratur
 per *ἐπαλλάττειν*. in quo vsus actiua voce est, vt in-
 telligeres intus esse principia actionis Altera mu-
 tatio, *ὡς πλὴν ἀγωγῆν*. cultu, & arte: iccirco dixit,
γίνεται, in passiuo: mutat sponte malua. Est hoc
 exemplum prioris argumenti: herbae nanque exuit
 speciem, atque arborefcit. Brassicam vidimus nos
 octonum pedum, ex qua in sodalitate nostra exem-
 pto folio texti humeros quasi iusta penula. *ἀγωγή*
 simplici significato sonat curam, cultum. Sic mox:
ἀλλὰ τῇ ἀγωγῇ τῆ αὐτῆς. præpositio *ὡς*, indicat mo-
 tum ab efficiente, & infra clarius: *ἡμερᾶ ὡς πλὴν
 ἀγωγῆν ἐστὶ δοκί*.

66 Quod ait Theophrastus, auellanam plures, ac
 meliores ferre fructus si quis frequentiores virgas
 reliquerit: verum esse comperimus nos. causam
 reddit: propterea quod natura sua *θαμνώδης* sit: at
 contra, punica. Si igitur vtraque *θαμνώδης*, & pu-
 nica purgata stolonibus meliores fructus gerit: nõ
 videtur bona ratio, quæ alteri cõueniat, alteri non.

67 *Ἔδωκε ἢ τὰς ἐλάτας κοπάδας, ἢ τὰς συκᾶς*. Theo-
 dorus omisit, *ἢ τὰς ἐλάτας*. & interpretatur *κοπάδας
 συκᾶς*, multifidas ficus: verum *multifida* verbum,

πρὸ κοπάδα ἐί), non responder, sed eadum potius dixeris, iccirco autem cedua: sunt, quia *θαμνώδης*.

68 Πολυχοιότητι. Theodorus, diurnitate, rum addit de suo, ac temporis breuitate: superfluo. Diurnum enim hîc relatiuum est, comparat enim per distinctionem: ergo altera pars anteuertitur temporis breuitate. Ita Theodorus breuitatis vocabulo Theophrasti breuitatem contaminauit.

69 Τῶν τε γὰρ φρύγανωδῶν. Mirificus hic Theophrastus, qui cum *θάμνον*, & *φρύγανον* diuersa agnouerit: & *φρύγανον* supra malè definierit per *πολυσελέχης*: nunc perseueret ita in definitione, vt vtrumque confundat. Dicit enim, *ἓνα μονοσελέχης*. ergo *ἓνα πολυσελέχης*, sanè de *θάμνω* malè.

70 Ράφανις. Theodorus, radix, vsitatè, sed minus cautè: namque de radicibus, & caulibus, & ramis, cum agamus hic: nunquam raphanum plantæ speciem, radicè partis nomine vocabo: nunquam brassicam, caulem, eadem ratione.

71 Δενδρολάχανα. Theodorus, oleris arbores.

καταμεινήη. permanferit, Theodo. rectè: sic M. Tullius in Philippicis. Ille mos à Cecrope permanferit.

E X C A P. V I.

72 **A** Καρπα ἢ καὶ κάρπιμα, καὶ καρποφόρα ἄνθη, ὡς τὰς τόπους, καὶ τὴν αἶρα ἢ περιέχοντα. Theod. sterile, & fructifere, & florifere, & floris exortes: sanè lectio diuersa, nec videtur codex Theophr. satis moderatus: nam *κάρπιμα*, & *καρποφόρα*: superfluo alterum posuit: breuitas tamen & veritas hic sunt coniunctæ. Theodori autem diligentia simul & sagit, verbis, & deficitur sententia Theophrastifatemur

faremur tam fructum, quàm etiam florem quibusdam in arboribus ob aëris diuersum temperamentum desiderari, hoc explicat Theodori oratio, at Theophrastus hoc amplius: ἀνθη καρποφόρα, quia florunt tenuis quædam arbores aliquibus in regionibus promoueāt: verùm ij flores καὶ εἰσὶ καρποφόροι. Ita igitur intēdit, δένδρην ἀκαρπαζήν, καρπιμα. præterea ἀνθη quæ ferant obtinere à locorū cōmoditatibus vt ea sint καρποφόρα, & cōtra, à difficultatibus impediri. 73 Φυλλοβόλα, καὶ ἀειφυλλοῦ. fœlices compositiones. Frondiperdē, & fronditene, consuetudine quàm arte, duriores.

74 Ἐξὶ γὰρ τι τῆ φύσεως κοινόν. Suprà negabat membrum commune esse plantis: vt animalibus, os, ventriculum. Hic statuit naturam communem.

75 Λάστρον. Celastrum corrigi Theodorus.

76 Dicit, capparim deteriorē reddi cultu. hoc falsum scimus nos: item lupinos & grandiores euidere, & mitiores, & cōtibiliores.

77 Ἡμερον. declarat, quid intelligit ea voce. Mire, interpretamur malè: nam quædā in hortis sunt aspera, vt rosa: quædā è syluestribus mollissima, vt centunculus: ait ipse, quæ humano cultu domitatur, ea esse ἡμερον: propterea quòd homo, ἡμερον, aut solus, aut princeps. Theod. Plinium suo more sequutus, urbanum, interpretatur. At enim verò ἡμερον illa, rustica sunt, etiam antè quamuis urbem conditam.

E X C A P. V I I.

78 Φανερὰ ἢ καὶ κρυφὰ ταύτας τὰς μορφὰς αἱ διαφοραὶ τῶν ὀλωνῶν, καὶ τῶν μορίων. appellat igitur μορφὰς, τὸ ἀγρίον ἔρπον, καὶ δένδρων, καὶ θάμνων: à stipitibus, & ramis.

& eiusmodi, per quas figuras pateant differentiæ, & totorum, & partiũ. Totorum; vt esse arborem, aut virgultum, aut fruticem. Partium: vt esse ἀφύλλα, aut φυλλοβόλα, αἰφύλλα & præter hæc, læuitas, magnitudo, mollitia, & contraria. Theodorus transtulit sic. Formis quoque in ipsis differentiæ totorum, atque partium patent, non bene. neque enim dicit Theophrastus patere solum differentias in formis: sed per formas, id est, per ea quæ dicta sunt: namque per formam arboris habes quantitatem, & duritiam, & læuitatē, & per formam contrariã, aliter.

79 Πλείω μὲν γὰρ δεκί τὰ ἄγρια. Nota quid sit illud, γὰρ: nam de multitudine nihil dixit, sed substituit ad disiunctionem. καλλίω ἢ τὰ ἡμέρα. propterea quod paucitas includitur in καλλικαρπία.

80 Εὐκράτους. Theodorus, temperatiores, malè. omnia enim, vt alibi disputatum est, temperata sunt: nam κράσις est temperamentũ: est enim κράσις etiam in δυσκράτοις: iccirco addit Gale. τὸ, εὔ, ἢ τὸ δύς. Idem alij, quamobrem bene temperatos dicere debuit, & ibi legas, ἰδίως: non autem ἰδύως, vt scriptum est: neque ἰδίως, vt scriptum fuerat, sic legit Theodorus rectè suauiores.

81 Μᾶλλον αὐτάσι. &c. Theodorus. Igitur naturales hæ. Non est locus particulæ collectiue, igitur, sed, μᾶλλον, admitti debet, vt intelligeres esse naturales, non autem artefactas differentias: quia numerabat τὰ ἡμέρα, quibus dicebat, naturam secundum artem acquiri.

82 Ἐν ὑγρῷ. In aqua. Theodorus, rectè: sed in humido, vel præscriptius, vel generalius. Mos tamen

nam est Græcorum, etiam ipsius Aristotelis, itaque Theophrastus, τὸ ὑγρὸν, εἰς τέλμα: & λίμνην, & ποταμὸν, & θάλασσαν. Itē subdistinguit cætera, κλύθρα, & ἔλλα. In humido, & palustri. Theodo. κλύθρα, præmadida, malè. Nam neque tam excessum significat vox, quàm intra modum ex compositione: neque præmadidas esse ostēdit ἀδίατον: igitur καὶ τὸ ὑγρὸν: aquosis gaudentes, aut humidis, aut vdis, aut viginosis, aut siquid habeatur commodius ad id significandum.

83. Διόκοντα. Mirum verbum plantis attributum: quippe quæ per se sunt immobiles, verùm à natura loquendi sumit argumentum. ἢ δ' ἰατρῶν.

Diuidit, quæ superius dixit, à locis, propterea quod in mari, τὰ ἰατρῶν. Quin, inquit, ex iis quarundā natura litoralis potius, quàm pelagia. Theodorus addit de suo, desiderant, sicuti, δὲ κέκοι.

84. κλύθρα, alnus dicitur à Theodoro rectè. In Taurinis, Verna, Vascones, haud multò lógius, Ber: qua voce vsurum Germani, nostratibus, Onici.

85. Οὐκ ὀκνῶς ἐστὶ σκοπεῖν. Theodorus: minus pensitata cōtemplatio est: imò verò plusquàm pensitata, & ambitiosa: tantùm abest, vt operæ sit, vel propriæ, vel familiaris: propterea quod, inquit Theophrastus, Natura in hoc nihil habet necessarium. At equidem ita censeo, quia talis est, vt non habeat necessarium: hoc habet necessarium, vt non habeat, qua ratione scientiæ pars est, scire contingens: quoniam necessario tale est, & necessario non necessarium, quemadmodum Diuinus præceptor noster Aristoteles docuit. Non solum in scientia

scire esse, debere nos, quæ sunt: verum etiam scire, non esse, quæ non sunt: & contrarium esse falsum. quanto magis ea, quæ aliquo modo sunt. In numero est par, & impar. Si alterum tantum noris, semisciolus sis. Si crocodilum in aqua sola versari scias: non solum nescias verè: sed & falso scias, si aliter degere non posse persuadeas tibi.

86 Ταῦτα διείσθαι καὶ τῶν ἄλλων μορφῶν, καὶ ταῖς τῶν μερίων διαφοραῖς. Quid est, τῶν ἄλλων? quid enim habes præter partes? aut ubi est differentia, nisi per formas? An formæ non sunt in partibus? ita videas, ut admittenda illa sint: τῶν ἄλλων, potius existimem sic, τῶν ὅλων. Theodorus leuiter pertransit: ceterorum.

87 ἢ ὅτι τόποι διήρνηται πρότερον. τόπος appellauit, ut situm, τὸ πῶς, cæterum cū dixit, ἀνομοίως: satis erat. Fortasse nō defuerint, qui ausint legere, πρόποι, subinfert autē τόπος ἴσως. Nō enim dixit, τόπος γάρ. Nam si loca nominasset: locorum mentionem repetisset per notam rationis, γάρ. Ita ut sit additio membri diuisionis, post πλείω, & μείζω: quod subticuit. & ὅμοια: quod subticuit, ut diceret: καὶ ὅτι πρόποι. Itē inquit: præterea locorum natura adiungenda est.

88 Σωμῆται τῇ γῆ. Theodorus, adhæreant, minus bene hærent contigua, at infixæ plusquam hærent, coaffixæ. In commentariis super libris de plantis, συμπίλημας, emendauimus.

EX CAP. VIII.

89 Πειραλίον δεῖ εἰπεῖν τὰς κ' μέρος διαφορᾶς. ὡς ἀκαθόλη νερόνιας ἁρώτων, καὶ κρινῶς: εἶτε καθ' ἑκάστου, ὡς ἐρεν ὅτι πλείον ὡς ἀναθεωροῦντας. Theodor.
Nunc

Nunc particulatim differentias explicare conandū: quo primum in ynuerſum, atque ratione cōmuni, deinde ſigillatim diſferentes, plus quoq; agnoſcere progreſſu orationis videamur. τὸ κ' μέρος. intelligit enim rationem explicatiorem, & modos ponit duos, vnum cōmuniorem differentiarum: vt ματρ-
 σέλις: & eiufmodi, alterum adhuc exactiorem: veluti cum τῶν ὄζων naturam ita ſcrutatur, vt etiam ſecet in minutiora. Tertio loco pollicetur ſe plenius omnia recogniturum. Nam & poteſtates addet, & arates. Hoc eſt, quod dicit, ὑπερον, & ὀπι-
 πλειον, & ἀναβίωσιν, quæ Theodorus malè eſt interpretatus. Primum καθ' ὅλην. deinde, καθ' ἑκαστον. poſtremo, plenius, ſiue amplius tractamus, tanquam de integro, ſiue repetita contemplatione conſiderantes.

90 Παραβλαστία. Theodorus optimè, procreandæ ſobolis. ſoboles nanque eſt, quæ ſuboleſcit ſub matrice arbore.

91 Κατὰ ἰσὺν καὶ πλάτος. Repetit πλάτος, quod haud multò antè poſuit.

92 Ἀνδράχνη, ita legendum eſt, non ἀνδράχνη. Hæc enim herba eſt: nolo nunc argutari ſuper etymologia. In libris originum cōmodius licuit. Theodorus feſtiuiffimo ingenio ſequutus eſt numerum literarum Græcæ proportionis, vt latinam nouaret vocem: nanque ſicut ἀνδράχνη octo elementis conſtat, herbæ nomen. ἀνδράχνη arbor, vno minus: ita ipſe, cum herba à latinis portulaca dicta eſſet, detrita litera arborem portulacam dixit. Cogimur hîc egredi rationem inſtitutæ breuitatis:

imperat enim ratio. Doctissimus Hermolaus cum hæc retulisset in literas, addidit elogium ex iudicio suo acerrimo sic: eruditius, quam felicius. Felicitatis impedimentum non explicat: eruditionis rationem aliis pensitandam reliquit. Sanè mihi cõtrà videtur, nihil ferè ab illo felicius nouatum. facillimum enim fuit eximere elementum, idque asperrimum: at assequi Græcam illam proportionem, id verò etiam felicissimum. Eruditionem verò quam ipse non descripsit, quam putemus esse? Nam more suo Ruellius aliena cū sublegeret, nihil huius rei docuit nos. Ego quoque valde vereor Theodorum nulla penitiorè adductum causa, ve id nominis ad eum modum comminisceretur. Factum tamen plus valuit, si ita censeas, potulacam dictam, propterea quòd eius fructuum esus, perinde atque potantes inebriat: sed satis hæc & animi gratia. Habes eiusdem generis, aut proximi, *ινδιαν*, præterea vel pro fructu, vel pro planta, *κέρμαρον, μεμακίηλον*. Arbutus latinè arbor est, fructus autem vnedo. Plinius tamen minus anxie seruauit. Calabri vocant cerasum marinam, Pyrencei penè latinè, Arbof. Hermolaus animaduertit varietatem sententiarum duobus verbis, quæ de eius cortice aliter, atque aliter legebantur, *περιπυγύδρον, περιπυγύδρον*, acutius hic illud iudices: nam si legis, *περιπυγύδρον*, id esset plusquam *περιπυγύδα*. A vite enim etiam abscedit, vbi ruptus est, at non ita, vel sæpè: vel vbi que cadit: sed Plinij verba memineris: quibusdam, inquit, etiam cadit, vt Malo, & vnedoni. Valdè sanè dubito, an rectè scriptũ sit. *ινδιαν*
enim

enim ait Theophrastus, non autem *μηλέα*, cadere, quem errorem etiam Ruellius sequutus est.

93 *Καὶ ἐλατρίωνων; βαλάνα, τέυτων, κωνεία*, hic *βαλάνα*, aut est arbusculum, aut frutex, aut herba, aut error. Theodorus vertit, glandem.

94 *Τὰ ὅ μανά*. Si opposuit inter se Theophrastus *μανόν, κ' ἰνώδες*, laxè nimis. multa enim sunt *ινώδες*, καὶ *μανά*, vt arundinacea.

95 *Ἀδιάφρακτα*, opposuit *τῶ γονατωδῶ*, propterea quod geniculatim vacuitas calamorum, & frugum, & aliorum dissepta est. Theodorus infeliciter, insepta. Non enim intelligebam: habebam enim quod sequerer, insecta.

96 Butomum, Theodorus Græcam vocem reddidit latinè. Quare miror, si Græca tota res est, qua ratione nostratrem iuncum putauerit Ruellius: neque enim iuncus vllus noster fida similem gerit fructum, id quod de butomo à Theophrasto proditum est: præterea si ei iridis folia, vt idem ex Democrito accipit: quis putet eam naturam cum iunci appellatione posse conuenire. Caulem adduces, vt ipse ex Hermolao interpretatur; inoffensum. At enim uerò is caulis crassus, neque aptus texendis tegetibus, sed eius folia: cuiusmodi usum præstat aliquot locis in Italia carex: ex eo nanque cathedras contextunt. Virgilius exulem Taurum, atque ex ignominia delitescentem pascit acuta carice.

97 *Αὐται μὲν δὴ δόξαμεν αὖ, ἐξ ὧν ἢ σύνθεσις*. Hactenus differentiarum ex natura partium, vt venarum, carnis, nerui, ex quibus & cortex, & lignum componitur. Hinc qualitates ab his, vt raritas, & lauitas, & eiusmodi

44 LIBER PRIMVS

eiufmodi : quanquam de læuitate nonnihil intermiscuit. hoc enim committit sæpè Theophrast. vt inconditè ponat aliqua: & vt repetat.

98 Σκληρότης. Theodorus legit hoc amplius μαλακότης. Sicut & mox vtranque ponit differentiam κρυφότης, βαρύτης.

99 Ἡ μὲν γὰρ ἰτέα. Hic mancus est codex imprefus. Theodorus sic. Salix enim sicca tantummodo leuis: suber etiam viride leue est. & omisit τὸ ὑδὸν Theophrasti. cum ipsis principiis exortus sui illico leue est.

100 Καὶ τὰ μὲν χιλιέντα. Melius, τὰ μὲν χιλιὰ. suprâ κτ' τὰ πάθη. vt, leue, & graue. hic etiam κτ' τὰς διωάμεις. ἀδραυσά, non fragilia. resistit hoc τῇ διωάμει. Theodorus malè legit, δραυσά: quia mox ait, ἀδραυσον εἴτε τὸ σκληρόν, κ' σκληρόν. duritiâ obfistit fractioni, obliquitas fissioni.

101 Δεῖ ἡ τὰς ἐαύτας ὑπολαμβάνειν τὴ φύσιν. Seminât hic principia caussarum more præceptoris sui. Fissilis, inquit, abies: quia ἐυθυπορεῖ.

102 Βαρὺς, ἢ ἕλας πυρρός, καὶ ἢ ἕλας, ὅτι πυρρὰ. ἢ δὲ δρῦς ὅτι γέωδης. Minus rectè Theophrast. neque enim densitas per se est causa grauitatis: sanè ignis idem seipso densior, non erit iccirco grauior. Quare igitur à terrâ separauit buxi grauitatem? Grauis enim est, quia γέωδης. grauior inter γέωδης eiusdem quantitatis, quia densior: densior, quia plus terræ. est enim maior quodammodo. Notabis loquendi rationem: neutrum cum fœminino, & plurale reddum duobus singularibus.

Καβάπερ

103 **K**Αθάπερ τινές φασι, ἀλλάτε, ἢ πλὴν αὐτὴν. addidit, φάσιν, quoniā ex sua sententia mox asseuerabit Sambuco medullam carneam.

104 Πίτυος. diuersis locis Theodorus, modo secundum Pliniū, modo ab eo diuersus, πίτω laricem interpretatur: tum autem πεύκω nunc pinum, nunc piceam.

105 Ἐνδοσός. Pinus, quā redacea est, vel, quod melius est, tedosa. Theodorus plurimum redæ ingerat. non tamen ingerit, sed intus gerit: ingerere castè atque integrè loquentibus, morum, & actum significat simul.

106 Διαφέρουσὶ ἃ αὐταὶ καὶ τοῖς χρώμασι. μέλαινα γὰρ δὴ πάντα. Ergo non differunt colore, si omnes nigrae sunt. Intellige non inter se differre, sed ipsas ab aliis non duritia tantum, sed colore quoque: iccirco dixit, καί.

107 Διὸ καὶ ὑπομένουσι καμπήν. Theodorus, Flexum nullum recipiunt. Græca verba urbana sunt. sustinent flexum: id est, non cedunt, si flectere coneris.

108 Μανοτέρας, Theodorus, solutiores.

ὑμενώδεις, Membranis similes. Membranaceæ.

109 Καὶ ὅλας τοῖς ὑλήμασι. Frequens vox Theophrasto, verum apud Latinos haud contemnenda animaduersione: quippe quæ ligna nõ ad ignes parantur, sed fabricas, frequentius dicuntur nomine materiae. Itaque etiā flexus vocis paulò deuexior, ut maiorū ligna sint, ὑλη. minorum, ὑλήμα. ita monuimus alibi, ἐυφλεῖται. hic φρυγανώδη, καὶ ὑλήματα. infrà ὑλήματα καὶ λαχανώδη.

Ἐκείθε

46 LIBER PRIMVS

110 ἔχει δὲ πλεῖν μίτραν, quædam, inquit, euidentem medullam habent, alia: obſcuram. Hanc differentiam debuit ponere ſtatim poſt, τὸ ἔχειν, καὶ μὴ ἔχειν. Theodorus, perſpicuam, φανεράν. videtur tamen perſpicuum eſſe, τὸ διαφανές, vt vitrum, & oratio, cuius verba nō opacant ſenſum, ſed per quæ tranſmear intellectus acies ad rem uſque, ἀφανιſτέραν, quoque pauam, dixit de ſuo: quia in priore parte diuiſionis erat, μεγάλην. inſcommodè tamen. Nam quæ non ſit, ἀφωριſμένη, incerta quidem ſit: ergo parua, necne: quis iudicet: Confuſa quit eſſe, & magna, id quod in deſioribus euenit. Itaque Theophrastus, ἐκ τῶν τὸ μέσον, ἀλλὰ καὶ τὰ πᾶν ἔχειν, vt buxus.

111 Τὰ μὲν γὰρ πολύρριζα καὶ ἀπερρριζα. Theodorus legit, μακρόρριζα. Nam differentia τῶν ἀπερρριζων inferius alia voce explicatur, ὀπιπολαίορριζα, quod eſt cōtrarium πρὸ βαθύρριζον ἔῃ. & fanè quercus non eſt ἀπερρριζον. Plinius cōpioſum dixit τὸ πολύρριζον.

112 Εὐ ὁμοιοῦν προέρχεται. breuitas concinna. deest verbum πρέκειται. aut θέλωσι, ſi loquere, vt Plato. Quātum terræ patet, tantum occupant, ſed hyperbole eſt, itaque ei moderatur verbi defectus: quantumuis promouent. Plinius annoſæ quercus radice ait iugeri ſpatium occupatum.

113 Ολιγόρριζα, καθάπερ ἐλάτη. Theodorus abierem omiſit, quoniam exemplum mox eſſet τῶν μονόρριζων.

114 ἔχει καὶ τῶν μονόρριζων ἕνα πλεῖν ἢ μίσην. Mira oratio. Quomodo μονόρριζα ſi eſt: media maxima: quippe omne medium alicuius medium eſt, non eſt igitur μόνον. Einſimodi projectio-

nc

nem radice habet iuglans, quem Vascones rustici suo vocabulo, penem, vocant.

115 Κεκαρμισωμένας, contortiores. Antiphanes in fabula ἀφροδίτης, γοναίς, eodem modo dixit, αὐλητικῶς καρμινούν τὰς διακτύλας: idest flectendo. Sic enim μοχ ἀγκυλοῦντα δεῖ σφόδρα πύχαιρα.

116 Πικνότεραι ἢ ἄλλαι ἄλλων, καὶ ξυλωδέσραι. Theodorus, spiciores, magisque surculosa. Nescio quos surculos apparauit radicibus. Lignosiores, verius, simplicius, minus ambitiose.

117 Ὀζώδεις, καὶ θυλανώδεις. Theodorus, Nodosæ, villosæque. Ἔτι ὅτι τὰς λεπτάς, καὶ μικρὰς πολλάς ἔχουσι, καὶ ἀθρόας. Theodo. quod exinde venit, quia breues, ac renues illas permultas, atque promiscuas mittunt: dixit, illas, vt exprimeret, τὰς. Sed exinde, quocausam explicaret, minus seuerere. Namque philosophi verba esse decet, quoad fieri possit, plana, pura, certa. At exinde, tempus significat. itaque animus paulo accuratior posset intelligere, que postea naceretur. Neque ἀθρόας, promiscuas, rectè: sed confertas, debuit. multa conferta sunt, non promiscua. ἀθροῖαι sunt pedites ordinibus seruatis, phalange facta. at eos tunc nemo latinè loquens promiscuos dicat. Sed vbi solutis ordinibus, recepti, aut admixti fuerint alterius generis, aut partis militibus, ibi promiscuos agnosceremus illos. Hæ igitur differentia posteriores, Tenues, Parua, Multa, vel sparse, vel globata. Vt corporis globus sit, ἕως fila inde prouenientia, θύλακον, ἢ γου τὸ ἀθρόον. Dic fimbriatas. indidem enim etiam fibræ, quæ non omnibus conferta in modum fimbriarum.

118 Ἐπιπολαί

118 Ἐπιπελαίριζα. Theodorus, Radicibus adhærentibus terræ: non plenè. Omnes enim hærent terræ. vnde herbæ nomen nonnullis deducere placuit. addidisset: summæ terræ hærentibus: aut sic, in superficie, vel in summo terræ obrepentibus.

119 Παραλλάττεισαι. Inæquales Theodorus, rectè. scilicet commutantes æqualitatem cum nodositate. dixerat enim, Rectæ, & æquales, aliæ autem obliquæ, & παραλλάττεισαι illam scilicet æqualitatem.

120 Τὸ γὰρ ἓ μόνον συμβαίνει. Nō solum propter loca euenire id, puta, scrupea, saxea, aut alioqui impedientia rectam progressionem: sed etiam natura sua. Sic supra de radice quercus: si locum liberum nacta sint, ἢ φ' ὄλοντιν ἀποέρχονται. Duplex causa redditur crispitudinis in pilo, aut meatus non rectus, aut calor contrahens. Quare cum de fico mox dicit, tortuosa radice esse: hoc enim est σκολιότης, ἢ τὸ μὴ υοθεῖν: intelligit, sua natura. Neque enim omnis ficus in locis impeditis, aut impediētibus est. igitur de ficu, vt ficus est, loquitur: non vt ficus hīc, aut ibi. Quare Theodor. solutè nimis est interpretatus sic: quod expedita, faciliq̄ue semita carent. Non enim carent semita, sed natura.

121 Ἔισι ἡ αἰ μὴ ἀναβλασμητὶ εἰς τὸ ἄνω. Affectus radicū duplex est: vnus, emittere sub terrā, is q̄ue duabus dimensionibus, deorsum, & ab lateribus: alter sursum versus, stolones: aut ea è quibus, stolones. iccirco dixit εἰς τὸ ἄνω.

122 ὕδρον, μύκη, πύξος, κρένειον. Non vñum est hic animaduertendum. Primum dicit carere radice tuber. contra ego censeo, totum id radicem esse. Deinde,

inde fungum sine radice ait: ego radículas vidi. Præterea quid sit *ῥίζες*, quid *κρῆμιον*, nondum ab istis attentioribus compilatoribus edocti sumus. cranium posuit Theodorus: *ῥίζην* non legit. Nihil apud Ruellium, ne nomen quidem, ad hanc significationem: quinetiam ubi de iis, quæ sine radice prouenit, cum de tubere & fungo dixit, alia duo omittit. Plinius quod meminerim, nihilo plura. Apud Aristotelem, Xenophontem, Plutarchum, Athenæum, Pollucem, aut eam, aut similem inuenias vocem: verum nihil ad rem.

123 Πᾶν τὸ ἐπιτότον καθάπερ ἐκάλυψαν. Manca oratio. aptetur tamen. Radicem esse multiplicem ita, ut quasi τὸ ἐκάλυψαν representet hac communi differentia, tot species sub vno genere, ut sit τὸ πᾶν.

124 Τῶν δαχτυλῶν τὰ πλείστα μονόριζα. verum est. exempla tamen titubant. Nanque apij radicem bifidam, trifidam etiam vidimus: circò sese de apio corrigit, & adiungit siclâ. Nota *ὑπὸ ῥιζῶν*. Theodo. propagines, satis rectè: si radicem intelligas tantum.

125 Καὶ ἡ δαχτυλῶν καθ' ἑαυτὴν. Nescio quare frumentum inter *ἀγρία* commemoret. Nam suprâ τὸ *ἡμεῖς* præfiniebat à cultu *ἡμῶν*, id est, hominis. Animaduerte *πᾶν*, nomen generis in speciem priuatim translatum. Puto Pliniû nullam fecisse mentionem, & loquaces Græcos videas frustra iactare linguæ opulentiâ. Notabis etiam illa simul, *ῥίζες, ἡμεῖς*.

126 Τὰς ῥιζὰς ὑβὶς χιεῖσαι. Theodorus, præscindantur, malè. nō enim scinduntur, sed integrè manent. poterat tolerari: quia Theophrastus ita loquitur

D

50 LIBER PRIMVS

& apud poëtam legimus, viam sese findere. at præpolitio addita, ambitiosa est. neque enim præscinduntur: sed post scinduntur. aptabis tamen, & dicemus: antè scindi, quàm perueniant ad vltimum mucronem. lege, ἀλλὰς ἢ δὲ τῶν.

E X C A P. X.

127 **Ο** Λως ἢ πλείους αἱ διαφοραὶ τῶν ῥιζῶν. Nullo modo debuit hæc pars, tãquàm diuersum caput, à superioribus separari. Quippe de radicibus etiam nũ hãc sermo est: ac τῶν λαχανώδων & tunc, & nunc. Nimis autem obliuiosè carneas repetit radicum differentias. Iam enim narrauit, atque sanè haud ita pridem. Præterea cum ἄρκωδες dixerit, tum aliàs, tum ῥαφανίδων; emendat: aitque ἐν ἄρκωσιν καὶ φλοιῶν.

128 Αἱ ἢ ῥοπατωδες. Suprà etiam de olea, tale quid, vt hæc ad illam ex analogia referantur. Dicit, καὶ ἔστι καλαμῶδες. Atqui etiam si nullam referant naturam calamorum: cuiusmodi est, sigillum Salomonis, atque ea herba, quam Trasi nostrates appellant: alij à sapore, Dolceghini.

129 Λεπτωδες, quasi λεπιδωταὶ & squammata: verum (porriguntur) de suo cum addidit Theodorus, nemo ferat. Neque enim exterior tunica accrescit continuo interiori: at porrigere, est spatium occupare. Theophrastus autè festiuè dixit. αἰεὶ γὰρ ὄντι ἀειραρεῖν αὐτῶν. nihil mundius. & τὸ ἀειραρεῖν, signatissimè. at, τὸ αὐτῶν, paulò audacius.

130 Τὰ κεφαλοβαρῆ, ἢ κατάρριζα. Theodorus κεφαλοβαρῆ, capitata, rectè. κατάρριζα, terra condita, non rectè. Sed sic. quæ & capitata sunt, & præterea radículas

diculas ab his demittunt. Nam quæ capitata sunt tantummodo, nec demittunt, non sunt duplici radicis fulta genere. vt Tubera, Testiculi sacerdotis, Hastula regia. At allium, & cepe, & Bulbus esculentus, vt ranque. Notabis autem tu duplicem differentiam. Alia nãque demittunt à capitibus radices. alia supra capita, vt testiculi canis. Est præterea tertius. ordo. etenim capitatum illud, quibusdam corticosum tunicis multis, vò cepis. Quibusdam solidum: vt Hermodactylo. item nonnullis vna, vt cepis. aliis multiplex, idq; nõ vno modo. aut enim cõferta intra membranam spicatum: vt allio. aut separata: vt testiculis, aliisq; Theodo. abusus est verbi vi, exhiberes cum dixit, duplex genus radices exhibere videntur. Signate prætores veteres, paulò laxius oratores.

131 *ἢ γδ λεπτότατα.* Posset quis dicere, vnã esse radicem, cum radiculis: sicut amygdalo, & iuglandi: quemadmodum supra dicebamus. Non inquit, ita est: neque enim magnitudine, aut crassitudine, sed toto genere differunt. Quippe Rapum maximam habet interdum cum modicis filamentis: quæ inter se sunt eiusdem generis. At spica allij, & fibra demissa, tota speciei natura, diueria sunt. Menda duo in codice. *ἀλλὰ λείον ἔχοντες τὸ γένος. Scribe. ἀλλὰ ἀλλόσιον ἔχουσαι.*

132 *Ἐμφανές ἐστι ἰδὴ ἢ τε τῆ ἀρε, καὶ ἢ τῆ κυπεύρου.* Quin dicebat genere differre, nõ solum crassitudine? Addidit hæc verba, ad ostendendam generis diuersitatem, in diuersis generibus plantarum. Quoniam Aris radix bulbosa est: Cyperi, non est, iccirco mouet quaestionem. An bulbosa hæc, radices nomine natu-

raque censei debeant. Dubitationis rationes breuissimis statuit propositionibus. Prima hæc: quod sub terra est, radix esse debet. Contraria propositio, quæ natura sua diuersa est ab radice, non est radix. Ponit diuersitatem: quia radix ab summo crassa, vbi demittitur, attenuatur: at bulbi è contrario, à summo ad imum crassescunt. Altera ratio aduersarij. Radicis natura est, à lateribus radículas alias fundere, quas *ἠμφυδάς* appellabamus supra: At eiusmodi nullam bulbi: Tertia ratio asseritur: quia & contradicit, & statuit modum controuersie ex eo, quod cum docuit, quid non sit: docet nunc quid sit. Bulbi, inquit, hi videntur esse potius è natura fructus, aut cymæ. Vulgata vox hæc apud Galenum, & alios autores, pro esculento in summis oleis. In brassicis præcipuè apud Latinos. Veneti etiam nunc cimoli, omnem summitatem eo verbo declarant Itali nunc etiam Hispanis vsus non absimilis. quemadmodum igitur cymæ censentur ratione caulium: ita hæc natura proportione ad radices. Itaque cum sit natura *ἄστειν* idest exuperet radicis naturam: non erit radix. Concludit postea Theophrastus radicem esse differentias. & addit. *ἡρέφειδαι πλὴν ἑτέραν πρὸς τὴν ἑτέραν.* Mendum autem foridum est, atque adeo informe: ibi, *ὅθεν καὶ οἱ ἐντε ὄσσεια ἀλέγοντες ἢ κκαῶς. ὅτι ἡ τὴν ἄλλων τῶν μὲν ἐστὶ.* Hæc omnia omisit Theodorus.

133 Τὸ γὰρ ὅτι πᾶν λέγειν τὸ καὶ πλὴν ῥίζαν, ἐστὶ ὀρθόν.
Quia argumentum vnum ex illis erat hoc. Ab radicibus alias item fundi. Aduersarius diluat sic. Bulbus non est radix solus, sed totum illud, bulbus scilicet, ac fibra,

ac fibra, simul radix est. Negat hic, & addit rationem. *καὶ γὰρ ἀνάκαυτος ἔστω βολβός.* Si enim ita esset: igitur etiam initium caulis, bulbi, cepæ, atque eiusmodi, essent radices: propterea quod sub terra sunt. Hoc autem est absurdum, ut hæc summa sit, non esse verum illud, radicem esse, quod sub terra omne. Præter ea, Vingung, ac Tuber, essent radices: at esse, negat. neque enim radicis officium facere. Quare haud quaquam à loco accipiendam esse definitionem, ut de essentia radicis sit, esse sub terra: sed ab officio, & forma. Hanc deinde propositionem probat, aitque, rectè dici hoc. Locus enim non debet mutare substantiam: eas tamen nihilominus esse radices, atque formali differentia differentes. Quam bene verò intellexerit Theodorus hæc, satis patet. Sic enim verit. Radix enim bulbi, & gethyi, caule omnino carebit. At nulla ratio dicitur hoc nobis, neque ex prioribus concluditur hæc. Decepit eum vox ἀνάκαυτος. ut sit sine caule. At ἀνάκαυτος est pars cauli subiecta, & supra bulbum, quæ sub terra est. Cæterum nemo propterea dicat bulbum caule carere. multum enim etiam supra terram habet. Et paulò supra de fibris. *αἱ καὶ μετὸν ἐν τῷ κεφαλῆς ἡσθημέναι φαίνονται ῥίζαι, καὶ τριφοῖσαι.* Theodorus, videntur radices, & coalescunt. Quin bulbi ipsi quoque coalescunt. quare nulla esset ratio. Sic intelliges, vnum ex argumentis de radicum natura est. Radicis officium est, attrahere: ut remittat in caulem. at bulbus non videtur attrahere à terra, sed ab radice, sicut fructus. ideo in fine, quando soluit questionem, ait: *τριφοῖσάντων ὑπὸ τῷ ἐπίφασι,* quare hic, τὸ τριφοῖσαι, vult significare, attrahunt: non autè, coalescunt. Nullus enim sensus hinc educi

LIBER PRIMVS

queat. Itaque post solutionem, vt ostendat Bulbos quoque attrahere, atque remittere in caulem, αἰ, καὶ τῆς καὶ αὐταὶ, καὶ αὐτῶν αἰ ἀρκώδης εἰκόσιν ἐλεῖν; etiam bulbosa ille videntur attrahere: grandescunt enim olitorum cura, si adempto caule succum retinere coguntur. Cuiusmodi exemplo vtitur in Aro. Puto etiam in γενησιῶς libris, raphanū fieri grandiozem: verū hoc argumentum, aut nō est necessarium, aut non est verum. Satis enim erat, si dixisset: crescunt, ergo attrahunt. Non igitur necessarium exemplum est: aut si crescunt, quia attrahunt à radiculis, siue fibris: iam non est verum, iccirco esse radices, quia attrahunt. non enim à terra statim, id quod radices proprium esse profiteretur aduersarius: quemadmodum illud quoque infirmauerit aduersarius sic: Ais rusticorum opera grandescere radicem Ari. deorsum versus, ita verò si cohibeatur: alioqui naturam caulis obrinebit. Etenim ad hunc eundem modum caudices. si amputentur, crassescunt ima. Hæc pars & corrupta in Codice, & perplexa ab autore, exercendi ingenij, ac iudicij gratia, paulò fufius animaduersa est. εἰς τὸν lege hęc, & alibi. proxima enim effigies elemétorū. εἰς τὸν εἰς τὸν.

EXCAP. XI. ἡ ἀρετὴ

134 **Δ**ιαφύλαξις καὶ ἐπιτήρησις. Theodorus, Cibō idonea. tacuit τὸ διαφύλαξις. Significat autem excellentiam. De vingo autem, quid sit, apud nostros nihil habemus. Peius illa Theodor. ὅταν πλοῦτος ἀποβῆ. Cum amnis effusus fuerit. Nā sanè quo tempore amnis effusus est, aquis stagnantibus impediuntur quominus colligāt: vbi effunditur, operit

rit: vbi abit, aperit. Tunc igitur colligunt. Sic ex castris, & oppidis, & rectis. in campos effusan-
tam legimus apud Virgilium, & Lium.

135 Σίλητον, καὶ μεγάλους. Ita habes Theophrastum autorem eius sententia, quæ non statuit nomina, hæc, tanquam partium, vt scapi, & radice: sed quasi sint species diuersæ. videbis recetiores, & Plautum in Rudente. Sic & alibi, lib. 6.

136 Φιλὴ χαρὰ ὑφαίμα. Theodorus, Arenosa, non. Sed aut quibus arena subest, aut sabulones. Sunt enim sabulones, agri misti ex sabulo, & terra.

137 Αἰ μὲν οὖν φύσεις, καὶ διαίμας εἰδύτες ἔχουσιν διαφοράς. φύσιν, intelligit constitutionem ex partibus. Διαίμας, officia ἀπὸ τῆς φύσεως, vt dicebat ἔλεον, καὶ τρεῖς φέρει, καὶ τρεῖς φέρει. φέρει καρπὸν διττῶς, ὡς εἶπε ἄμφικαρπα. Fœlix vox. Theodorus, binorū fructuum partibus oppositis. Non. sed vt, ἀμφιόδοτα. Neque enim hic, partis, ponēda vox, sed singulis supra sub-
terque fructibus. Nisi, susque deque, alterius esset v-
sus, significatio erat adæquata. susque deque fru-
ctifera. Malè etiam addit Theodo. (plantarum.) hic enim radicum tantummodo sunt differentiæ. Satis ad hoc argumenti, quod adhuc eandem persequitur historiam.

138 Αὐξάνουσα. Nunc etiā φύσιν, persequitur. Quare minus commodè videtur epilogum fecisse illum. αἰ μὲν οὖν φύσεις &c. Augeri enim, & esse μανίριον, nature est. Quod autem ait, tantum demitti, quantum solis calor occupare possit: & Plinius videtur putare pro falso: & nos negamus esse verum. Neque enim sol tactu gignit, sed vi quadam sparsa,

ac distributa. Nam metalla quonam modo gignerentur? Plantarū generatio à quo fit, in libris de femine genitali à nobis dictum est. augmentationē autem, nemo nēget esse ab anima: quæ quidem tam in radice, quàm in stipite vna est. Sobolem autē, eiusque vim, non tam suapte impressione penetrare eo vique, quo demittatur radix, quàm recipi ab iis partibus, quæ ei expositæ sunt, atque reddi radicibus, quæ ad certum vsque modum, pro rei forma, procedant: par est. Alioqui sanè radices omnes pares essent, atque æquales, in eiusdem generis loco, atque agro: quo in loco solis vis æquè descendat.

139 Βαθύριζα, ἢ μικρὸ ῥίζα. Quia potest esse μικρὰ ῥίζα, & tamen ὀπίπολαιά.

140 Ὅπουθεν δίδεισιν. quod suprà ἐποθεῖν ἀπορίχουσαι.

141 Ἐχέλα τόπουθε ἀμα, καὶ τρεφίν. Theodorus, loci spatium liberale adepta. Malim sic, Locum nacta simul, & nutrimentum. Plinius non rectè putat falsum. Loci naturam conferre ad magnitudinem, & paruitatem comparat enim Theophrastus idem radicis genus. Verba quoque ipsius Plinij minus satisfaciunt, ea sunt. Idque natura loci tenuiores, siue grauissimas dixere, grandissimas legerem. Neque enim tenue graui opponitur, neque plenè tenui, grande. longitudo enim cum tenuitate seruari potest, quæ est vna ex tribus dimensionibus.

142 Πάσα ἢ τὰ νεώτερα. A locis suprà differentia accidentales: nunc essentielles ab ætate. sanè rectè dicit, συμφθίνουσι. contabescunt radices simul cum cæteris partibus. Aliquando verò etiam plus putrescunt enim citius sæpè: quia humor vberior.

Recta

Recta vero natura lege haud ita fit: sed vt in corde animalium reciprocus ille recursus, qui ab Aristotele dicitur *ἡμιωδός*.

143 Πάντων ὁ ἡμιώδης οἱ χυλοὶ τοῖς φυτοῖς ἡμιώτεροι. Theodorus, insuauiores. Minus plenè sententiam est exequutus. Suaue, est modus saporum, item insuaue. competit enim omnibus. Sic in raphano radix, suauior, quàm in foliis, tamen si acrior: sed *δένον* hic, validum, efficacax, vehemens significat. Ita saporum vescimur radice, foliis minus. Sic panacea, licetris, caruta, quorum succus vehementior, at non insuauior. Mira verò breuitas. τοῖς ὅς ἐπίπαν. Quarundam succi toto saporis genere non solùm excedunt, verùm etiam recedunt à succo partium cæterarum.

EX HOC CAP. XII.

144 **A** I ὅς ἐξ ἡμιωδότητος. Cum incepit dicere de saporum natura, aut ibi fuit statuendum caput diuersum, aut hoc quoque continuandum. Quid quod & alias subnectit germinandi potestates? ita etiam confusè à superioribus abstraxit Theophrastus.

145 Proprium radicis Indicarum ficuum, emitti à sobole. Sic enim ait. ἰδίω ὅς ἡμιωδότητος, ἡ δὲ δύναμις, οἷον ἡ ἰνδικὴ σουῖς. διὰ τοῦτο ἡ βλάστησιν ἀφίησι, igitur φύσις ἀφίησι πλεονάζαν. sequitur. μέχρις ἂν σπυρίων τῆν σπυρίων, ἡ ἡμιωδότητος. Theodorus quatenus se fico parentis coniunxerit, tellurique tutè inhærescit. Non queo intelligere, quomodo parèti se iungant rami, qui à parente procedunt. An verò radix se iungit? minimè. Sanè quæ ratione σπυρίων, quod mox est, ἢ ἂν ἀπὸ-

D 5

§8 LIBER PRIMVS

μειν? omnino non est scribendum τῆ σκεῆ, sed, τῆ
 77. scilicet quoad sese terræ ita applicet, vt radice-
 tur. Sic etiam in quarto. αὐται δὲ συνδνηται τῆ γῆ.
 aduerte verba. Tutè potius, quàm tutò. &, inha-
 tescit, neque tempore, neque modo respòdet priori
 verbo illi, coniunxerit. Huius arboris descriptionè
 habes elegantissimam apud Plinium, quam accepit
 ex quarto huius: aded vt sub ea æstiuare potius,
 quàm eius historiam legere videaris. Communera
 hanc habent naturam Peruinca, Menta, & aliæ her-
 ba: vt rubus. plereque enim verticem quoque re-
 flexum, deuexumque defigunt, atque radicant ita.

146 Ποσειδων. Tam claram, tamque singularem her-
 bam, quæ & vsui, & miraculo sit, malefecit, cum nõ
 nominauit. misissem equidem cursorem potius:
 id quod nec semel feci. Theodorus autem ambi-
 tiose, & minus latinè dixit illa verba suauissima.
 ὃ καὶ ἰσχυρὰ ἐστὶν ἰδιό. Cui, inquit, datum est, vt &
 mandi suauitate possit. Datū est, ambitiose. Man-
 di, pro comedi, minus propriè. Multa manducantur
 sane, eaque neutiquā cibi gratia: veluti pyrethru,
 & mastiche. Latinè verò nemo dicat: manditur
 suauitate: purissime & fidelissime diceres, Qualem,
 aiunt, ad opuntem, esse herbam pusillam, quæ etiā
 cibo grata sit, & suavis gustu.

147 Ὅ,τι αὖ ἐν ὕλῃ βαθεῖα ἀπαρῆ. Materiam hic ter-
 ram vocat, ad proportionem consuetudinis, qua
 etiam mater dicitur. Si, inquit, lupinus alta terra co-
 operiatur, radicem reciproco motu agit ad summū
 terræ, ex qua emittat caulem. Nam ex illa profun-
 da parte, in quam demissum est semē, emittere cau-
 lem

lem nequeat. Plinius mirificè terram, inquit, amat: sed terra operiri non amat. Apposuit causam, vbi dixit, βλασάνη δὲ πῶς ἰχύν. Historia versatur circa radicis vim: vt etiam ascendat, quo germinet. itaque dixit, διαρεῖ. partitur radicem: vt partem relinquat ibi, vbi satū est: partem reciproce sursum agat. Theodorus malè, obliuiscens, obliuiscere quiescentis: at & pertinacis. reciprocandi potius verbum persequutus esset. & διαρεῖ, perscindunt, malè. nihil enim scinditur. non enim dicas terram aperiri. ait enim ille, διαρεῖ πῶς ῥίζαν. & δὲ πῶς ἰχύν, vt valenter edant germina. nō expressit, τὸ δια, que videtur esse causæ formalis nota.

EXCAP. XIII.

148 Τῶν δένδρων. à partibus aliis alios venatur affectus.

149 Ἄλλ' ἔπερ ἥτιον ἄλλων. Id est, enodem dico, non quæ penitus nodo careat: sed quæ pauciores, quàm alia, habeat. Theodorus, sed siquid eiusmodi sit, locum inter alia obtinet. Oratio autè Theophrasti corrupta videtur. ait enim prius: ἄλλ' ἔπερ ἥτιον ἄλλων. & mox. ἄλλ' ὅσῃ ὀλίγως ἔχειν. Dixit autem, φύσει μὲν, quia infrà, κατὰ πῶς φυτεῖαν. Quare non est corrupta lectio: sed æquiuocè accipit, τὸ ἄνοσον, vt sit in arboribus ἄνοσον secundum τὸ ἥτιον. in palustribus autem τὸ ὄλωσ. confusum tamen contendat quispiam.

150 Πνευματώδεις, rectè faciunt cùm corrigunt. ac non rectè corrigunt. πνευματώδεις. nulla analogia est, πνεύμα ἢ πηγὴν. Theodo. omnino aliter legit, & posuit, Gelidis. fortasse, πνευματώδεις. vt infrà

151 Ἐτι ἡ κατὰ πλὴν φύσειαν. & differentiam ponit ab arte, & reducit ad principia naturalia. Nam, inquit, crebre paucioribus constant nodis, rara pluribus: propterea quod aëris spatio fruuntur ille angustiore, hæ plus insolantur. Propositio superior emittit hanc conclusionem. ἐν ἐπιλήσει ὁζωδίστρα. Nota μανόν, καὶ πυκνόν, non à situ partium in constitutione totius, vt densum, & rarum: sed à situ totorum in loco. Crebrum siue frequens, & infrequens, siue raris locis dispositum. De hoc alibi ex Aristotele, Platone, Galeno. Itaque infra, τὰ πυκνά τῶν μανόν ὁζωδίστρα. Verba verbis his contraria sunt: at non sensus. Ibi enim à concretionem totius, ex vicinia partium.

152 Ἀτακτοὶ καὶ ὡς ἔτυχε. Theodorus inordinati, & vt fortè euenit. Sine ordine, ac fortuito situ.

153 Ἀξιολογώτατα καλῶσι. propter dispositionem ramorum vocat ἀξιολογώτατα. Theodorus, egregias, sensu optimo: ad verbum, dignæ, quarum ratio habeatur.

154 Τῶν ἡ μείζον ἀεὶ τὸ πρὸς πρὸ πάχει. Theodorus. Quibusdam assidue grandius. malè. assiduum enim æqualitatem significat. melius, subinde, τὸ ἀεὶ. Plinius breuius. omnium terræ proxima crassiora.

155 Τυφλοὶ καὶ φύσιν, καὶ πρῶσιν. Plinius urbanissimè. quod natura fit, si non euacuare: aut pœna, cum amputatos cicatrix hebetavit. in Codice Græco ita legimus. Distribuit τὴν πρῶσιν τὰ ἀντία. ἢ ὅταν μὴ λυθῆ, καὶ ἐκβιάζεται. καὶ ἢ ἀποκοπῆ, καὶ ἢ ὀπίσθεν ἀπικτανοῖς πρῶσιν. Cùm aut coacti, vim pasci, aut abscissi, & quasi amputati, mutilati fuerint. μὴ λυθῆ. coacti. fasciis

fasciis enim circumuinciunt olitores è corticibus: ita quispiam dicat. Cum ipsis liberum non sit, sed vim patientur, aut obiectu scandulæ, vel scutulæ, aut obnixu proximi rami. Theodorus autem longè diuersa utitur lectione. Cum arboris ictu aliquo disiecta ad vulnus consolidandum enitens, oris vndique plagæ circumactis callo, cicatricèque tumuerit. verum non omnes nodi tumidi sunt: sed quidam infrà tumorem subsidentes seruant æquam trunci superficiem, vt nos videmus in cupressis nostris nostra manu attonsis. Præterea vnam tantum assignat causam, quæ rarissimè euenit. Quis enim dicat, arboris ictu tantum disici? contemplare etiam, quid sit illud, disiecta: nam disiecti potius, nodi scilicet, etiam non vna ratio cæcorum nodorum. nam quidam coeunt in idem penitus: quidam sinum intus cauum habent, labiis circumtumentibus. Idcirco verba Theodori ambitione sua, superant puritatem autoris, neque explent rem ipsam. vide an, κωλυθῆ: non, μὴ λυθῆ. aut si mauis, ἢ ὅταν κολυθῆ.

156 Ἐπικόψῃ, ἢ ὀπιτίμῃ. κόψαι tondere, τίμνειν incidere. malè Theodorus ὀπιτίμῃ, disieceris.

157 Διαρῶν τὸ ἐν. non dixit, ἀφαιρῶν τὸ ὅλον. relinquitur enim aliquid, ad quod arcessuntur alia principia ad nouam generationem. πῆρῳσιν autem lationem Theodorus, minus plenè. lationis enim amplior significatus, mutilatione potius. nam cum statuat τὸ ὑπὸ πληγῆς, & substituatur τὸ διαρῶν τὸ ἐν, quid aliud sit reliquū τὸ πῆρῳσιν quàm mutilari?

158 εἰ γὰρ κατὰ φύσιν τὸ ὑπὸ τῆς πληγῆς. Theodorus: ictus enim natura contrarius. actionem intellexit

Theodo

Theodorus, & dixit naturæ contrariam. mihi potior alia sententia excogitata est. Materiam, quæ à plaga atcessitur, non est apparata in principiis, vel nodorum, vel oculorum: sed in subsidiis. veluti in poro sarcoide in animali: æquiuocè enim dicitur nodus hic, & nodus ille prior.

159 Διὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνὰ μέγαν προσκείμεται. Sic lege, non προσκείμεται. propterea quod ramuli breues sunt, & multas gemmas edunt simul, vt ita dicam, botularim: siccirco videntur nodosiores. interualla enim nulla sunt.

160 ὡς γὰρ ὁ ὄζυς. Hæc verba fidelissimè transtulit Plinius.

161 Κράδαι sunt verrucæ nodis similes in quercubus, in olea gongri. ἀρέμων alij, alij κροτάλιον: videtur enim arboris ricinus. κράδην Atheniensibus quid sit, interpres Nicandri & Pollux animadvertere, ficum eò nomine syluestrem, κράδια eius frondes. item machinam in scenis, vt diximus in primo Poetices. In secundo historiarum πλὴν κράδην vocat Theophrastus surculum ficus. Nota casuum variationem, vt sæpè in historia animalium apud præceptorem ἐνίοις ἢ οἷον κράδαι γίνονται, καθάπερ ἄλλοι ἐὰν ἢ δὲ ὄζυς, ἢ ἐν κατάμω. Nam ἐνίοις, sine præpositione. ὄζυς, in recto. ἐν κατάμω cum præpositione.

EX CAPITE XIII.

162 **M**Ανὰ ἢ παχύτερα, ἢ βραχύτερα. Raræ arbores crassiores, & breuiores. Secala apud nos si feratur crebra, pusilla est: si rara, grãdior.

163 Καὶ ἐν μὲν τις ἀφείη τὸς ὄζυς. Theodorus hic interpretatur ὄζυς ramos. Huius sententiæ cum duæ sint

fiut partes: amputatas grandescere: dimissas ramel-
 cere, ac fieri breuiore: hanc illi præposuit Phi-
 losophus: huic illam Theodorus. Ramos succidas,
 idem dixit: malim intelligere ab imo succidi trun-
 cum: ramos autem decidi. Latini amputare, sanè
 Græca præscriptione ἀνακαθαιρεν ἀνά, am: καταιρεν,
 putare. vnde purum, purum.

164 Ἄπαντα ἃ ἐν τοῖς ἰσχυροῖς τόποις ἐξαύξῃ. Theodo.
 omnia in suis locis augetur. Pronomen, suum, a-
 pud Legum interpretes valdè efficax est ad pro-
 prietatis circumscriptionem: itaque hic accipien-
 dum est. Latius philosophi, quo quicque loco po-
 situm est, tunc aiunt suum, atque à proprio distin-
 guunt. explicatius dicas, debitis sibi locis. ἐξαύξῃ,
 augetur. minus plenè: nam etiam paulò diuersis
 natura locis, nihilominus crescūt. At hic est, τὸ ἐξ.
 ita dicas, excresecunt, id est, exuperant vulgare in-
 crementum. καὶ τὸ αὐτὸ κάλλισον. Theodor. omisit.
 Mira verò suauitas orationis. purius sic dicas, gran-
 diores, & meliores siue pulchriores euadunt. itaque
 repetit mox, μείζω καὶ κάλλισον. καλὸν enim vtrun-
 que Græcis significat, bonum, ac pulchrum: quod &
 Plautus ac cæteri sunt imitati. Forma haud mala.
 rectissimè consulentes veritati, nullum enim ma-
 lum, pulchrum. est enim malum ad proportionem
 falsi: falsum ad proportionem non entis: pulchrum
 ad perfectionem entis: sicut & verum, & bonum.
 Addit igitur, ἀνοζότερα ad speciem, κάλλισον ad vsum
 fructuum.

165 Ἐτι ἃ τὰ μὲν ἀειφύλλα. Hinc erat initium capi-
 tis sequentis, à differentia sumpta ex foliis.

E x

166 **A** Foliis differētiā iam hinc κατὰ τὸ ἔχειν, & μὴ. Verūm hoc ad tempus: vt perpetuū dignoscas folium, & annuum. omisit autem τὸ vere μὴ ἔχειν. Cuiusmodi ait Dioscorides ἀσπίλον. Nam ἀσπίλον, genista non est, vt putarunt. Nota inter mites πέντε genus. à cultu & habitu statuit hanc differentiam τῶν ἑμέρων, quia pini genus quoddam colatur.

167 Animaduertes Thuiam ignotam nobis, nisi ex historia. Plinius hanc sententiam cū exequeretur, dimisit hīc, & vrbanas definiuit, quę fructu, aut dote aliqua, vmbra rūmve officio viuant. Malè fanè: quippe agrestes huic quoque vsui sunt, nisi dicas, ab eo additum aduerbium, humanius, pro vera differētia: cū alias species enumeraret, quod & alibi fecit: omisit Philycā, & Apharcen Olympo monti peculiāres, sed in tertiodécimo apharcem nominat. Philycam vbi commemorat nō meminī. Nam qui putarūt eam esse Tiliam, falsi sunt: neque enim Olympo peculiaris tilia, & philyram cum philyca miscuere: quorum errorem sine iudicio Ruellius quoque est sequutus. Nam fanè hoc eodem loco, & philyram legitus, & philycam.

Est aliud, quod à Plinio animaduertas. Ait ille in delitiis apud Homericam Circen vsum fuisse Thyia arboris ad vrendum. Cæterū non apud Circen, sed apud Calypso factum legas in quinto Vlyssæ. Fefellit tanti viri memoriā lectio Virgiliana, in qua Cedri vsus eiusmodi attribuitur Circes delitiis. Eam indiligētiam primus Hermolaus sequu

sequutus est, tum autem vsque ad Ruellium omnes. Quinetiam Marcellus Virgilius, cum non decimū Rhapsodiæ librum, in quo Circes fabula peragitur, sed quintum recitaret, Circen tamen posuit, non Calypso. In Codice Pliniano veteri, Thia, scriptum est, & in veteri Homérico *Θεία*. recentiores partim *Θίαν* legunt, partim *Θύαν*. Aquifolium idem Plinius vertit, *πύ ἀγρίαν*, & eum sequutus Theodorus. In Macrobij commentariis scriptum est, Agrifolij arboris nomen. Qua voce ilicis genus etiam nunc Vascones vocant, licet corrupta, Agreol. Nota *κόμαρος*, & *ὄναρος*, præter species supradictas.

168 *Κεδρίς*. Speciem obseruabis à Cedro distinctam. Satis scimus aliquot locis in prouincia Narbonensi nasci Cedrum minusculam.

169 *Ρόδωνία, ἰωνία*. Voces complectentes hoc flexu species omnes, itaque leuiter nimis Theodorus. *Κοφα*, viola. in plurali melius. *Ροσάcea*, & *violacea*. Historia tamen hæc apud nos falsa est, si spectes *Ροσας* quasdam, quæ sanè folia amittunt. *Ρα-pauer* autem cum annumerat, tatum abest, vt vera dicat, vt etiam intereat rotum.

170 *Τὸ πύγανον κακοῦται*. Theodorus, *Ruta* affligitur. melius, deprauatur.

171 *Πάρα ἢ ἄλλων*. Ponit affectuum differentias, *Σεροφυλλίαν ἢ παρότησα, ἰωδιον*.

172 *Μικρὸν πᾶν χρόνον διλείπει*. Parum intercipit temporis, quin perpetuò vireat. ita Theodorus intercipit, absolutè posuit, minus commodè: nisi putemus scriptum fuisse *intercidit*. Illud tamen

E

videtur ab autore acceptum, vnde intercapedo.

173 τὰς ἡ πλείον. πάσας φυλλοβολεῖ. Theodo. omisit hæc omnia: atqui ad rem faciunt. mirum enim illâ ibi folam perpetuò virere, cæteris amittētibus.

174 Ἐν ἡ συβάρη δρυς ἔστιν ἐυσύσπις ἐκ τῆ πόλεως. Theodorus, Quercus in agro Thurio, vbi Sybaris conspicua. At Plinij verba, quem frequentius plus nimio sequitur, meminisset. In Thurino agro vrbs Sybaris fuit, ex qua quercus conspicietur. Idem Plinius commodius, quàm Theophrastus. aliud enim est, in agro. aliud ἐν συβάρη. Nâ quomodo sit, ἐν συβάρη. & sit eadem conspicua ἐκ τῆ πόλεως? Est modus atticè loquendi, & familiaris Theophrasto. sicut alibi, ἐν κυρή. Id est, in agro Cyrenæo.

175 ὡς ἐκ τῆ χειμῶν ἐπιλαμβάνειν. Theodorus vt quædam ab hyeme occupentur, vt etiam quædam hyemem attingant.

Ἄλλα ἡ τι ἂν ἡ ὕστερον. Theodor. Quinimo quibusdam tardius inceptat. Melius, quinimo serius, quàm alia, quædam amittunt.

176 ἔστιν δὲ ὕστερον ἢ ἄλλων. Subintellige, folia amittunt.

177 Ἡ δὲ πολλὰ, καὶ ἡ ἀνθισσι καὶ μέρες. Theodorus, occasus, ortusque vicissim occurrunt. Commodior sensus è perspicua & fideli oratione, semper uentium frondibus particulatim decidentibus illico aliæ subnascuntur. Nota, ἀθισσι improprie βλάστισσι voluit dicere.

EX CAP. XVI.

178 Ὑπὲρ ἐκ τῆ ἔχειν, καὶ μή. Hic ex qualitate, à similitudine.

179 Τὰ μὲν γὰρ νέα σπειρεῖν, τὰ δὲ παλαιότερα γωνοειδῆ.
Theodorus, in angulum exeunt, non expressit ver-
bum Theophrasti. Nanque populna in angulum.
Edera aliqua etiam in angulos, qui quidem cro-
toni etiam sint frequentiores.

180 Καὶ εἰς τὸ μεταστροφῆς πάντων. In hoc mutatio
omnium. id est, quæ mutantur, in angulum mutan-
tur. Sanè Scabiosa, Malua, & alia. at Trifolium a-
cidum, quæ Iuliolam Romana voce appellant Itali,
Barbari barbarè alleluia, non in angulum, sed in si-
num. recessum enim habet in orbe exteriori, quan-
to adultiora, tanto maiorem: quemadmodum fo-
lia quoque florum sylvestrium rosarum. Tum au-
tem negligentia Theophrasti, qui cum ita differe-
ret: τὸ δὲ λεύκης, καὶ κίτθου ἀνόμοια: infert: τὰ μὲν γὰρ
νέα σπειρεῖν: inclusit etiam ederam exemplo inter
ea, quæ νέα σπειρεῖν. & mox excludit: ac sic diceret.
ἀνόμοια τὸ λεύκης, τὸ κίτθου, τὸ κρότωνος. ἢ μέντοι τὰ μὲν
νέα σπειρεῖν, τὰ δὲ παλαιότερα γωνοειδῆ. ὡς λεύκης, καὶ
κρότωνος: τὸ δὲ κίτθου ἑμπαλιν. Tametsi ne Crotonis
quidem nouella sunt orbiculata.

181 Πάντα δὲ τὰ φύλλα διαφέρῃ, καὶ τὰ ὑπῆρα, καὶ τὰ
ωραῖα. Non est dubium, quin supinam dicat eam
partem, quæ cælum respicit. Sic etiam dicit diui-
nus Poëta, Collésque supini. & supinum dor-
mire, vulgus, quid sit, intelligit. Sic igitur, ait:
τὰ ὑπῆρα ἀνωτέρω, καὶ λειότερα. τὰς γὰρ ἡσας, καὶ τὰς
φλέβας ἐν τοῖς ωραῖοις ἔχουσιν. In pronis, id est, in
imis, & qua terram versus spectat, habent neruos,
& venas. Præterea dicit, ἐκωραῖα ἔχει τὰ ὑπῆρα, καὶ
ταῦτα γίνονται ἡλίω φανερὰ. Sunt igitur partes supe-

riores τὰ ὕψια. At præceptor aliter vsus est, atque ita aliter, vt cōtrario modo. Nanque τὰ ὕψια, vocat τὰ ὑπό, τὰ φραγῆ, τὰ πρὸς τὸ ἄνω. Ipse quoque Theophrastus in secundo ab hac sua sententiā diuersus, Aristotelis legibus propior fuit. De his in Cōmentariis historiarum de animalibus. Theodorus parum prudenter, hæc cum suo iure esset interpretatus, illa alterius sententiæ, paribus verbis expressit. Error Theophrasti alter est, qui leuitatē ab inferioribus cum amouet parti maiori, attribuit oliuæ, & ederæ. contrarium enim patet. Illud etiam quæres. ait: Maiorem partem habere superiora frondium visui obiecta. dixit τὰ πλείεστα. quia quibusdam aded sunt surrecta frondes, vt inferna melius videantur: præsertim in arboribus, quippe quibus rami sint sublimiores. Verum autem est, quod ait: Στρέφεται ὃ τὰ πολλὰ πρὸς ἥλιον. Partem enim superiorem ad solem conuerti verissimum est. & addit, aded conuerti, vt nescias vtrum latus superius, an inferius ramū versus spectet: atque ita, vt quod summum erat, videatur imum. Ambiguitatem declarat, & eius causam. Nam euentu quod summum erat, imum fit. At natura non mutat eo ex euentu summi ipsius constitutionem. Hoc est quod dicit ἢ μὲν ἢ ὕψι-της μάλλον δοκεῖ ποιεῖν τὸ φραγῆς. vt dicas ex supina cognosci pronam. Nihilominus tamen ἢ φύσις βλάπεται τὸ ὕψιον. Non deserit seipsam natura in ipsa supinitate, quin supina esse pars ea videatur. Præsertim cum ex Solis vi mutatio illa fiat, situs potius quàm natura. Ponit deinde quorundam opinionem

nionem, ali supinam à prona: argumento esse venas, quæ in prona sint. alimentum enim per venas. Præterea humorem in prona esse contradicit. *καλῶς λέγοντες*. Est igitur sententia cum iudicio. Ratio contradictionis. Sua, inquit, cuique natura est. æquè alitur sibi supina: æquè prona sibi; sed nõ æquè si inter se comparentur: in vtraque enim venas esse. Superaddit autem rationem confirmationis. Non enim constare meatuum modum, aut responsum à supina in pronam. Mihi tamè priscorum commentum magis placet: neque enim venæ extant in supina, sicut in prona. Quanquã hoc maximè infirmat quod aiebat, non transmeare alimentum ab vno ad alterum: potest hoc persuaderi ex frondibus; quæ vbi siderantur, membranula remanet, qua supina & prona inter se discriminantur. verùm in ea membrana animaduertas, si subtilius intueare communem vtrique transmittendi commoditatem. Theodorus; *πάντα ὃ διαφέρει τὰ ὕψια, καὶ τὰ πρηνή*. Omnia sola parte prona. Nescio quare addiderit, sola. Deinde dicit. In olea pars supina candidior. quasi opposuerit *τῷ κινδύσειρα*. Humor enim in herbis viriditatem affert intensiorem. Igitur dicat argumenti rationem. Cùm prona, siue inferna scribat, *ἐνίμα*. Illud quoque nõ bene Theodorus. parte supina perspicua pendent. atqui non pendent omnia: quia multa sine pediculo. Præterea sunt pleraque surrecta adeò, vt ramus potius ab ipsis pendere videatur: iccirco prudentius Theophrastus, *ἐμφανῆ ἔχει τὰ ὕψια*. Theodori phaleræ infinitis penè locis regunt equi decorem, atque

etiam non rarò frangunt impetum. Sic per eius verba: neque ima quæ subeat: non intellexissem quid vellet Theophrast. cum dicit *μὴ ὅ βαβος διόν*. Nam à prona in supinam, qui neget alimentum permeare, non potest interpretari τὸ βέθος, inium. sed cavitatem, aut crassitudinem. sic dicas. Cum alimentum non habeat spatia, quibus sese à prona in supinam penetret. *διόν*, leges in neutro. *ἢ προσφὴν διόν*, peculiare Theophrasto. Reicit postremò eiusmodi disceptationem ad libros de causis, cum dicit: *ἀλλὰ πρὸς μόνον προσφῆς*.

182 *Διαφέρεισι δὲ*. Alia differentia à figura & magnitudine. Theodorus *πλατύφυλλα*, ampla interpretatus est. at amplum omnem dimensionē capit, ac signat. Græca origo, vt in originibus dictum est. amplum, *ἀνάπλεον*. hîc autem latitudo tantum indicatur. Non erunt ædes amplæ, quæ plurimum occupent foli, nisi & contignationes altæ sint.

183 *Σπανόφυλλα*. Theodorus rara. Hoc quidem illud significat. verum neque pino, neque eiusmodi generibus rara sunt folia. quin nullis arbitror frequentiora.

184 *Τὸ ὅ ἐπὶ πρὸς τὴν σῆτας*. Polium ait, vtile aduersus tineas vestimentorum. *παρέρριν* sanè, *καὶ περιέρριν*.

185 *Πηγάνια*. Theodorus rectè, Rutulas. Exemptum hinc tamen vocabulum hoc nullo modo intelligā.

186 *Καὶ τῶν θάμνωδων ἢ ἡ μυρική σαρκώδες τὸ φύλλον ἔχει*. suprâ, *σαρκόφυλλα, ὅς μύρική, κυπαρίσσιος*.

Quare frustra tam breui repereret interuallo. Ibi igitur *μυρική* legitur probè. quippe Tamarico

inter

inter arbores. At hic, *ἐρίκη* potius. Est enim eius generis folio, Erica, quam Vascones Branam vocant, alij Brugam, nostrates, Brecole.

187 *Παραγούζοντα*. Theodorus, & in angulum depressa. depressionem appellauit demissionem circinationis in angulum. τὸ *παρα* significat exitum à natura orbiculari.

188 *Καθεπερ κερυνόδη, ὡς ἐν ἰδατῆς*. Quippe habet, vt pinus, aspera, & limæ, quàm ferræ propiora, sua tamen natura, capillata.

189 *Σκολεπάδη*. Theodorus, cruciformia. Decussata potius, aut palmata melius, quàm Theophrastus, qui scircò dixit, ὡς περ ἀν ἵπποις: quia durū erat. Videbis, hīc *σκόλε* significet ne crucem, an paxillos: quorum stipes solidus humo pangitur, rami truncati extant ad figuram digitorum: etiam prisci latini reria his sustentabant, Varosque appellabant. Haud absimilem habes modum in septimo Cōmentariorum Cæsaris, qui & Ceruos in opere militari nominat. & paulò pòst, stipites demissos, qui ab ramis eminebant.

190 *Ἔνια ἢ κ' ἐντομαὶ ἔχοντα*. Theodorus insecta. Animalia quidē aliqua, ita vocat Aristotele: & Plinius sic vertit. At in foliis neque intelligas proportionem significati, & commodius facias, si euites ambiguitatem in plantis, atque in animalibus: quam ne Græci quidē curauere. Melius dicas, cum incisuris.

191 *Τὰ ἢ ἀδανὰ βίχοντα*. Theodorus. Quædam cum extremis, tum lateribus sinuata concidunt. Subsident melius, quàm cōcidunt, & mollius, & ad ver-

bum. In rubo sanè sinum nullum intelligas.

192 Κείδρις, καὶ κεδρίας. Nota quid sit hic κεδρία. Nanque aliis Cedri lacryma est. Suprà fruticem habebas κεδρία,

193 Φυλλάκανθον. vt non solùm sit folium aculeatum, quod possit intelligi, sed etiam quod se interpretatur: ὡσπερ γὰρ φύλλον ἐστὶν ἀκανθα πᾶσιν. Numerat, ἀκροῖαν καὶ δρυπίδα, verùm ἀκανθος nostra nō est eiusmodi. Subdit autem sententiam. Si quis spinam vocet in his, non folium, necesse erit ea putare ἀφύλλα. Subdit autem exemplum asparagi, in quo nihil ambigatur, folij loco spinam esse. Quid mirum? Radix est sine planta, Tuber. planta sine radice, Semperviuum auulsū, & Malobathrum, si verum est, siue capias folia pro eo toto, quod planta nomine censerī potest. planta sine folio, Cuscuta. Quare facilius folij loco quod quippiam habeat, à natura institui potest. facilior enim est analogia, quàm priuatio. Leges autem. ἐνίοις γὰρ ἀκανθὰν μὲν εἶναι, non autem ἐνίοις δέ. Nanque sic dicit. Si in fruticibus spinosis spinam esse dicas, non folium: sequetur, plantas aliquas carere folio penitus. Reddit igitur rationem exemplo manifesto, vt ambiguum tollat.

194 Καὶ οἱ ἐμπεφυκότα. corrigunt ἐμπεπηγότα, sequuti Theodorum, qui ita vertit, infixa coharent. At omnes sanè pediculi sunt ἐμπεπηγότες. In olea verò perinde atque vnum corpus videtur, sic & rubi, & rosa. Non autem προσρητιμένον, id est, appensum, vt viti, & pruno. Theodorus propendētia, non bene. propendent enim etiā τὰ ἐμπεφυκότα, &

& τὰ ἐμπεπηγῶτα. tanto peiore audacia, cum addit: & tremula. Multa enim habet pediculum pendens, at non tremulum, ut Myrtus. eadem negligentia ubi mox, πρόσφυσιν illo verbo interpretatur, pendeant: immo enascantur, aut agnascantur. 195 Ἐκ τῆς κλάδων. Differentia non à partibus, sed ab origine. Theodorus malè, ex germine. Nanque βλάστημα est germen: at hoc etiam est ἀκρομυόντων antequàm crescât. κλάδος autem aliud πῶς τ' ἀκρίμονα, sicuti suo loco declaratum est.

196 Τῶν ἡ λαχανωδῶν τοῖς πολλοῖς ἐνθὺς ἐκ τῆς ῥίζης. Si λάχανα sunt species πῶας: malè supra definiuit πῶαν, cuius ab radice statim folia prodeant. quòd si rectè definiuit, malè subiecit τὰ λάχανα τῇ πῶα. Scylla autem olus non est, nisi secundum certè speciei proportionem.

197 Καὶ τέτων ἡ ἐχ' ἢ πρώτη μόνον ἐκφυσις, ἀλλὰ καὶ ὅλος ὁ καυλὸς ἀφυλλόν. At ἡ πρώτη ἐκφυσις est τῆς φύλλων. Quare Theodorus hic fatalem illam suam copiam feliciter exercuisset, aut ad hunc, aut etià ad meliorem modum. Non solum ea caulis pars quæ exit prima, verum etiam totus ipse deinceps sine foliis est. Hoc autem dixit, quia multorum caulis foliatus est: ut lactucæ, & betæ, & brâsicæ, & aliorum.

198 Ἐνίων δ' ὅταν γένηται φύλλα, ἐκός. Ea est breuitas, vix ut intelligi queat. Putabam mancum esse codicem. sicut mox: ἐχ' δ' ἐνια τῶτων ἐξ τῆς καυλόν. Addi possint hæc, & à doctioribus meliora, πρῶτον μὲν λείον, ἔπειτα ἡ ἀκαθίζοντα: ut caulis primùm læuis sit, deinde edat spinulas, qualem vide-

mus in lactuca. Dixit autem: καυλόν, addita cō-
iunctionis nota: propterea quod dicturus erat:
καὶ φύλλα. Vetustior facta lactuca, ex dulci amara
fit. pro lacte, medullam fert araneosam. caulis, qui
laevis fuerat, alicunde spinulas emittit, item folia.
& nota, ἀνανθίζοντα. est enim spinarum imitatio,
non vera spina. flexus est verbi, sicuti φιλλοπιζεν.
199 Κενὴ ἡ διαφορά. Nunc à multitudine & pauci-
tate. hæc differentia sequitur statim illam: τὸ ἔχθιν,
καὶ τὸ μίον. vti dicebamus in Sparto, ex sententia Dio-
scoridis. Theodorus, & hîc, & alibi sæpè, κοινὴ,
publica. duriusculè. Videntur autem deesse verba
illa sic. τὰ μὲν τεταγμένα, τὰ δὲ ἀτακτα. & Theodo-
rus explet ita.

200 Ἀπλῶς δὲ αἱ διαφοραί. Epilogus valde utilis.
consummatur enim doctrina; quemadmodum in
libris de animalibus dicebamus. Postquam enim
ὡς τύπω proponunt Peripaterici, & quasi venatur:
tum subiiciunt epilogos aliquando valde necessa-
rios. mihi magis placet ratio, atque institutū Ara-
bum. Nam Græci dum sic fluctuant illa inuestiga-
tione, cum suis τύπω, & ὡς ἑπιπέρις, potius videntur
discere ipsi, quàm docere alios. Arabes autem po-
sitis nominibus, atque explicatis, excussisque am-
biguitatibus significatorum, definiunt, partiuntur,
exequuntur: primùm per differentias, deinde per
officia, aut fines. Tertio loco eliciunt proprias af-
fectiones. Quarto addunt communes. Quinto sol-
uunt quæstiones, atque hæc quidem ex Posteriori-
bus Aristorelis resolutoriis. Notabis, ἢ ἁπλοῦς
ἢ πλατύνει, lege ἢ κειλήτης, καὶ συνότησι. Nam hæc
omnia

omnia sunt modi ἢ σχήματος, non autem differentia specialis ab eo distincta, sed ipsa sub illo inter se. Latitudo enim est figura: modus: quare minus diligenter posuit, ἢ σχήματι, ἢ πλατύτητι, Sed sic, σχήματι, ἢ κατὰ τὰ διαγράμματα, ἢ πλατύτητα. Rursum infeliciter Theodorus τὴν ἀρίστυον transtulit per verbum, dependere. Atqui, ut dicebamus, neque in paliuro, neque in multis aliis, quae supra memorabamus, pendet ullum. Præterea quod id naturæ officium, quod per verbum ἀριστύου declaratur, sit commune, & ad id, quod est habere pediculum: & ad id quod est, eo carere: quis dubitabit, si pendere dicas, quin genus non conveniat speciei? Neque enim iis convenit, quae pediculo carent. Lego ἢ δὲ ἀντὶ, aspiratè, ab seipso folio scilicet. Theodorus negatiuè: aut à pediculo, aut sine ipso: minus plenè. Quippe ea, quae sine pediculo pendent, quæras adhuc, quo pendeant. quod si dicas positiuè, per ipsum: acquiescas.

201 καὶ εἶδη πολλὰ ἐκ τῆς ἀντὶ. Theodorus, cuius etiam generis complura spectantur. Quasi dicat, multae sunt plantae, quarum folia sine pediculo sunt. Profundior est sententia Theophrasti. ita enim dicit: Quemadmodum quae pediculo haerent, non uno haerent modo: ita quae sine pediculo non uno modo. Alio sanè in Arundine: incipiunt enim ab geniculo: aliter in porro, & bulbo, sine geniculo. ita ponas alia exèpla. Verba verò Theophrasti perspicua sunt. Et species multae earum, quae ab seipsis haerent. Hæc autem est differentia inter sententiam Theodori & Theophrasti. Theodorus sic. Multa spectantur

ſpectantur eius generis, vt ſine pediculo pendeant. ita intelligit ſimpliciter admodum: multa hærent ſine pediculo. At Theophrastus multiplici iudicio ad hunc modum. Eorum, quæ ſine pediculo hærent, multæ ſunt ſpecies. & rectè. Non enim omnia eodem modo. Quinetiam addam audacius. *ἢ εἰδὴ πολλὰ ἐκ τῶν αὐτῶν. τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν*, ad vtranque partem adduci poſſe: quaſi dixerit, *ἕξ ἑκατέρω*. Multi enim modi, *καὶ τῶν μίχων, καὶ τῶν μί.*

202 *Μετὰ τὸν σφραγιφόρον τὸν καρπὸν*. Theodorus, interceptum foliis fructum. Non expletur ſententia. melius, quædam fructifera eo modo, vt ſinu ſuo fructum complectantur. Lenocinium addas molliuſculè ſic. Quorûdam inuolucro, aut ſinu fructus obducitur adeo, vt ipſa fructifera dici mereantur. vitilius id animaduertas. Suprà Theophrastus dicebat caulem à natura inſtitutum propter fructû, aut fructus, aut ſeminis editionem, igitur ſic moderabimur. Videmus enim hîc frondes fructû ferre. Quare non de caule, quatenus caulis eſt, ſed in quantum caulis, aut primo & per ſe, aut officio foliorum, quæ ferat.

EX CAP. XVII.

203 **T**ὸ ὃ ὑγρὸν ἀπάντων κοινόν. ἀπασιν γὰρ ἐνυπάρχει, καὶ τὰς αἰσῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὀπιτείοις. μίχων, ἀνθος, καρπός, εἴτι ἄλλο. Diligenter hic eſt co dex cognofcendus. Neque enim verum eſt *μίχων ἀπασιν ἐνυπάρχειν*. nihilò verius *ἀνθος*, aut *καρπός*. Quare aut verbum dæeſt, ſic: *ἔχει γὰρ μίχων, ἀνθος* & cætera: aut alio caſu ſtatuas. *μίχων, ἀνθος*. Succus igitur communis omnibus, tam annuis, quàm diurnio

turnioribus, & magis adhuc his, inquit: neque addit rationem. Nos ad hunc modum intelligemus. Manifestum est, succo alialuntur autē magis. Probatio: multum breui tempore crescunt, magis igitur necessarius. Demonstratio est à causis, materiali propter finem. Theodorus malè expressit: καὶ μὴ ἐπέλειος: quæ minus annua sunt. Nam minus annua, videtur significare minus quàm annua. Sic latini, plus, & minus, sine particula illa, quàm. Multa sunt, quæ annum nō explent, vt τὰ τρίμηνα. & aliæ fruges. Omnino malè sonat, commodius dicas: & quæ diuturniora.

204 Δοκίμῃ ἢ ἴσθ' ἀμύχων. Nunc etiam pediculorū declarat constitutionem. Verūm utinam ne dixisset illud. Quis enim vidit, Arundinis folia hæere pediculorū? iunt sanè ἀμύχα. legerem ἀμύχων. Theodorus nihilo secius atque scriptum est.

205 Τὰ ἢ ἐκ τῆς αὐτῆς, ὡσπερ οἱ καυλοί. τὸ ὡσπερ, significat, ὡνπερ.

206 Τῶν ἢ ἀνθρώπων, τὸ μὲν ἐκ φλοῦς, καὶ φλεβός, καὶ ἄρκος. τὸ ἢ ἐκ ἄρκος μόνον. Sic legemus. sic legit Theodorus. Verūm ridiculum est, ex sola carne dicere constare florem. Venam enim, nullus est flos, quin habeat. apponit tamen exemplum. ἐν μέσῳ τῆς αἰρων. qui in meditullio Lolij existunt, profectò ij quoque venas habent. Nam vnde alerentur? Theodorus, inter lolia, malè. intra, non inter. Inter enim discretæ quantitatis nota est: & terminus duorum, aut plurium.

207 Ὁμοίως ἢ καὶ ὅτι τῶν καρπῶν. Sic lege. οἱ ἢ ἐκ σαρκός μόνον. Non posuit exemplum fructus, qui ex carne consta

constaret sola. Nullum equidem sine cute notū habeo in memoria. Itaque sibi non tam moderatur, quā contradicit, cū addit: Πάντων ἢ τὸ μὲν ἕξω φλοιός, τὰ ἢ ἐντὸς σάρξ. Igitur in omnibus aliquid, prater carnem, est. ergo aut, non μόνον. aut non, πάντων. Addit autem, ὡς εἰπείν, quia τὸ ἐντὸς, non respondet. Caro enim est in quibusdam, μεταξὺ δέρματος, ἢ φλοιῆς, ἢ ὀσπρεκίδεως. καὶ πάλιν ἐντὸς τῆς πυρρῆος ἄλλη σάρξ, vt prunis. Nota & illud. Mora ait ex succo & cute: item punica: tamen est caro etiam prater succum, vt prudentius dicas succulentā carnem. itaq; Plinius ^{lib. 5. c. 18.} Carne, & succo mora constant. Intus habent praterca mora filamenta. Punica verò etiam acinum ligneum.

EX INCIPIT. XV. III.

208 **P**lcherrima hīc de semine contemplatio, quāque mereatur esse pars nostrorū librorum, quos ad hanc materiam, multis laboribus digestimus numero septem. Ait, in omni semine & humorem, & calorem esse. diuina vox. Altera materia est; altera aut forma, aut formæ assecla, atque instrumētum. Alterum est principium actionis, cum proportione ad matrem: alterum passionis, ad femellam.

209 **Ἐὶ δὲ ἐκλειπόμενον.** Deficientibus calore, & humore, semina sterilefcere, sicut & oua intelligemus: etiam verò alterutro tantum deficiente. Theodorus, deserint. At desit, quod fuit. Philosophus autem hic profundius sentiat, vt non solum calor, qui fuerit, abeat: verum etiam, qui esse debeat, non adsit, sed desit, vt in ouis lypenemiis. cum abit calor & corrupta

& corrumpitur, *εμπιέν* dicitur alibi à Theophrasto. tunc definit. in principiis constitutionis, si non infir:deest, non definit. *δούλων* vniuersalius, quàm *εκλειπόντων*. Addit autem quasi paraphrastes, vrinum, de quo satis in historiis animalium.

210 Καὶ τὸ μὲν ἐν ἑβύς τὸ σπέρμα μὲν τὸ περιχόν. Hæc verba excitabunt contemplationem iudicij non vulgaris. Sic enim dicit. *ἐβύς*. Statim, inquit, sub tegmine est semen in quibusdam. In aliis autem *μεσῶν*, scilicet tegminis & seminis, est caro, & testa. Igitur opponit τὸ μεσῶν τῷ ἐβύς. At videamus exempla τῷ μεσῶν. Oliuam ponit, & prunū, rectissimè. Inter nucleum enim & cutem interest caro, & testa. Videamus exempla τῷ ἐβύς. palmulam ponit, & iuglandem, & amygdalum: quasi verò non habeat cutem iuglans: deinde carnem, tum autem testam. Nam quid est *πυρήν* in pruno, quod non sit in amygdalo? Neque enim semen est ipsa testa, sed quod intus. Quid quod etiam aliquid aliud præterea habet palmula? quippe membranam inter os & carnem. Quid quod ipse, cum dicit, *ἐβύς*, sibi contradicit, atque ait: *πλείω δὲ τῶν τῶν ἐμπιέζοντων, ὡς τὰ σείνικος*. Postremò in vtraque diuisione est, & palmula, & oliua. vtraque cum carne esculenta, vtraque cum cute, vtraque cum testa nucleum operiente. Theodorus *κερύς, ἀμυγδαλός*. Nucis amygdalæ. verùm minus cautè. Nanque amygdalum quoque nux est: melius, iuglandis. *πυρήνα* Plinius item nucleum vocat, qui nucis vicè gerat. Nuculam nos excogitaueramus: vt nucleus, quod intus esset esculentum tantùm signifi

significaret. Est autem valdè æquiuocum nomen
 τὸ πυρῆος, si & oliuæ nukulam significet, & ligneū
 punici acini, intra quod nihil aut est, aut non ap-
 pareat. Bacæ quoque significatu Plinius abusus est
 ad hæc exempla.

211 Ἐν λοβῶν μὲν οὖν μόνον τὰ ὄπιτεια. Si volebat
 mox dicere: ἀλλὰ καὶ τῶν δένδρων ἕνα, quo loco haud
 paucas arbores numerat: quare dicebat μόνον? quin
 etiam paliurus, & genista ferunt in siliquis, item
 opulus, quæ tamen non est cercis. At verò sic le-
 gemus, non autem, κίς. Quid enim Galla hîc.
 Plinius autem de Cercide nihil. de Colutea autem
 vbi agat, videbis. κολοίτεια hîc mendose legitur.
 κολκτίαν in tertio appellat, vbi Liparitanam vocat
 arborem. κολυτέαν verò & diuersam, & Idæ pro-
 priam In tertio autem miram obliuionem: non so-
 lum quia iam narratum repetit: sed etiam cum
 priore historia salicis folia, posteriore fænugræci
 attribuit. Κεραυνία quoque & κεραυνία multis locis,
 atque exemplaribus scriptum inuenias. Carobam
 mauritana voce appellat Italia: qui Ægyptiam fi-
 cum, ridiculi.

212 καὶ ὅσα μύκωνι. Præcisa oratio. deest, ἴμοις. in-
 telligit, ὑοσκύαμον, & ἀνεμόνιον, & alia.

213 Τῶν δὲ δένδρων ἕδεν γυμνόσπερμον. Nulla ex arbo-
 ribus semen nudum fert: sed aut carne, aut cutè
 continetur: quasi verò fœniculum tum intus me-
 dullam, tum foris non habeat cutem. Quinetiam
 ipsius lactucæ semen & cutè tegitur, & medullam
 tegit cutè.

214 Ἡ ἄρξι, ἢ δ' ῥμασι. aut carne semè obducitur,
 aut

aut cute, ne intellige carnem solam. etenim ipsa quoque cute ambitur, néue intellige cutem aliter, quàm solam. Cutis naturam diuidit in duo, sic: τὰ μὲν σπερματικοῖς, τὰ δὲ ξυλωδοῖσι. Quid sit σπερματικοῖς, haud satis percipio. Theodorus vertit, crusta, vt sit, ἔσπρακώδοσι. Iamè placet. verùm contextus non placet. Sic enim scribit, aut cute, aut crusta. Igitur non videtur diuidere τὸ δέρμα in crustaceum, & ξυλωδοῖς, at Theophrastus diuidit. Sic ego diuiderem, extremum operimentum, in cutem, membranam, corium, lignum, testam, os. Cutis est in frumento: membrana in acino punici. corium in castanea. lignum in glande. testa in iuglande. os, in pistacio. Notabis diligentius, si pro σπερματικοῖς legas ἔσπρακώδοσι. non conuenire exempla de glande. Etiam illud animaduertes εὐβοϊκὸν hinc distingui τὸ καρυόν, tāquàm diuersum ab iuglande. Itaque in quarto historiarum Euboicas arbores etiam in Magnesia oriri, pro narratione minimè vulgari posuit: vt intelligas errorè Theodori, qui in quinto, nec semel εὐβοϊκὸν, nucem pro iuglande est interpretatus, dum Plinij autoritatem nimis securus famæ sequitur.

215 Διὰ τὸ χωρίζεσθαι τῶν καρπῶν. Theodorus, quod absolui de fructibus potest. Non intelligo quid velint sibi verba hæc: at Græca ita interpretor: χωρίζεσθαι τῶν καρπῶν: à natura fructuū segregari. Conus enim fructus non est, sed vasculum fructus continens: intelligo hunc tam cupressi, quàm pineæ nucis.

216 Αὐτὰ δὲ τὰ σπέρματα. Semina, inquit, protinus

F

quædam carnea, exempla ponit. Quæ in nucû, aut glandium genere censentur: alia, inquit, ἐν πυρῆνι ἔχει τὸ ἀρκώδες: intra nukulam carnem habent, vt oliua. Quæ diligētius quidem sunt notanda. Aperta namque glandis crusta, protinus caro inuenitur: & non absimili modo, oliua nucleo aperto statim carnem habet feminalem. Videtur differētia: quia oliuæ nucleus esculenta obducitur carne: iccirco dixit ἰὺθύς. hoc sic apparetur, vt potest. Nam sanè alterū exemplum videtur laborare: ait enim iuglandem habere statim carnem feminalem. At enimquæ eadem, sede & iuglans habet, & oliua. In vtrâque primo æquè loco est caro, quanquàm diuerso vsu. verùm id nunc non disputatur: sed de sede, atque ordine inter se, & medullæ seminalis, & integumentorum: deinde est nucleus, tum pulpa. Præterea nulla ratione conuenit exemplum bacæ Lauri, cum oliua. Habet enim cuticulam oliua, quæ à carne nõ abscedit: habet carnem, habet os: postremò intus medullam pusillam feminalem: at Lauri bacæ os nullum, πυρῆνα nullum. Sed primum, atque extremum, corium, deinde membranam, intra quam caro firma ac solida: qualis castanæ. ea est bipartita nihil intra se continens, tantum ad verticem ligulam habet castanæ modo, quam ligulam vulgus germen vocat.

217 Τὸν δὲ ἐν πυρῆνι μόνον, ἢ πυρηνώδες γέ. ἢ ὡς περ ἕτερα. καθάπερ τὰ κινκώδη, ἢ καρχαμμυδάδη. Hic videmus non accipi πυρῆνα, sicuti supra: sed quomodo in punica. Similis enim grani figura in vtrisque, & quæ κινκώδη sunt, & quæ in malogranatis. Non intelligit

intelligit autem ἔχεισθαι, id est contineri ἐν τῷ πυρήνι, sed εἶναι: neque enim quicquam à grano ipso continetur: sed ipsummet granum semē est. Igitur ob eam æquiocationem, adiecit πυρήνιδι. Et addidit γε, particulam proportionalem: saltem si non sit πυρήνι, erit πυρήνιδες. Et quia suprā σάρκα nominat. At quia carnis natura humidior est, propter eā diuersitatē, addidit ξηρά. Et dixit κινκώδι, vt cōprehensum haberet omne genus Cinara, & Cardui, & Chamæleontis, & eiusmodi. Theodoras omisit, κίχραμωδι. Contemplabimur ergo an πυρήνιος appellatio applicari possit aliqua analogia ad fici granum. Id enim est κίχραμος, & olsi oliuæ. Plinius in hac materia pro eo quod est κίχραμος, hīc posuit frumentum, quod diligentius est perpendendum.

218 Εμφανέστατον ἢ τὰ φείκος. Manifestissimum semē in palma: quia ipsummet os semē sit, vt ne dubitetur, sit ne medulla sola, an testa, quæadmodū in olea. Reddit rationē, ὅτι καλότητά ἔχει ἐδερμίαν. Et addit, ἀλλ' ὄλον ἔξορθον. Theodoras plenum, & perfolidum. Vox illa nobis diu multūque perquisita, nusquam comperta est. Palmulæ os, verè osseum, marmoris fragmenta fractum imitatur: eiusdem duritiā, & colorem, cum duritia & colore cornuum mistam gerit: oblongum est, sed non æqualiter teres. Nanque ab lateribus conuoluitur in finem: ex altera parte vbi venter est, canaliculi vestigia tenuia, atque subobscura, pertinent ab imo ad summum. Paulò infrā medium eius canaliculi, vmbilicus est, at quasi ocellus quidam: sub quo, &

à quo intorsum tendit tubus cum pellicula, atque intus mucro, qui germen, vt vocant, est. Igitur nulla intus cavitatis, vt in oliua: sed ipsum corpus osseum, est semen: quemadmodum castaneæ caro, & in corpore mucro ille genialis ad vmbilicum. Sic describendum est. aliqui ὄλον, non ὄλον legunt. Notabis sententiæ suæ propriam castigationem. ἔ μὴν ἀλλ' ὑγρότης, tamen non est medulla in medio, tamen in toto est humor, de quo suprâ dicebamus.

219 Διαφέρεισι δέ. Alia seminum differentia, à positu: quia quædam ἀθρόα, congesta. Non posuit exemplum, habes in Papauere. Theodorus de suo addidit, promiscua, male. Nam ἀθρόον genus est, & diuiditur in promiscua, sicut in Hyoscyamo: & digesta, qualia Punicis. Suam enim quæque sedem obtinent. Dixit autem, τὰ ἢ διασώζονται, καὶ ἁπλοῦν. Theodorus discreta, minus rectè. Discreta enim omnia sunt. quodcunque enim est, vnum est, & ab aliis discretum, sed distantia, ita vt inter cucurbitæ semen, & semen aliud, aliquid intersit. τὸ ἁπλοῦν significat hîc propinquitatem. vnde ἁπλοῦς. latinis rates à raritate, quia nō sunt vnum corpus solidum.

220 καὶ τὰ ἀθρόων. Nunc eorū diuidit naturam, quæ confertim nascuntur, alia contineri simul ab aliquo, alia à nullo. Prioris historiæ exemplum ponit Punicæ, rectè. In membrana enim vnica frequētes inuenias coccos. At pyri, ac mali exempla cum statuit, sibi contradicit: namque modo aiebat, in malo, ac fico semina esse separata: nunc malum ac ficū inter ea, quæ semina congesta habent. Spectetur veritas

ritas. In malo, ac pyro camerulas videmus, atque in his semina, interdum bina, aut plura: itaque ea ibi congesta rectè dicas: inter ea enim nihil interest: inter coccos. Punici nihil item intercedit. ea sunt conferta; ἀδφά. At in ficu grana neutiquā sese contingunt. Caro enim inter ea interiācet: quemadmodum etiam in cucurbita. Sic neque in vua acino contingunt se vinacea: sed ea mucco interiecto separantur. Ponit eorum exemplum, quæ à nullo continentur. In frumentis, rectissimè: si non omnes intelligāt species. Nam quædam in spica sunt, & distincta: neque enim sese contingunt, quemadmodum legumina quædam. alia verò pediculo tantum hærent, neque communi regumeto cōprehenduntur. Quod autem addit: si spica erit, τὸ ἀδφάχον, ita etiam, βότρυς: absurda comparatio sanè. Nemo enim dicat racemo grana cōtineri, sed acinum racemo, grana acinis mucco distincta. At in spica sunt cauitates, atque in earum singulis grana singula: quare conferta quidem sunt, sed separata. Ponit deinde accidens ab agri præstantia. Nam quæ distantia solent alibi natura sua euenire, eueniunt certis locis congesta, ob soli vberitatem: veluti oliuæ, quæ in Syria quidem racematim pendunt. Ita hîc quoque vides, quod supra dicebamus: διαστά, distantia, non discreta. Nam oliuæ in Syria, ἀδφά, & discretæ tamè: at non διαστά: etenim distinxit inter se, τὸ διαστά, & τὸ ἀδφά. 221 Ἀλλὰ & αὐτῆ. Afferit differentiam à pediculo, propterea quòd semina ab vno pediculo multa, quædam singula singulis. Dat exemplum eorum:

vt racemi, inquit: sanè incommodè, si fructū accipit pro semine. Nanque acinus, vnus fructus est ab vno pediculo: quòd si vult acinorum multitudinem à pediculo vno racemi; malè. Quippe cum semine confundit fructum. Sin intelligit bina, trinave grana, quæ acinis insunt: rectè. ab vno enim pediculo. verum tunc malè comparat spicè frumentaceæ racemū. Nanque spica ab vno pediculo multa fert semina, quæ semina vera sunt: at acinus, qui habet in racemo analogiam, quam granū frumenti in spica, fructus est, non semen. Dixit autem *μίσχε* propter racemum. Addidit *ἄσπετος*, quia, spicè pediculum, vix dicas: *ἄσπετον* possis.

222 Σχήμα ἔδειν ἄπειρον ἐθύγραμμον, ἔδει γωνίας ἔχει. Fructus, inquit, rectilineus nullus: neque angulum vllum habet. Siue de fructu intelligat, siue de semine, hoc falsum est. posterior pars manifesta. Nam magna pars feminum, aut mucronem habet, aut apicem, aut latera. Videas tribulum aquaticum, & indicas silentium. taceo alia tot: prior pars dubitationem afferre potest. Castaneas tamen quasdam altera ex parte qua sessiles sunt, adeò planas metitus sum, vt nihil ad rectissimam lineam deesse videatur. Quòd si *ἄπειρον* ex cōmuni consuetudine intelligit esculentum id, quod ambit semen, de consuetudine mox, nunc de sententia. Multi fructus antè quàm maturescant, qua flos excidit, mucronati sunt. Racemorum quorundam acinos habemus, etiam cū maturuerint adeò fastigiatos, vt hoc mendacium videri possit. Quin & pruna apud nos sunt haud absimili figura, ita angulorum

gulorum sententia sublata est. De verbi autem consuetudine, & supra diximus, & hîc maximè facit ad rem. Cùm Græci nominant καρπὸν fructum in quo semen est, & totum illud: mirum sanè quo cōsilio ἀκαρπίον, partē tantum vocent, ἀκαρπίον potius: tamen etiam testæ ipsi siue nucleo, siue corio id quoque conuenire queat: neque enim aliud σπέρμα hîc capit Theophras. atque medullam.

EXCAP, XIX.

223 **N**unc succos declarat, & sapes. Primum quod animaduertas: non diuidit in dulcem, & asperum: & acidum, & amarum: & eiusmodi, quæ vera sunt genera: sed in succos digerit speciales. Ita ut cum sub vinoso assignet vitem, morum, myrtum, videatur morum & myrtum tanquam ἀνάλογα referre ad vitem. Sic ad oliuam, laurum, iuglandem, & alia. Mox confundit membra hæc cum membris genericis, ubi dicit aliquos esse acres, alios amaros. Maluit etiam μελιτώδης, quam dulces dicere. Et profectò cōmodius ab ipso factum esset. Esto, fici, & palmulæ agnoscantur mellei: at quæ præterea adducit, δρυὶς καὶ βαλάνου, nunquã mellei, dulcis aliquo modo: & nescio quare dixit δρυὶς, cum βαλάνου esset dicturus, nisi ἀκυλον adducas. Prudētius Plinius: pinguis enim uoce usus est, non oleosi. Pinguis, inquit, oliuæ. genus enim ad oleum, adipem, butyrum, & medullas, atque alia. idem addidit vinosum, pyro, quod etiam considerabimus.

224 Διαφέρεισι. Nunc ab odore. verum & parum dicit: & mellei: aded interponit hæc, ut reuertatur ad

sapores. Plinius autem & malè negat ficui odorẽ & peius negat saporẽ cum odoribus coniungi. Verba eius ea de caussa subieci hïc. non sunt pariter odor & sapor. quãobrem, inquit, Citreis odor acerrimus, sapor asperimus: ergo simul. Verum ille saporẽ distinxit à dulci. Qua sententia, & philosophia res vniuersales ignorabat: quippe cum species à genere subtrahebat: & non meminerat rerum naturalium, quæ vel quotidiano in vsu sunt. Mel enim & valde dulce, & valde odoratum est.

225 *ὕδαρής*. Theodorus, diluti malè. rectius Plinius aquosi. Nam dilutum apud Latinos significat, remissum esse: sumpta metaphora à vino aqua misto. Sapor acer in Nasturtio est, acer in eruca, dilutior in altero. *ὕδαρής* aquam notat à vini gustu separatam: à vini inquam, & olei, & aliorum. At non separat ab his, dilutum. Dilutũ est in oliuaceo oleo, in iuglandino non est: sic in vite *ὕδαρής* est, dilutus non est. *ὕδαρής* distinctus à viscido, & pingui, vt lacteo, & pice.

226 *ῥητίον*. & mox *διαελθιμμένους*, alius dixisset, *διαελθιμμένους: ἢ μὴν* scilicet, aut *διαελθιμμένων*. sed sic solet tum ipse, tum præceptor.

227 *ὄπὸν*. mauult appellare, *ὄπὸν* hïc, quàm *γάλα*, in fico, & papauere, à fructibus ad plantas ipsas transit pro saporibus.

228 *Αἰ δὲ καὶ ἐνυάδιαν*. Posuit *θύμον* inter acria. Cùm addit odorem, statuit exemplum apij, anethi, fœniculi. at Thymus iis longè melius olet.

Ex

EXCAP. XX.

229 **H**Oc capite agit de odoribus: deque eorum natura, qui sunt esculenti, aut non sunt. Est autem affectus secundum succum: quare minus commodè hoc caput à capite superiore disiungitur.

230 Τα μὲν βρωτὰ, τὰ δὲ ἄβρωτα, καὶ ἐν φύλλοις, καὶ καρπίοις. ἰδιαιτέον ἢ τὰ τῶν σπυρίων. Theodorus, alia mandi queant, alia nequeūt: neque foliis neque fructibus peculiare, præcipuè quod in Tilia cernimus, malè: nam per Tiliam non declarat esculentum esse affectum indifferentè, tum fructui, tum foliis, sed sic dicamus: Quædam esculenta, quædam non, idque tam in foliis, quàm in fructibus: maxime illud Tiliæ peculiare.

EXCAP. XXI.

231 **I**nconditè quidem tractat historiam hanc, ut sæpè monuimus. Florum enim naturã omisfam reperit: minus quoque prudenter distulit post succos. εἰσι διαφοραὶ πολλαχῶς. Plus significat, quàm si dicat πολλαί. hoc enim significat differentias differentiarum. Florem esse foliosum, differentia est: quippe quidam vnico tantùm cõstant folio, ut Iasione, at folia illa, grandia esse, aut parua, aut frequentia, aut rara, aut surrecta, aut flaccida, aliud quiddã est, scilicet τὸ διαφορὸν πολλαχῶς. Notabimus breuitatem. καὶ τὰ μὲν μέγεθος ἔχει. non dixit, καὶ τῶν φυλλωδῶν: neque, τὰ ἢ καὶ ἔχει: sed statim cum exemplo. τὸ ἢ τῶν ελαιῶν. hoc est exemplum. Et cum addit, φυλλωδῶν ὄν: est relatio ad genus, cui ponit differentiã. Theodorus ambitiosus.

F 5

exultare. ἔχει μέγεθος, nō est mathematicē. Omnia enim corpora habent magnitudinem, sed ex vsu loquentium.

232 Μόνον γδ, ὡς ἐπεῖν. Rectē addidit, ὡς ἐπεῖν. quia etiam aliorum sunt Puniceī, vt Persicæ, item Malorum quarundam. Itaque malè addidit, ἀλλε ἕ ἐδενός τῶν ἡμέρων. Et cū dicit, ἀνθάδες, vult intelligere colore floris, à quo album excludit, cū tamen in arboribus hunc potissimum agnoscat. Mira loquutio. ἀνθος ἐκ ἔσιν ἀνθάδες. Theodorum vox hæc in angustias illius verbi coniecit, pleno nemo enim intelligat.

233 Διανθή. Theodorus, bini. non. Bina sunt, quæ paria. Bini equi biiuges. Diflores durum est, cū flos in sui medio florem gerit, veluti rosa, & liliū, crocea illa filamenta. Hoc notauit Theophrastus: verū sunt diuersi flores. Illud nō meminerat. Serotinas rosas interdum è suo gremio Rosellam alteram, eamque perfectam, tanquā sobolem parere, atque edere. Item flammula, siue Phlox, quam isti & ignorant, & vocant Caryophyllum, apud nostrates alterum, quasi filiolum suo in sinu etiam herbaceis stipatum mucronibus gerit. Parauini duplices vocant.

234 Τὸ τῆ ἰασιώνης. à foliorum numero differentias aptabat: circo vnifolium hunc ostendit. immò vero, vt acutius sentias, nullifolium: neque enim folium est, quod non est diuisum. Et quia multi flores sunt ab imo pertusi: hunc ea etiam describit differentia. Ἔδει δὲ τῆ χειρὶ τὸ κάτω μέρος. Est enim τὸ χειρὶν, vt ita dicam, capedo. Nicander χειραμα
in

in Theriacis. interpres $\omega\sigma\tau\epsilon\lambda\lambda\alpha\iota$ τὸ χεῖρα, τὸ χεῖρῶν.
 at ego à manu. Sic enim habes χεῖραν captiuam
 apud Sophoclem. & χειρισμὸν ministeriū recitante
 Athenæo nō semel, vt omnia hæc, quemadmodum
 in originibus dictum est, conueniant: minister à
 manu, pedisequa à pedibus, ancilla à cubito, ancil-
 lari. Vnde ancilare, & exancilare, quasi non excubita-
 re, siue expedire: nō, vt Græcissant semper, exantla-
 re, Plinius Iasionem in x x i i, florem agnoscit: in
 x x i. eius folium vnicum, quasi herbe tractat. Hoc
 antè nos à doctissimo Hermolao.

Ex cap. xxii.

235 Δ Ιαφίρη δ χ χ πᾶν ἐκφυσι, χ θ ϵ σ ν . Non erat
 hæc pars tanquam diuersum caput à supe-
 riore separanda: adhuc enim flores tractat, quod
 si eorum differentia efficiant, vt seorsum diuersa
 capita digerantur: τὸ φυλλώδες, erit vñ. τὸ ῥῥῶμα,
 vnum. ἢ ἐκφυσις, vnum. ἢ θ ϵ σ ν , vnum. τὸ γένιμον,
 vnum. Itaque commodius huius capituli hæ sunt
 differentia. Sanè vnum esse queat caput ad ea vs-
 que verba que ita sunt. ἢ δ χ χ θ ϵ σ ν αἰθρας φύσις, ὅτι πλείους
 ἐχθ θ ϵ σ ν φανερὸν ἐκ τῶν ἐξημένων.

236 Ἄκορος. At desinant nouarum rerum studiosi
 esse, qui inter cæteros errores, acorum galangam
 statuunt: neque enim pro exemplo Galangam po-
 neret Theophrastus: in tota nanque Europa nullū.
 Tamen in Prouincia videtur esse.

237 Πάντα τὰ ἀνθάκη. Theodorus, omnia quæ flo-
 rem folio numeroso producunt, non tam folium
 numerosum, quàm florem frequentem dicere vo-
 luit

luit Theophrastus. Est enim in Carramo, & Cinaris, & aliis Carduis florum quasi sylua.

238 καθάπερ τὸ ἀνθέμιον. Theodorus, Gith. Ego puto esse chamamelum. Anthemis enim etiam alicubi dicitur: ac sanè in capitulo flosculos stipatos gerit. Gith autem in vasculo semina: non igitur singula singulos flores edunt.

239 Ἐν ᾗ τοῖς λαχανοῖς. Continuat eorū exempla, quæ in summo habent. ὁ περσικῆς. Theodorus legit ὡς περ σίκυος rectè.

240 Εἰμὴ ἀρα εἰ σὺν δόξαι ἀπὸ τὸ χροῶδες. Theodorus, concerni nequeunt. Nemo vnquam latinorum sic loquutus est: vt concernere dixerit pro eo, quod est conspiciere.

241 Ἐστὶ ἡ ἀπλᾶ. Haecenus à situ & modo prodeundi: nunc à constitutione & fine. Sunt, inquit, Flores quidam simplices. Quare dicatur simplices, perspiciendum est. Ii verò videntur esse, è quibus prodit fructus nullus. Quare citriorum quoque flores steriles, simplices dicit. τὰ ἡ γόνιμα, cōposita. ratio: quippe in medio tanquàm colum gerūt. Illud animaduertendum in cucumere, cucurbita, pepone, & aliis, non differre, vel simplicitate, vel compositione, sterilem florem à geniali. Quòd si ita est, errat Theophrastus, qui cōpositos dicat in Citriis eos, qui gerant colum: steriles & simplices qui nō gerant: in cucurbita cum diuersa facies nō sit, communem tamen assignat naturam. Alter error, non enim in genere cucurbita, vel cucumeris, vel aliorum eiusmodi soli steriles, ἐκ τῶν ἀκρῶν τῶν κλημάτων φύσιν. An vt foueamus benemeriti viri nomen,

men, quoad fieri potest, simplices dicemus. eos, qui calore genitali destituti sunt.

242 Lege sic, ὡς εἰ ἀγονὸν ἄνθος φύειν, ἢ τε κεχωρισμένον, ἢ τε μὴ, σκεπτόν. Nam arbores penè vniuersas flore tectas videmus aliquo: at non ex omnibus prodire fructum. Illud κεχωρισμένον separatum intellige, non loco: sed vt solet ipse loqui, segregatum à natura floris: quippe si flos est propter fructum, & ille non fert fructum: non erit flos, Theodorus: σκεπτόν, prætermitti non debet inanis loquutio. Neque enim dicam, Non prætermittam, an sis consul. cum ait: ἢ τε μὴ, ita vt non sit segregatum à natura, sed impeditum tantum.

243 Ἐπεὶ γένηται ἑνὴ καὶ ἀμπέλαι, καὶ ῥοῶς, ἀδύνατον εἰς τελειοκαρπεῖν. ἀλλὰ μὴ μέγιστον ἄνθος ἢ γένεσις. Etenim quoddam vitis genus, & quoddam item Punicæ fructum perficere nequit. Nobis ex natura rerum ignota sunt genera hæc: ex locis non ignota. Lectionem difficilem & asperam agnoscemus. γένη ἀδύνατον εἰς τελειοκαρπεῖν. Alius diceret: ἀδύνατον τελειοκαρπεῖν. & legemus, ἀλλὰ μὴν.

244 Γίνεται ἡ καὶ τὴν ῥοῶς ἄνθος πολὺ, καὶ πυκνόν. Theodorus. Flos quoque Punicæ copiosus, & creber est. Non est hic locus Punicæ florem declarandi, sed hunc florem: qui quia non τελειοκαρπεῖν, & densitate, & latitudine fructum imitatur Sic enim malo dicere, πυκνόν, densum hic, quàm crebrum, vt Theodorus. Nam satis habebat, τὸ πολὺ. Hoc autem τὸ πολὺ videtur allatum à Theophrasto, quasi pro causâ: quia propter multitudinem perfici nequeat. Sic igitur habebis proportionem fructus,

fructus, tanquàm abortiuū. Item illa, καὶ ὅλος ὁ ὄγκος πλαθὺς, Theodorus simpliciter nimis, amplitudine. Omisit enim τὸ πλαθὺ. Quæ sequūtur verba valdè corrupta sunt. Sic tamē legemus: κατῶθεν ὅτι οἱ ὄγκοι, δι' ὧν ὡς μικρόν, ὡς ἄλλοτε ἐκτετραμμένους κύτινος ἔχων τὰ ἀνω μυκώδη. inferiori parte globosi sunt, à quibus paulisper quasi inuersus Cytinus habet in summo intus vacuos recessus. Videbis Theodorum omisisse τὸ ἐκτετραμμένους, & κύτινος. Inuersionem illam, labiorum intelligas, quæ à cuppa sese pandunt.

245 Φασιδί. Hæc differentia est, ὅτι τὸ ἔχειται, καὶ μὴ. & pertinet πρὸς πλὴν ἐκφυσιν.

EX CAP. XXIII.

246 **E**K τῆς ἔνων. Alludit facetè translatis elementis, νέων, ἔνων. Sic Plato aucupatus est principia vocabulorum in Cratylo. ἤρα, ἀνή. Itē Varro in primo de re Rustica, de fructibus conditis loquens, utendum, tuendum. Theodorus ex annotinis. Sic infra Theophrastus διένα, καὶ τρέινα. bima, tima. ἔνον tamen non tam annum significat, quàm vetustatem. Sic luna ἐν καὶ νέα. & chorda vltima, εἶν, & ἐνάτη. ἡμιγενῆ, Theodorus semiconditum, malè. Non enim dicas fructum perfectum, conditum: inchoatum latinè, & rectè. Semigenitum, ad verbū, quia adhuc generatur. Nota verò verba illa: Γίνεται γὰρ καὶ ταύτῃ ἐνίοις, ὡς αἴμα καὶ τῆς μυρρίνης, καὶ μέλιτος, ὡς εἶπεν ἄλλοτε τὰς βλαστήσεις, τὰς μετ' ἀκτέρον. Duo ponit hîc. vnum ex natura speciei: quippe Myrto euenit, vt ex nouellis producat florem, neque fructum perficiat. Alterum ex natura tēporis: quoniam

quoniam post arcturum quæ florent, non perdunt fructum ad perfectionem. In vtrisque causa aut eadem, aut analogæ: defectus humoris debiti, & caloris. In nouellis ramis neutrum satis. tempus quidem humidum nimis: at humor à frigore prohibetur. Itaque dixit, καὶ ὡς περ ἐν τοῖς μυρτίνοις. & geminavit: ἐξ ἑκαστοῦ καὶ τὸ ἀρκυρόν, nō myrto solum, neque in nouellis tantum, sed aliis, id quod in hortis nostris suburbanis aliquando contigit prunis. ἑάντι συμβῆ. quia non omnibus euenit, sed multis. non semper, sed autumnis: iccirco dixit, ὡς ἐν πείρ. & μάλισα.

247 Εἴτινες ἀρα μιλίαι τῶν δειφύων, ἢ εἰ τι ἄλλο κάρπιμον. Ex vetustis & nouellis ferre malos biferas. Sic lege, non δειφύων. Multarum tamen arborum ram nouellos, quam veteres ramos fructum ferre videmus. Nouellos solos nemo dicat: alioqui semper arbores crescerent, quandiu viuunt. ferendi enim & viuendi idem est finis. Neque tamē ea bifere sunt. κάρπιμον, subintellige, ἕτως.

248 Duas ponit deinde opiniones. Ægyptiæ morum caudice ferre. Altera opinio, non ex caudice, sed ex brachiis, siue primoribus ramis, veluti κερωνίαν siliquam. At in quarto huius, κερωνίαν, siliquam etiam ex caudice ferre ait.

249 Τῶν σιτηρῶν τὰ φαλύωδη. Theodorus, frumentorum, quæ spicam ferunt. At latini nullum agnoscunt frumentum sine spica. Frugum, melius dixisset.

250 Τὰς μὲν οὖν καὶ μέρη διαφορᾶς. Hic esse debet initium capituli ultimi. Est enim epilogus totius Theophrasti, in quo omnia summa capita recenset. addit etiam

etiam vnum. ἀφύλλα, vt quædam plantæ foliis careant. De Sparto Dioscoridis bis monuimus. De asparago ipse supra attulit dubitationem. De tubere & fungo patet. De cuscuta nemo ambigit. 251 Σχεδὸν ἐδέν ἐστὶν ἀπλοῦν. Nota, quomodo accipiat τὸ ἀπλοῦν, quod in species non diuiditur.

EXCAP. XXIII.

252 Ἀλλ' ὅσα μὲν ἡμεῖς, καὶ ἄλλα. Malè hinc auspicatur Theodorus caput. Est enim eadem materia. Idem addidit, pinus, pinaster.

253 Καὶ ἔμπειροι ὄντες. Hic ἔμπειρος significat scitum, & peritum, & scientem. Theodorus expertum est interpretatus non malè, si vocem consideres. Nam quæ experientia in dignotione pyri, à pyrastris, experimur, cum tentamus vires, & fortunam elicimus ad opus.

254 Διὰ τὴν πολυχροῖαν. Noua vox, & aliter scripta, quàm ἐνδελέχεια. ἔχω in vtraque est. Suprà bis πολύχρωμ, varietatem Theodorus, quia multiplex quod est, distinguitur differentiis ad varietatem: quod enim vnum non est, diuersum est ab eo, cum quo non est vnum.

EX LIBRO SECVNDO

CAPITE PRIMO.

255



τὴν γενέσιν. Aristoteles animalium partes cum enarrauit, transit ad generationem. Deinde affectus, ac mores describit. Sic discipulus priore libro, partibus inuestigatis, aggreditur generationem.

nem:ponit modos. Plantæ,inquit, generâtur quædam sponte. Intellige hic rationes duas. Vnam earû quibus nullum semen est, vt filicis. Alteram earû, quæ tamen si semen ferunt, & è semine nasci queût: tamen nullo fatu aliquando oriuntur: cuiusmodi habemus in hortis nostris Hyoscyamum, dum hæc scribimus. Sequitur alterum diuisionis membrum à semine. Tertium est ab radice, vbi si ait, omnes plâtas quæ radicem habent, ab radice nasci posse, falsum sit. Non est igitur hoc membrû priori par. Dicit enim infra, nullam plantam semen gerere, quæ ab eo prodi nequeat. *Ἡ δὲ παρασπίδος, αὐτῆς αὐτῆς, ἢ ὑπὸ ῥίζον, ἢ ὑπὸ κλωνίον. & in septimo de Bralsica. Prouenit, inquit, δὲ πρὸ παρασπίδος. ἀπὸ γάρ τῃς ῥιζῶδες παραλαβεῖν. δὲ πρὸ ἀκρότερος: à ramo crassiore. Prunus è ramo sine radice pacto viuit adhuc, ἢ δὲ πρὸ κλωνίον, ramû exiliorem. Duo deinde membra digere mirabilia. mirabilis enim à trûco generatio. Mirabilior illa, ex ligni frustulis terra opertis nasci plantam generis eiusdem. Sic ferunt oleam in liguribus montanis. Stipité vetulum crassum quantumlibet scindunt: & particulas illas cû cortice suo terra tegunt. mox etiam ipse exempla dabit.*

Ἄνευ γὰρ αὐτῆς αὐτῆς. Theodorus: sed principatum in his spontanea obtinent. Omitit τὸ τίς: aliquo modo: neque enim sunt ἀπλοῦς nobilissimæ, sed illa ratione, quia simplicissimæ opera à natura, & priores sunt semine, quod ferunt, & à quo productæ nō sunt. δὲ πρὸ ἀκρότερος φυτικῶταται.

4792

G

inter reliquas, ne videretur contradictio: quia τὸ πρῶτον φύσις, videtur esse debere τὸ φυσικῶς εἶναι. verum ibi generationis principatum posuit ex simplicitate: hic ex perfectione. Addidit etiam ex priore nobilitate aliquid: cum dixit, καὶ ὡς αὐτόματι, moderatus est tamen. non ἀπλῶς, sed, ὡς αὐτοματι, quasi αὐτόματι, quia sine cultu decidentibus spore feminibus, non arte iactis prodeunt. Quare et plantæ etiam in sylvestribus inveniuntur. ὑπάρχουσιν. Si in sylvestribus, ergo aliquo modo αὐτόματοι. Theodorus pessimè, accommodantur. Accommodatur, quod aliunde, & ab alio fit: at hæ plantæ in sylvestrium numerum suapte natura veniunt. ὑπάρχουσιν hîc verbum est solida: philosophiæ, & principia notans naturalia. Diuisionē Plinius breuissimè: Arbores, quas nature debeamus, aut sponte, aut semine, aut radice. φασὶ δὲ καὶ χάρακος παραγέσθαι πρὸς τὸ κελόν. Theodorus, quanquam adminiculo quoque defixam ad Ederam. Non intellexissem, pro pedamento defixam prope Ederam, ut scilicet scanderet. Sic mox, oleam provenire posse δὲ καὶ χάρακος Theodorus, adminiculo. Sanè ita palus aut talea, aut vallum in re militari dici possit. verum, adminiculo, hic nimis laxè. Plinius etiam Trogum irridet, qui crediderit foliorū satum apud Babylonios palmas provenire. At Theophrastus etiam à lacrymis, idque non de vna tantum, quod tamè hic omisit in diuisione. Τέχνης, ἢ προαιρέσεως. Theodorus: arti, aut electui pertinent: durus sermo. Sic explices, artis præceptis, aut hominis voluntati. Quinetiam τὸ ἢ, nō tam distinguit artis præcepta

cepta ab hominis cōfilio, quàm est (siue) potius, quàm, vel: est enim electio non sine arte.

256 Ἀυξείς. Theodorus, auctiles, exquisito verbo.

257 Ἐκ τῆς προώρας. Vitis proram vocat eam, quæ farmenta antecedit.

258 Quæcunque, inquit, semen edunt, semine provenire queūt. Hoc perpendimus alibi nos, de visco historiam contemplati.

259 Ἐάν τὸ ἔργον παρελθόν. Amputato opere, id est, surculis: Opus enim naturæ est, & quod operi humano relicto sit. vtramlibet accipe rationem. Posterior, verior: sic enim loquuntur omnes.

260 Καὶ δὲ τῆς ἀρέμης καὶ αὐτοπτομένης, καὶ δὲ τῆς ξύλης. Quod magis est, è ligno duntaxat, qualecunque sit. Docet autem modum & rationem δὲ τῆς ξύλων.

261 Δεῖ δὲ τὰ ξύλα διαρεῖν μὴ ἐλάττω σπιθαμῶν. καὶ τῆς φλοιῶν μὴ σφαιραῖν. Declarat quid sit, quod supra dicebat. καὶ αὐτοπτομένης τῆς ξύλης εἰς μικρά. Plinij verba lib. & cap. 17. de taleis. Ne minores pedibus. verum id nō est, καὶ αὐτοπτομένης εἰς μικρά, vt ipse proponit: & διαρεῖν, est scindere, potius quam secare: in longum potius, quàm per latitudinem: infra tamen eadem sententia est. διακόψειν, καὶ τῆς φλοιῶν προσήναι. Theodorus, εἰς μικρά, minutatim. potius in frustra.

262 Ἐμφυτεῖς, καὶ ὀρθολιμισμοί. Infitiones, & inoculationes. Etiam ἐκνεύρισμὸν habes apud Theophrastum. Sic Plinius in decimosextimo, apud quem etiam est, emplastratio. Videbis Columellam; & τὰ τῆς γρηπτονίας, & Palladium & alios.

263 **N**Ota verbum *μαλίωσι*, euadere.

Tarrha, Cretæ oppidum ex Stephano. Aduerte loquutionē, sicut supra, ἐν *συνβάσει*. Neque enim in oppido, sed in agro. *κτερίζομεν*, Tonfilis cupressus. ita verbum sonat: verum rectè cardua, quia subdit: *ἀπὸ τῆς ἑμῆς. καὶ ἀπὸ γῆς, καὶ ἀπὸ μέσης.*

264 *Γλίχρας*. Theodo. lentè. optimè. Demosthenes in oratione contra Aristocratem, de edificiis publicis: *μικρά, καὶ γλίχρα, & parua, & quæ lenta opera absoluantur.* ita plus placet, quàm fluxa.

265 *Ἀπὸ παρασσάδος, καὶ ἐπι μάλλον ἀπὸ παραφυάδος,* vt aliud sit, *παρασσάδος*, sicuti supra dicebamus. Auulsio, etiam à brachiis, non solum ab radice.

266 **H** *ἑρηνός, ἢ ἀγρία συκῆ.* vt facias differentiam inter ficum syluestre, & caprificum.

267 *Μήτε ἀδρύνειν: ἀλλὰ μέγιστον ἀνθῆσαι μόνον.* Sic lege, non autem *ἰσθῆσαι*. Theodorus, *ἀδρύνειν*, cōpilare: nescio an ita intellexerit, quasi fructum in globo: an verò complere scriptum reliquerit, durum illud, & ab vsitato significato alienum. *ἀδρὸν* plenum dicit. Plutarchus Thucydidis stylum *ἀδρὸν* vocat. Sic & alij Rhetores. apud Galenum etiam habes, & Lucianum in eodem significato plenitudinis: & infra, *φακὺς ἀδρῆς*, item de palma, *ἀδρῆς καὶ πάλχος ἐχθρῆς*. Et in tertio *ἀδρύναι καὶ πείλαι*. In historiis animalium, *ὀδρωθέντος* legis, & potest admitti sicut, *ρεανκὸν* de venis robustis. *ἀδρωθέντος*, familiaris. *ἀδρῶν*. n est apud Hesiodum. quidam malunt aspirare, *ἀδρότης* Homero.

268. Ἐκ τῶν γλαυκίων πόκεων. Aliquot arborum genera minus vulgaria, vt hæc: itē mox ἀπύρλωα: & inter Cydonia, Struthia. Præterea Amygdalum teste mollioris, nobilius, quemadmodum & in Iuglâde. Apyrenorum quorundam naturam talem arbitror, alij etiam artem prodidere. Habeimus apud Græcos nonnulla. In vitiū genere ea, quæ Corinthiaca appellatur, vulgò talis circumfertur: In agro Veronensī vix species rara visu. Racemus grandis, vnico sarmento contentus; non crispatur in brachia, nō in botulos sobolefcit: eodem tenore filum vnicum viridissimū cum demisit, eum singulis per intervalla nigris vestit acinis. acinorū magnitudo ac species incredibilis: nam & vinaceum intus nullum fert, & Bumaston etiam exuperat.

269. Μόχευμα. Plantam Theodorus rectè. quanquā plantæ vox maiori debetur significationi. frequentius μόχευμα, nouellam plantam.

270. Διαμένειν. Theodorus persistere, scilicet in genere, & probitate. Dura tamen vox: & frequentiore vsu de iis, qui ἐκ ἀρραρίσεως pertinaces sunt. commodius dicas seruare originis bonitatem.

271. Φθοροποιός. Notabis & hoc genus piceæ. item πύκλω πλὴ κωνοφόρον. Ergo est, & non κωνοφόρος. & signabis, τὸ ἡμερημένους, non ἡμέρους. propterea quòd artis est, τὸ ἡμεροῦν, quemadmodum supra dixit.

272. Ἐν ᾧ ἔτι ἀγέλοις διτόνῳ πλείω κ' λόγον, ὡς ἰσχυρότεροις. ἔπι θάτερόν τε κ' ἀτοπον. εἰδ' ἢ χείρων, κ' ἐν ἐκείνοις. Theodorus, Inter feroces autem, plures genus suū seruare possunt. scilicet virium portione, vt potè

ia natura sunt validiores. Contrarium nanque haud probè putaueris, nullam scilicet posse illo in ordine degenerare. Cōcinnavit commodè sententiam cōiullam, verum paulò asperius, τὰ φύλα ἀγρία, feroces plantas. Nemo nescit ad animi tantum affectionem vocis illius significarum accommodari. Dixit præterea, κτ' λόγον, virium portione. haud ita est: sed plures numero κτ' λόγον πλείω: quia plures sunt agrestes, quàm urbana. Non esset mirum, plures quoque servare posse: sed plures, etiam si comparentur ex proportione. Plura sunt duodecim, quàm quatuor. Ergo dimidium $\frac{1}{2}$ duodecim, erit plus, quàm dimidium $\frac{1}{4}$ quatuor. At secundum proportionem septem non erunt plus, quàm tria, si comparentur ad excessum dimidiarum. Equè enim vnitare sola vtrunque suum excedit. ὡς ἰσχυροτέροις est ratio, quare sint plures numero. Theodorus malè coniunxit, τὰ κατὰ λόγον, cum ἰσχυροτέροις.

273 Ὡς ἰσχυροτέροις. πὸ ὡς non est ratio, $\frac{1}{2}$, κτ' λόγον, sed $\frac{1}{4}$, διαμένει, & $\frac{1}{2}$, πλείω.

274 Ἐπὶ θάτερον τε κ' ἀπὸν. Theodorus ita interpretatur. Alteram sententiæ partem absurdam esse. Contrarium, inquit, falsum. Nullam in illo ordine posse degenerare. At hoc non est contrarium superiori. Sic enim dicit supra: plures servant: hîc, nulla degenerat: ergo hæc non sunt contraria. Si voces ipsas audias. In sensu autem cōtrarium agnovit ille doctissimus vir: quia dixit plures servare, quasi aliquot relictae sint, quæ nō servent. Quòd si quis dicat contrarium, id est omnes servare, & nullam degenerare,

nerare, hoc sit ἀπεν. Accepit igitur Theodorus τὸ, θα τερον, pro altera parte, id est negatiua: illa tamen coniunctiones, τὲ, καὶ, non sequuntur ducentem intellectum. Nolo, huc prodeant monstra, quæ fingebam. Illud aptius notabis. καὶ ἐν ἐκείνοις, καὶ ἕλως ἐν τῆς ἀπὸ σπέρματος. Theodorus non est plenè assequutus. Sic enim scribit: atque omnino inter eas, quæ femine tantummodo prodeunt. Quin uoluit hoc dicere Philosophus: tum inter agrestes, hoc est, ἐκείνοις, tum inter etiam alias quæ vel agrestes, vel mires sunt, modo femine tantum nasci valeant, eas inquam posse fieri deteriores. Hæc sententia etiam alibi est.

275 Ἐν αἰγύπτῳ σπαρείαν, ἢ φυτευθῆσαν. Theodorus, tum femine, tum planta. arctè loquutus est, ut plantam astringeret ad eum modo significatum, quæ pangitur, plenius, vel satam, vel plantatam. Idem, οἰνώδης, vinolentam, pessima usurpatione.

276 Προσέλληθεν ἐχθὲ καρπῖν. Mira vox. Si talis terra sit, ut fructui mutua respondeat natura; tum fructus is longè præstantior, quàm quius eiusdem generis, quauis cura cultus. Theodorus nimis more suo. Omni cultu, culturaque exuberantior, ἐργασίαν, operam dices: θεραπείαν, cultum. Illa dicit laborem, artem hæc. Et mox ἀπιδεῖα, diligentia. Significat frequentiam operarum, & oculum domini. τὸ ἐπὶ, aliud super aliud.

277 Οἶον καὶ τὸ ἀγρίον ἐξημερῆται. Agreste mirescit. Nota τὸ ἐξ, motum notat extra significatum. ἡμερῆται ἐξ ἀγρίου. Sequitur, καὶ τῶν ἡμέρων ἑντα, καὶ ἀπορρεῖ τὰ ῥόα, καὶ ἀμυγδαλῶν. Theodorus, & urbanarum

ipfarum quædam neglecta immitefcant, vt punica, & amygdalus. Multa animaduertenda. Principio, priuatio non declarauit ſententiam. Neque enim dixit, ἀγρίαι: ſed ἀπόρρει. Ita ſuprà ponebat gradus naturæ deterioris. Primo loco, fructuum diſſimilitudinem, vt ab Epiro Glandis. Secundò, ἀκαρπα. Tertio, ἀβλας. Inter eos quoque modos quofdam. τὸ φέρειν μὲν, ἀλλὰ δὲ ἀπόρρειν. Vitium adeò frequens punica, & amygdalo, vt etiam præceptis ſit animaduertum. Alter ex hoc error, cum dixit, neglectas. Siquidem nimio cultu ſterileſcit corylus, etiam non nimio aliquando. Si enim vel modicè attondeatur, vt arboreſcat, luxuriat in ſtipitem. Sic vitæ quædam amputatæ adeò rameſcunt, vt nihil ferant: eadem neglectiores abſumpto ſucco ſuperfluo in brachia, vuas ferunt. Amygdalus vberiore ſolo fructum non perficit: ex negligètia deteriore facta humo, perficit tandem. Idcirco Theophraſtus pudenter non addidit cauſam nūc. Theodorus imprudenter falſam.

378 Notabis πυθμὸν, pro fundo, quæadmodum nos vtimur, pro agro. Illud maiore dignum attèntione. Triticum atque Hordeum mutuo naturæ tranſitu alterum in alterum mutari fabuloſum putatur hîc à Theophraſto: at falſo. Hoc enim vidimus nos. Maior Braſſicæ & Rapæ inter ſe mutatio: nulla enim apparet ſimilitudo: & ipſe de hiſ alibi exactius.

279 Τὸ πάριον τὸ ἐξ αἰγύπτου. Neceſſe eſt aliud eſſe, quàm noſtratem Perſicam, contra nouatorū temeritatem, verùm de hoc alibi.

280 *Εάν εις ελεινόν.* Theodorus, feruentia loca, alij corrigunt, *ηελινόν*, apricum. quasi dicant, insolatium. nos legemus, *ελεινόν*. Vtinam verò ne addidisset *φύσις γδ ψυχρά*. Neque enim omnia frigida aprica loca spernunt. In Aegypto papauer. Nam quas addit mox *εναντιώσει*, haud ita omnes sunt elementares.

281 *Περικύβητος τῶν θαλίαν.* Hinc latina vox Talez. *θαλεις* autem est Termes.

EX CAP. IIII.

282 **K** *Απνιος.* In eodem racemo candidos, & nigros acinos comedimus nos, & lapidos, & maturos.

283 *Αζήια*, Theodorus, temeritas, nimis ambitiosè in re plantarum. *ἐν τῷ ὀπιῶθεν τῶν ελεινῶν.* Theodorus, poma auersa à ramulis, malè. Suo enim loco *ελεινός* præter caprificum, & grossos, ostendimus, quid significet.

284 *Μὴ ἐν τῶν οικίῶν τόπων, ἢ μὴ οικίῳ.* Etiam supra sic. At Theodorus legit, *οικίῳ*. Inquit enim, non ex propriis locis, aut non fructus proprios. Cæterum *οικίῳ τόπος*, est τὸ πῶς: *οικίῳ*, est τὸ πῶς.

EX CAP. V.

285 **Π** *Τιθεΐσαι*, pista, vnde pitana, & nostrum pinfere. vide Galenum, Pollucem, Athenæum.

286 *Ὅι ἀγροί πυροί.* Triticum agreste, Ceteris inuentum, & colendi arte addita commodius effectum. Sic & supra.

287 *Φακίς ἄσπερος ἔστι, φητιύκισιν ἔμβολον.* Theodorus, lentem, vt crassescat, paxillo demittunt. Ma-

gnum sanè negotium, si semina sigillatim demittenda sunt. ἔμβολος paxillū significat, & quicquid inditur: cuiusmodi fibula quæ in axem immittitur, ne excidat rota, & fibula in ponte Cæsariano etiam à doctoribus non intellecto. Alia sunt significationes etiam apud Arhenæum.

288 Μείβελεσι ἢ καὶ καὶ τὰς ἄρας τὴν πῆρας πρὸς κενότυπα, καὶ δὲ ἄλυπια. Theodorus, vt leuiora, facilioraque reddantur. & mox, τρισάλυποι; facile, inquit, gratumque exit, non graue. Cùm igitur τὸ ἄλυπον opponat τῷ βαρεῖ, haud facile, & Græcum serues significatum, & latinè loquere. Neque enim est vt apud Poëtam, Tristesque lupini: ibi enim pro amaris. At hic oppositū graui sed ἄλυπια, vt sit leuitas, considerandum est. Transferas significatum ad concoctionem in ventriculo. Ita βαρὺ sit graue stomacho, ἄλυπον, leue. Gratum verò, & facile, voces sunt ambitus ampliōtis. An est, nōn vt opponas, sed vt addas. τρισάλυποι, grati, id est, non tristes. καὶ ἔ βαρεῖ: ac præterea concoctiles: quia sic etiam distinxerat, κενότητα, καὶ ἄλυπια. Sic sanè placet. Nam nostri Lupini, inde arbitror, dicti sunt: quare doctissimus Poëta pro crymologia apposuit, tristes.

289 Πήρωσι, ἢ ἀφαίρεσιν. Theodorus, offensam, aut demptionē. πρὸς, mutilus alibi. Hic est, ἀφαίρεσις, quæ prohibet, quo minus id significetur.

290 ἴσον γούν φανερον κατέγε πύ διαίρεσιν. Quæstio est: an sit pars aliqua in plantis, qua parte abicilla, reddatur planta sterilis? Solutio. Nulla est pars, sed aut totum perit: quare tunc non tam sterilis est,

est, quàm mortua, aut manet, fructumque fert. Obiectio. Senecta redduntur planta steriles, idque toto manente. Ratio ab exemplo. Videmus hoc in quercubus. sententia ad obiectionem. Senecta est φθορά καὶ πᾶσι, subintellige viventibus. Soluit quaestionem à diuisione illa. Planta melior facta plus fert: deterior, minus. Ex hac, inquit, diuisione, sterilitatem elicere nullam potes propter partis amissionem. Sed τὸ ἐλάττω tantum ἐκ τῆς κακώσεως. Verum hîc duo sunt animaduertenda. Primum, an ex ea diuisione possit id colligi, ipse hoc negat. Deinde simpliciter, an quaestionis affirmatiua pars vera sit. Diuisio est. Quaedam fecunda, quaedam minus. Quare videtur etiã eorūque deduci posse, vt si ἐκ τῆς κακώσεως, id est, ex maleficio deteriores fiant: etiam ex maiore, magis ad priuationem vsque, & citra interitum, id quod sanè verum est. Præterea simpliciter verum est, earum partium ablatione, qua fructum gerunt, cessare fructificationem. Neque enim, si à ramis fructificant, demptis ramis fructificabūt. Theophrastus posuit, τὸ ἐκ τὸ πλείον, ἐξ ἐλάττω φέρειν, pro diuisione. At toto hoc capite nihil. Theodorus, τὸ ἄβρον δ' ἀν' δόξαι, interpretatus est sic, sponte oriri, mutarique. At de ortu hîc non scribitur, & nemo dubitat, sed de mutatione. Sequentem partem abscidit Theodorus à superiore, quia de animalibus est. Mihi videtur magis ex re debere continuari. Est enim comparatio mutationis. Et inclinatur animus, vt caput hoc solidum ad illam vsque partem deducatur: τὰ μὲν οὖν πρὸς τὰς γενέσεις, τὸ πρὸς τὴν ἀφροδίτην καὶ

Ka)

291 **K** Αἱ ὕδρες ἐπέχθη ζηραινομένων τῶν λιβάδων. Theodorus, ἐπίλει, marcescit. Ne intelligas putrescit, sed languidior fit, νεωδρείται. Iccirco legimus apud Poëta, attonitos hydros. ἐπίλειν est subsistere. Habes ὑπολάς siderum, & Philosophos dubitatores. E Nicandro petas Hydri naturam, quid agat siccata palude, & quando cum ea commutet quercum. Galenus in cōmentario περὶ ἀρίστης διδασκαλίας, quaerit quid sit, ἐπίλειν, & τὸ κατάληπτον, contra Fauorinum.

292 Ἐκ κάμπης γίνεται χευγαλλίς. Theodorus, ex Tinea fit Eruca. Hanc historiam habes apud præceptorem. Plinius κάμπη, Erucā. At χευγαλλίς, eruca non est, neque κάμπη, Tinea. Est autem χευγαλλίς mirabilis, quasi Gammarus, aut Squilla simul compacta sub cortice: cui nulla ratione dare queas Erucæ nomen.

293 Ἐδὲν ἴσως ἀέρον. Quia supra dicebat, ἀέρον δ' αὖν εἰδέσθαι: Absurdam videri posse mutationem, & subiunxit historiam ex animalibus, quæ mutantur. Posuit sententiam, Ἐδὲν ἀέρον. Sanè quia est, & in natura, & ordinariū. Et addit, Ἐδ' ὁμοιον τὸ ζητέμεθρον. Non igitur similis quaestio. Natura enim vt ex ouo, ita ex verme facit animal, quasi perficiens, non quasi corrupens. Nam tamen si vermis postea non est id, quod prius erat, quod ad sensum apparet: at quātum intellectuone quit percipi, & est hoc, quod erat, & hoc amplius, quod nunc existit. Neque enim vermis moritur, vt nascatur Apis: quin corpori pristino addit magnitudinem,

nem, pedes, alas. Ita manente vita, alias partes, alia officia adipiscitur. Sic foetus humanus post certos primores dies, qui à nobis in libris de semine genitali digesti sunt, ex homine in potentia, homo in actu fit. Qua ratione eum intelligas, quo tempore anima nondum agit intellectiua, gerere proportionem talem ad futurum hominem, qualem vermis ad apem. Alio modo, aliis natura legibus, apes fit è vitulo putrefacto. At in mentha longe diuersa obseruatio. Etenim silymbrium neutiquam perficitur ea mutatione, sed æterius fit. Ipse autem sequentibus verbis declarat, quamobrem non sint similes in plantis mutationes, & mutationes in animalibus. Quippe, inquit, in plantis euenit *αὐτομάτως, τὸ μεταβάλλειν*, eaque mutatio talis fit ex caelesti vi. Quæ verba valde sunt notanda: simul quid sit, *αὐτόματον*, quod tamen cum eo coniungitur, quod ipse *εἰράνιον* vocat. In animalibus sic agnouerat. *μεταβολαὶ φύσκει*. si non sunt similes, ergo in plantis, *εὐ φύσκει*, videntur. Præterea, si in animalibus non est *ἄπειρον*, & id quod quærimus, non est *ὁμοιον*: igitur in plantis est *ἄπειρον*. Iccirco dixit per aduersatiuam, *ἀλλὰ*. quia opponitur τὸ *αὐτόματον* naturæ ordinariæ. videbis amplius in libris physicorum. Causam tamen huius *αὐτομάτως* elicit τὸ *εἰράνιον*. Intelligit ab sole, & canicula. De hoc item vberius iis in libris disputatum est, in quibus Galeni sententiæ perpéduntur, præsertim in libro primo prognosticorum, si velimus paulisper exercere nos interpretando, licet. Theodorus sic, Verum ira arboribus, summarimque omnibus terræ stirpibus euenit,

euenit, vt antè iam dictum est, quo sponte germinetur, facta mutatione quadam ex vi aspectus celestis. Fidelius. Verum id euenit cū aboribus, tum vniuerso plantarum generi, quemadmodum supra dictum est: vt & sine naturæ instituto præter suam speciem germinent: atque eiusmodi mutatio ex cæli vi fiat. Sic cū dixit *ἐκείνῳ*. Theodorus minus diligenter, ita. Suprà enim ostendit Theophrastus, quid intersit inter *ἐκείνα*, & *ἐκείνας*. ὅμοιοι, idem, summatim. Omnino potius, & in vniuersum. *ἐκείνῳ* quoque non est aliquid. At Philosophorum orationem pro matrona sese decet gerere. Ea enim non tam ornatus indiget, quàm munditiarū. Euenit itaque, inquit, materiæ. Non inania verba sunt. Formæ enim eueniunt materiis. Nos dicimus generi, propterea quòd genus, pro materia est: differentia pro forma. Neque illud expleuit, τὸ μεταβάλλειν: germinetur sponte: omitto impersonale ambitiosum. Veteres latini vt Plautus & alij, item Cicero per nomen potius essent eloquuti, germinatio fiat. At, quod plus est, non quærimus id nunc, an sponte germinent. Id etiam Clibanarij sciunt ruri, qui in summis furnis herbas conspiciantur. Sed illud videndum, an αὐτὰματας degenerent, id est, exeant extra genus. hoc est, μεταβάλλειν. vt μεταμορφῶσαι, & μεταμψύχωσι: & τὸ αὐτὰματας hic non est sponte, sed casu: & non eo naturæ consilio, quod certis legibus certum finem appetit: sponte inquam non est, si habet à cælo causam. Neque dicas τὸ μεταβάλλειν, esse declaratum per id verbum, germinetur, & facta mutatione.

riore. Duæ nanque mutationes sunt, vna effectus in planta, altera causa *ἐν ἐργασίαις*.

294 Τα μὲν αὖν *ἐπὶ τὰς γενέσεις*. Hinc melius diuersum caput, inchoare. Est autem transitus à mutationibus *ἀνθρώποις*, ad arte factas mutationes. Artis summam statuit *ἐν φυτεία* & sub ea *ἐργασίαν* καὶ *θεραπείαν*. Theodo. melius fecisset, si *ἐργασίαν*, operam dixisset, *θεραπείαν*, cultum: quod & supra memorabamus. Illa est laboris, hæc artis. Colere autem Græcum priscum Æolensium, ut in originibus dictum est. *βυκόδος*, ampliore apud veteres significatu tanto, quanto vetustior pastio aratione.

295 Τάτε φυτὰ λαμβάνειν καλεῖσιν ὡς τάχιστα. Theodorus, quibus plantas primùm petere cōueniat. *καλεῖσιν* fortasse plus faueret huic sententiæ. Sed quid est ὡς τάχιστα. Libet sic Ariolari. Vocāt rustici *λαμβάνειν τὰ φυτὰ ὡς τάχιστα*. suis temporibus quæ feruntur, celerrimè proueniunt. hoc *καλεῖσιν* in plantis *λαμβάνειν*. sic etiam hodie loquimur. Et Palladius in Tertio: cuius beneficio asserunt sata omnia comprehendere. Molliorem orationem fortasse ad hunc modum probes. *καθ' ἃ δὴ τότε φυτὰ λαμβάνειν καλεῖσιν, καὶ φυτεύειν ὡς τάχιστα*. Verùm in illo, *καὶ φυτεύειν ὡς τάχιστα*, est, quod aut quæras, aut desideres.

296 Τὰς ἡ πυρές. Theodorus, scrobes. Varro in primo de re Rustica, sub terra in Asia scrobes ait factitatas pro granariis: easque Græca voce Syros appellari. Ita enim scriptum est: non *πυρές*, *δοσθήκη*, cōmune nomen vniuersæ annonæ, καλεῖται ad eum usum

vfum significandi apud Hesiodum interpretantur. γυρῆς, fossiones, & pastinationes, & scrobes. legas in libris γηπρονίας, in quibus etiam horreum, σὺβόλαιον.

297 Τειῶν ἡμιποδίων. Tres semipedes Theodorus. rectè. Latini sesquipedem. Similis loquutio infra quoque.

298 Τὰ μὲν ἔχοντα ῥίζας. Theodorus, fibratas. probè. At τὰ μὴ ἔχοντα, infibres, ambitiosè. Quinetiam fibra non omnis radix, sed tenuis tantum, & radicis capillamētum. Itaque videretur eas excludere, quibus etiamnum è iusta radice sit aliquid reliquum: minus commodè, ἀποβάλλειν, subiicere. Theodorus rectè, sternere, flexas scilicet.

299 Ὅσα ἢ ἐνδέχεται τῆς φύττης ἢ πορομογεύειν. Theodorus. Plantas etiā ipsas viuiradices efficere oportet. At iam dixit hoc. ἰὰν ἐνδέχεται ὑπὸ ῥίζᾳ. hac est viuiradix, quam ipse malebat ibi fibratam appellare. Viuiradix, est tum à vita, quàm viuit: tum ab radice, propter quam viuit. πορομογεύειν est genus, ad viuiradicem, & ad quęcunque modum propagationis: siue ab ramis, aut sarmentis fiat, siue ab eo, quod sobolem vel stolonem veteres latini, Vascōnes Barbatum vocant. Sic etiam ipse dicit. τὰ μὲν ἴσθ' ἀντῆς, τὰ δ' ἀφαιροῦντάς. Demosthenes in Oratione contra Aristogitonem metaphoricè vsus est ad hominum successiōnem. illud maioris opere. Nam quomodo intelligas, ἕχ' αἰεν? ἔν) ἐπ' ἀμπύλι μογεύειν. Quippe & stolones emittit, & propagari solet, vel tot modis, quot dicebamus. ἀπάρουγα κληματίδα vocat Anatolius.

ταύτην

300Mn

300 Μὴ δ' ἀπόπρεμνα. Theodorus, ὑπόπρεμνα, rectè. In nostro Codice illa defunt. Olea lignū scindendum, atque lapide indito ferendum. κριδίου τρυχίαν. Theodorus τρυχίαν videtur legisse: vastiorem, inquit: ita Plinius. τρυχίαν, argutè reponeres. Verustiores enim asperiores sunt. Suprà quoque anniculas, siue annotinas reiciebat.

301 Ἐν σκύλλῃ. Theodorus, non in scylla, sed iuxta. Et iterum mox, de eadem, ἐν σκύλλῃ, idem, iuxta oppositum. Sic & in lib. 7. ἐν αὐτῇ. & Theodorus ad hunc eundem modum, apud eam. Palladius tamen in tertio, sarmentum intra squilla bulbū.

302 Φυτεύεται ἢ ἐκ τῶν βλάστηων ἔρην. Theodo. feruntur ex his rami. Sic enim mādantur illa σπιθαμαίαι. At cūm terrā iam mandata sint, quomodo ex iis rami feruntur? Nequaquam φυτεύεται, sed φύεται, enascuntur. Quibus enascentibus humus aggeritur: hoc enim est, ἀργοννύει. Γέννηται ἄρτιον. Theodorus, corroboratur, rectè, donec adultum fuerit. ita latinè dicimus, ætate integra. hoc est, ἄρτιον.

303 Ἄριστον ἢ μὲν ἀδύται, ἢ φύειας μάλισα ἢ τυχέσκει ἢ σκυῆ. Breuis, & attica, & rotunda loquutio. Theodori horrida, & infælix, & obscura. Ficus in radicans præcipua: & satione qualibet maximè inter omnes arbores. Intelligas, Ficum saram ad radices emittendas nulla præcipuè egere satione: sed omnibus modis provenire.

304 Ὡσαύτως ἢ πλεῖστον. Simili distātia scilicet quo interuallo amygdalus, & ficus. At hæ maiore, quàm pyrus. Pyrus, quàm malus. Malus, quàm ῥοδ. vt aut sit in Codice mendum, aut in autore contra-

H

dictio. Animaduerres etiam *ἀπίος, & ὄχρα*. Vtrun-
que alibi pyrum sine discrimine significat. Theo-
dorus legit, prunos. Verum hi neutiquam tantum
exigunt internalli, atque malus. Duas species ca-
pere commodius est.

305 *Τὰς ἰσῶς ἀπέρι*. Distantias Theodorus, probè.
διέσασσι, est distantia, vt notat spatium. *ὑπὸς ἀσῶς*,
est distantia, vt notat moram, atque immobilitatè:
id est, priuationem ad propius accedendum. Sic a-
pud Liuium, feras subsistere, quod alij expectare.

306 *Ἐλαία, & συκῆ, & ἀμπέλω πλὴν κιδωνῶν*. At con-
tra doctissimus Poëta:

— *Aperios Bacchus amat colles.*

Et sanè ita est. Ficus quoque montani meliores, at-
que sapidiore.

307 *Χρὴ ὃ ἐν αὐτοῖς ὁμογενεῖσι μὴ ἀρνεῖν τὰς ἰσῶς*.
Ne recenseret omnes arbores: proportionem, ac si-
militudinem generum proportioni, ac similitudini
terræ accommodauit: sed mirum. Quot enim, inquit,
terræ species, tot & vitium. Ego verò nego id:
aióque, aut esse hoc in vitibus falsum, aut omnibus
arboribus commune: vt æquè iuuentur solò, le-
danturve, aut alio quo modo alia ab aliis terris
afficiantur. Præterea atque in summa dico, non
speciem mutari à terrâ: verum eandem in diuersis
inueniri: modum verò tam cæteris plantis, quàm
vitibus, & adesse, & abesse.

EX CAP. VIII.

308 **Π** *παντὶς ὃ κούλας*. Theodorus, omnia prona,
ad verbum. Hoc enim significat, *παντὶς*.
Declarat tum quomodo Theophrastus. Caua enim
appel

appellat τὰ ὑπὲρ. quippe τὰ κάτω. mox dicit, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀνω. Superiores igitur partes, ὑπερῶς vocat. At suprâ lib. i. τὰ κάτω, ὑπερῶν agnoscebat: vbi de foliorum inuersione loquebatur. Hic autem sequutus est, vt monebamus, praeceptorem.

309 ὡς εἰ θεμελιώσκειν τὰς ἀρχάς. Principia, appellat umbilicum: principium sanè est planta. inde enim prodit. Quinetiam est idè seminis ipsius principium, qua suscipit alimentum. Id quod tum in aliis, tū in Auellana animaduertas. à mucco enim, qui circumstat nuculam, egreditur vena quaedam neruea: eaque pertingit ad summam ligulam, quam vulgo germen appellari diximus. Id ait in palmula τῆς ἐμπείρουσ solis notum. A nobis multo ante perspectum fuerat, quàm Theophrasti locum hunc legissemus.

310 Ἀπὸ τῆς ἐνὸς ἀδενῆς ἡφυττία. Mira natura, ceterisque penè omnibus contraria. Dico, penè: quia etiam asparagi sic feminantur, pugillatim semine demisso. Cæterum pleraque deterius & oriuntur, & pullulant, & perficiuntur. Item illud alterum æque mirum, aut magis: ita coalescere, vt vnus duntaxat stipes non solum videatur, sed etiam sit.

311 Φιλῆ ἢ χόραν ἀμμοδὴ. Theodorus addit, falsuginosam. Sic Plinij verba: & nitrosa. & hic, ἀλας περιπέσειν. non, περιπέσειν. Quæ vox in libro de odoribus haud semel, neque vno modo est deprauata. διαπλάσματα, διαρπάσματα, διασπασματα.

312 Ἦν ἰσοῖς πλείστα τυγχάνουσιν ἔχοντες. Theodorus horum verborum agnouit nullum.

313 Χλωρὸς ἢ ἡδῆς εἶναι: καὶ κατέναλισκῆν ἐπ' αὐτῷ. Viri-

des suavi gustu esse: atque iis ita illos vesci. Theodorus, consumi: verbo nimis communi, atque ancipiti.

314 Φιλῆ γδ ὑδρίαν. Terram riguam, ut vtranque naturam agnoscas, & soli per se arenosi, & aliunde vdi. Iccirco dixit, ὑδρίαν. Infra, ὑδρίαν, aquationem.

315 ῥαδίαι μὴ δασυθῶνται. Verbum mirum. quasi dicas, derigantur: sicuti, debellare, à recto flectatur.

316 Καρπὸν ἐυθύμακρον. Ita scriptum est vnico accentu. Quid si diuidas ad hunc modum: ἐυθύμακρον: quia mas πρώτον ἀνθος φέρει. Ut mas primum floreat, scæmina illicò edat fructum sine flore, quod & Theodorus.

317 Οἱ ἡ μαλακοπύρλωι. Theodorus interposuit apertiores diuisiones. contra, omisit illa. ἔπειτα ἡ ἐυπίδυσ. Lego verò, ἐυχύλυσ, καὶ ἐυώδυσ.

318 Βάττε τῆ παλαῆ. In prisca Batti hortis ad Babylonem. At Battus in Cyrenaica, ea in Africa, Babylon in Asia. Errant enim qui Memphim, Babylonem dictam putant ab antiquis. Strabo etiam τὸ βαβυλωνίον φέρει, rem perpusillam, & à Memphi diuersam putat: itémque eius appellationis causam assignat. Battum veterem dicit; quemadmodum & Catullus. Plures enim fuere. Hæc Herodoti Melpomene.

319 εἰ γδ μεγάλοι, καὶ μακροί, ἀλλὰ βραχεῖς. Ne proceros, & effusos pures, sed & humiles, & astrictis ramis.

320 Θεσσαυρίζουσαι. At quæ ex Alexandria palmulæ ad nos afferantur permultos durant annos. Quas, si dicas,

si dicas, ab Indis conuehi; quæram qua ratione peculiari vocant aliud certum genus medicarum, Tamarindos. Tamar enim palmulam significat. Plinius quoque hæc sequutus ait, Africanas citò euanescere.

322 ἐν ᾧ τῆ λαπαία τινα πεντακέφαλον. Cum μυιὸς, μήτρα, καρδία, ἐγκάρδιον, ἐγκέφαλον sit idem in arbore. Non potuit Theodorus cerebri appellationem ab imo arbore excludere: at excludit, ubi dicit: quino cerebro. Non enim ab imo quinquepartitus stipes est. In palma tamen videtur pars summa tantum ita dici. Nihilò secius videamus hîc πέντεκεφάλον, sed πεντακέφαλον: quemadmodum est apud Pindarum ἑκατόντακέφαλον. Si audeas, vt biceps, triceps: ita quinceps, centiceps. Λαπαία Crete oppidum, quam Ptolemæus Lapan. Apud Pliniû correxit doctissimus Hermolaus.

323 ἢ καλῶς γούν ἐν ταῖς εὐπροφωτέραις. Theodorus tollit, ἢ καλῶς: atque ille quidem ἀκαλῶς. Arenosum nanque solùm deterius est: & tamen producit probatiores.

324 χαμαίριφεις. In nostro Codice Pliniano scriptum est, chamaerpes. Hoc ab ῥέπω: illud ab ῥέπσω. Hermolaus neque iudicat, neque indicat: sed in corollario prudenter vtrunque complexus est illis verbis, abiectam, & repentem humi. Prima annotatio hæc est. Secunda. Hermolaus aliam tradit hanc, & illam, quam Dioscorides χαμαίτηλον vocat. Neque tamen potest causas adducere: solo quippe nomine posito à Dioscoride. Tertia. Chamaeriphas putat idem easdem cum iis, quas Sica-

lum vulgus Ciphilionem. Neque tamen Theophrastus vsum ipsius cerebri in cibo dixit. Quarta. Mirum cum vir ille diuinus harum historiaꝝ repeteret: ex Plinio potius transcripsisse, quàm indicasse è Theophrasto. Præterea idem ait Ciphilionem etiam palmidium dici, à quadam palmæ spadicum similitudine. Hic duo sunt animaduertenda: nam neque est similitudo spadicum magis, quàm foliorum: neque hæ ferunt ramos quos spadicæ appellare queas. Punicei enim non sunt. Ad hæc palmitam Hispani, non palmidium nominant: neque debuit Græcam flexionem accommodare latinæ voci, sed Barbaram non refugere, vt res quemadmodum est, proderet. Item de palmitarū radice nihil, quæ tamen mirabilis est, peponi non absimilis figura: concretio pinguis, & tuberacea medulla intus: gustus gratus assuetis. Vsus ad Venerem tum excitandam, tum augendam. E Sicilia Romam afferunt Pontificalibus ieiuniis venalem. Quo vrbs illa cœlestis viuat: id quod facit sanctius, & purius. An verò Margyllion aliquis Hispaniæ populus vocet, nescio. Scio ad Carthaginem eius prouinciæ Margaiones nominari. Genueses appellant Strophogiones. Neque à Margaritis dictas arbitror, vt putarunt: si rubras fert. Præsertim cum diuersa sit ab ea quam Margaridem prodit Plinius ea de causa vocitatam. Diuersam verò esse necesse est, si ea Margaritis vnica sit in Chora. Ac propterea auis illius singularis, atque huius demum palmæ nomen commune factum *κοινος*. Si igitur cum aue quia singularis: quonāmodo

modo duas tradit: vnā in Chora, vnā in Syagris. Præterea si eadem species est Margaridum: qua ratione dixit, præcipuam obtinent nobilitatem Syagri. Et subdit: proximam Margarides. Hermolaus Chorā nominauit: Syagros subtrixit. Ruellius qui suo more omnia conuerteret, ac faceret scopas, cum verba Hermolai, vt solet, describeret: omisit illa, baculas rubentes illas, dumulos, ab Hispanis vocari. In Hermolai codice inter historiā palmarum cæduarum, non cerebrum, sed *ἀμυγδα*, scriptum est. Hæc præter institutum deduxi: vt, quemadmodum diligentius in commentariis de Plantis fecimus, autorum fides labore nostro perspecta foret.

325 *Ἐν τῷ ἑξῆς ἄλλων φυτείας.* Hinc diuersum caput erat incohandum. Redit enim ad propositum: vbi vides historiam, quod toties monebamus, confundi. Rectius, vt dicebamus, partes primo ponentur loco. Deinde genera. Tertio generationes. Quarto effectus naturales, Quinto artificiales, à factione, à materia ædificiorum, à materia ignaria, & aliis eiusmodi. Plinius quoque, qui huius diligentia acrior exactor fuit, carbones etiā his admiscet. Verba verò quemadmodum intelligamus, videndum est. Nam *τάνυπαλον* Theodorus vertit, in contrarium, an verò tandē est, quod ait Plinius inuerso furculo? atque ille de salice tantum, de his non ita. Idem *ἰσάδαε γίνεσθαι*, alia diuersa meturus est lectione. Pro his enim scribit: pampinum lasciuiosem, & pro eo quod est in Græco, *νοτίυς*, ponit, acinos. Ego verò lego sic, & sic interpretor.

ἐπιτοὶ ἢ καὶ ῥαϊδα γίνεσθαι : scilicet ἄρας. Punicam, sicut & vitem. Nam & mox ficum, atque iccirco lego, *κοτίνως*, non *κοτίνως*. Si immersum seras surculum, rami haud ita surrecti sint, sed potius proni. Igitur ficum si seras ad eum modū, erit, vt apud nos legitur, ἀλατοτέρα: nō, vt Theodorus, ἐλατοτέρα. Scansibile interpretatur. Ne pratereamus illa. εἰ δ' ἀντιδασκλαση φουμένης ἐμβύς ἢ καρπὸν. Oportet enim, τὸ φουμένης ἀκτινὲ poni. Cōtorro nāq; fructus pediculo, minus humoris accipit, cuius copia nimia dilabebatur.

326 Αἰ μὲν οὖν φυτείας. Suprà dixit, *φυτείας*, & *ἐργασίας*, & *θεραπείαν*. Hactenus *περὶ φυτείας*. Nunc de aliis. Itaque nouum caput hinc.

327 Συκῆ ἢ ἀελαστοτέρα μὲν. Theodor. legit, ἐελαστοτέρα, rectè.

328 Ταύτης γὰρ ἀναγκαϊότερον καὶ πρὸς βλάστησιν, καὶ πρὸς ἐνκαρπίαν. Dixerat, multa putatione indigere myrtum, & oleam. Ratio duplex. Melius germinat, & plura fert. excipit vitem. Excipit ergo, aut propter vtrunque, aut propter alterutrū. Quare Theodorus ita. In hac enim plura relinquere ad germinationem, quàm ad fructificationem, sarius est. Plinius ait, Myrtum, punicam, oleam alternam exigere putationem: vitem autem, annuam. Pauciora ergo in vite relinquuntur, si annuas vices spectes. Quinetiam cūm putantur, & hac & illa: pauciora relinqui in vite, quàm in myrto, & olea, & punica, quis dubitet? quare, τὸ πλὴν ἀμπέλου, ita accipiemus. Illis inter omnes arbores plurimam deberi putationem, excepta vite duntaxat: quippe cui maior & exactior etiā debeat. Idque adeò verū est:

vt in

vt in vineis binos ad summum pampinos ferè ap-
rent, vnum productiorem, quem & curuent: alterũ
breuissimum, duarum tantum gemmarum. Verum
hoc in latioribus vineis, atque vbi sunt pedamen-
ta, in aliis plerisque vnum modo.

329 Ποικυλιώτερον, & ισχυρότερον. Quia dixerat, ve-
tulas arbores nouellandas ramorum putatione. Et
addit, has esse Androtionis opiniones: eas exactius
contemplandas esse: præferim cum neget medul-
lam esse Oliuæ, & Myrto, & Punicæ. Hoc enim
falsum est.

330 Ἀριστον μὲν οἶμαι ταύτῳ φησὶ. Hic optimum
accipit in genere fimi, acerrimum. Ita Char-
todran (Barbarum sanè nomen) existimasse. Scio
ego columbinum fimum esse acriorem, & cal-
ceos exurere, humanum non item. & subest ratio.
Humidior enim: atque iccirco acrimonia diluitor.
Plinius alia, atque aliter ex Varrone, & Columella.
Nota ex Theodoro. ἐκτὸν ὄνον. Transtulit, iumen-
torum, Plinij verba suo more potius, quàm autoris
sequutus fidem. puto tamen Muli, pessimum esse.
Ac de Asinino alia sententia Plinij. σωματίτης,
verit, stipularius. Melius, è quisquiliis: neque enim
stipula sola, σύρματτα.

331 Ὀσκαλοσι. Sarculationem. Theodorus rectè. vox
ruri nata, & infrequentior. Illa vulgatio, & com-
munior. σκάπτειν, σκάλλειν. Γυροῖν etiam haud ita
omnibus vsitata.

332 ὑποκομισί. Theodorus, inferius sæpè excitant.
Non venit in mentem verbi subpuluerant, vel id e-
misset de suo, vt poneret. Videbimus breuitatem.

καὶ τὰς συνὰς ὑποσκέπασιν, ἔνθα τότε. Scilicet opus sit vel tale quiddam.

333 ἑσποτίλαι πλὴ β. τάλω. Theodorus, quo ad runcandum. Sic & Plinius, variante vna, fodiendas. At hic, ὅταν ὑπομελανθῆ. Ita & infra apud Homerum ἐσπῶ ἢ Vlyssæa ad eundem modum interpretantur. περικάζειν, εἰς τὸ μίαν μετ' ἄλλων.

334 Ὅπως ἀν' ἰαγῆ. Theodo. utcumque dissectum. Simplificius, ut rupatur. Lege τραγῶσι, non τραγῶσι. Luxuriam notans verbum, alibi à Theophrasto positum, & à præceptore. Theodorus addit verbum minus aptum. Euellunt. At est ἀειτέμνη, abradunt, circuncidunt, Plin.

335 Καὶ ἐπ' ἀπίε, καὶ ἐπ' ἀλλίη. Theodorus omisit, καὶ ἐπ' ἄλλω. Subdit historiam de ea, quæ in Arcadia: quam totam omisit Theodorus, & longè suâ dissimilis oratio est, ἀπίε, ἄλλω, sub eadem præpositione.

EXCAP. IX.

336 **Κ**Αὶ πικρύνουσι τὰς κορυφὰς. Theodor. peruia faciunt ficus cacumina. alia igitur vox querenda est. Διαρῶσι aliàs reposita: τιτραίνουσι nunc magis arider: quo etiam Galenus.

337 βορείαι γὰρ μᾶλλον, ἢ νοτίαι ἀπὸ ἀλλήλων. Certè pessima proportio. Nam si in locis καθ' ἄβορείαις nō amittunt: in tempestatibus καθ' ἄβορείαις quare plus amittant? Nota τεχνοτέρα, scilicet καλίστασις. Theodorus, κατασσι conditionem. τεχνοτέρα autem crebriorem. πυκνοτέρα igitur.

338 Κερτίαι. Analogæ facorum. Theodorus nihil hic

hic aufus. Pugilla dici queant. Nota ῥῖνες hic, & σῆπες supra. ἐναποθνήσκουσι. Theodorus suis moritur operculis. Vdetur hac loquutione ab operculis suffocari, sanè minus probè. Simplicissimè dicas: intus ipsi immoriuntur.

339 Γινώσκουσι ὃ τὸ ἐεινασμένον, πρὶ ἰρυθρὸν, καὶ ποικίλον, καὶ ἰχυρόν. Theodorus, Noscitur quæ aptè culicibus emerferint: quod rubra, & versicolore, & robusta constant. sanè infælix loquutio. Quid enim est ficui, aptè culicibus emergere?

340 Ὅπως ὃ πλείστος κοινορτός, ἐν ταῦθα πλείστα, καὶ ἰχυρότατα γίνεσθαι τὰ εἶνα. Plinius sic concinnat: quod euenit maximè, frequenti via apposita: potius tamen arbor apponitur via, quàm via arbori.

341 Φασὶ ὃ εἰναῖεν καὶ τὸ πάλιον, ὁπίσθεν αἰγυπείρος ἢ πολύς. Theodorus cum copiosè fructificat. Polij igitur fructus est αἰγυπείρος. De Polij culicibus multi. Aegyri vox à nullo. Vlmi folliculos, κύπειν vocat. Itaque Serapio eam vocat arborea culicum: nam Cimicum mendosè scriptū est. Hermolaus omnium scriptorum diligentissimus, Samaram, & Amaram commemorat, κύπειν nullam.

342 Προπερονῶν. Theodorus, alligandos, affigendos, adfibulandos.

343 Ὀλωθαῖεν. Ita habemus præter εἰνοῦν, & εἰναῖεν.

344 Φαίνεσθαι δὲ ἀμφὸν δὸς ἢ ἀρρένος τοῖς θύλασι βηθείαν γίνεσθαι. Theodorus, Bifario adiuuētum esse fœmina valeat. Vnicum tamen adiuuentum hic ponitur, τὸ διαίρησιν. ἀμφὸν igitur est, tam ficui, quàm palma. Et sanè est, ἀμφὸν, non autem διπλοῦν.

διπλαῦν. Habes enim μίξιν in palmis, in ficu άλλας τράπες. Analogia caprifici ad marem, non vt faciat fœminam fructificare, sed fructum suapte natura ferentem, noui adiuuenti beneficio perficere. Illud considerabimus. Θῆλυ γδ καλῶσι τὸ καρποφόρον. At suprâ, etiã mas fructificabat, neque à fœmina, nisi flore differebat.

LIBRI SECVNDI FINIS.

EX LIBRO TERTIO

CAPITE PRIMO.

345



Πεὶ ὃ αἰεὶ ἡμέρων. Syluestres sunt priores natura. Item earum generatio, & simplicior, & iccirco prior. Ergo de his prius, tanquã de partibus generationis scribere debuit. Hoc verum est: verum à notioribus incepit, quemadmodum Aristoteles ab homine: tametsi homo compositus magis est. Dixit ταυτὸν, in genere: ἕτερον, in specie: aut ἕλωε, omnino diuersi generis sint. Intellige, generis subalterni: nanque summum genus, commune.

346 Ἐπιφλοῖε θῆλυ. Theodorus, Enasci. non expleuit sententiam: sed significat, præter morem sponte nascendi, etiã humana opera queant naturam alteram acquirere: scilicet non sponte nascendi. hoc significat τὸ ἐπιφλοῖε.

347 Καὶ ἀνδρῶν δὲ ρίζης γίνονται, καὶ ἀπὸ τῶν. Theodorus, quæ verò semen, fructumque ferunt, tan ex radice, quã ex iis ipsis prodire nimirum possunt. pessimè. Sic enim dicit Theophrastus. Quædam
etiã

etiam depacta feruntur, eaque hanc habent nature prerogatiuam, prater illam, quam a semine & radice obtinent. Quaedam autem a semine tantum, ut abies. Ceterum quae etiam tum semen, tum fructum ferunt: ea si de radice nasci possunt, etiam de fructu possunt. At Theodorus, tam a radice, quam a fructu. Nam quot sunt, quae fructum ferunt, neque veniunt a radice? Igitur, *καὶ*, siquidem. Non autem, tam. propterea quod rarius est ex radice, quam ex semine. Haec enim est Theophrasti sententia: Omne semen propter generationem est. Haec, omnium. Non omnis radix auulsa, propter generationem.

EXCAP. II.

348 **K** *ἀκαποτίσις*. Theodor. inundato, submerso, obruto. Legemus ex Theodoro, *μείζον σημίον*. & mox: *ὅταν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀνωματίας*.

349 *Σπέρμα φανερόν*. Theodorus, semen conspicuum. malè. Actio est in conspiciendo, in conspecto passio ex praesenti actione. At *φανερόν*, est etiam sine actione: multa apparent, multa extant, quae non conspiciuntur. Multa, contra, conspecta sunt, quae non dices *φανερά*. In Thymo conspicitur id quod est: non tamen in flore est semen euidens: denique euidens, facilitatem ad videndum dicit, & id quod est extra controuersiam.

350 In tripode Aeneo nata Platanus. Hoc argumento vult Theophrast. a semine natam. At multa *ἀνόμαστα*.

351 *καὶ ὑψηλότεραν*. Putabat Cleodemus esse gradum in formis. Quae formae non distarent, nisi *καὶ τὸ*

352 τὸ κρεῖττον, καὶ τὸ ἥττον. Si intelligit elemētare frigus, fallitur. Multę nanque planta calidiores potentia. Verūm alius quidam calor accipiendus est vnde motus in animalibus, in plantis, non.

352 ὑπεράσωση. Theodorus, subegeris: superficie tenus sulcum producerint. Nam qui profundum sulcū premit, is non quit τάζειν. in mora enim est.

EX CAP. III.

353 **K**Αὶ πολυκαρπία τῆς προφαίνειν. Thodorus, corioli fructificatio, prima species syluestrium, τῆς προφαίνειν. Id est ad ostentationem. declarat ostentationem. Nam, inquit, non est πολυκαρπία, in eo, quod ferius percoquunt: sed est, quia τὸ ἔλον ἀνεί, προφαίνει διὲ πλείω καρπὸν, καὶ ἢ πλείω ἀκπέτρε. Igitur τῆς προφαίνειν, malè interpretatus est: prima species syluestrium.

354 Εἴμη καὶ πάντα τ' ἄλλα, καὶ τὰ ὁμοιογενῆ. Id est, hæc exempla sunt: tametsi non omnia respondēt. at habemus alia. Nam, inquit, κότιος ἐλκίαις πλείω: & ἀπία ἀρχαίς ἀπιντα γδ ἠτως. Omnia enim faciūt ad hunc modum, paucis exceptis. Illud est, & moderatè quidem, ac per dubitationem: πλὴν ἕτι σάσιον. Ponit exempla corni, & forbi. Theodorus conuertit sententiam in cōtrarium: vt oleaster, pyraister quæ minus, quàm olea, & pyrus.

355 Ἐξαιμελύμενον ἅπαν χεῖρον γίνεται. θεραπευόμενον ἔχ' ἅπαν βέλτιον. Si verum est, quod supra dixerat, aliqua esse, quæ nullo cultu fiunt mitiora: ergo non est verum, omnia neglecta fieri deteriora. Sententia autem illa vera est, Omnia natura sua fera esse. At non omnia mitia. Quanquam apud nos

nos Christianos ita fortasse est: at Peripareticis nõ potest, quibus mundus fuerit æternus, nihil nouum fuerit. Sed ad propositũ. Cum ἡμίρωσις ab arte fiat: erit accidens. Itaque Hippon malè sentiebat, Omnia esse natura fera: omnia mitia opere. At Theophrastus tutius, quædam fera, quædam mitia. Ferarum, quædam mitescere, quædam non. Nam quod comparat cum animalibus, non respondet. Quædam enim animalia sunt, quæ sine homine degere nequeunt. De pusillis catellis non est dubitandum. Orationis animaduertes similitudinem: ἡμιχόμενα ἡμίρωσις. & ἡμιχόμενα τιθεῖσιν. Mansuetudinem, mitigationem, cicurationem.

356 Καὶ αὐτὸ βραχύτερον. Sic etiam legit Theodorus. Ego, αὐτῶν. seipso breuius, quàm antea fuerat in parente planta.

Ἐρρότερα. Hoc falsum est. Contortiores enim sunt agrestes planta: quippe nodosiores.

357 Ἀμυνώδεις. Stagnosa, non stagnantia, vt Theodorus, neque enim locus stagnat, sed aqua. addidit, ἐνύγηε, vdos, aut vliginosos. madentia, Theodorus rectè, sed γνάδεις, crassa, malè. Terrena, quæque arui referant naturam, neque sint faxea, neque ἔρηρα, vt arena, & possunt esse γνάδεις, iidem agri, atque ἀπλόγηω. non igitur crassa.

358 Ἐνδύσιον. Hic tranquillum, & vacuum à ventis obiectu montium. De hoc alibi accuratius, cum tamen infinita alia exempla haberemus.

EX CAP. IIII.

359 ΠΥΡΟΣ. Theodorus omisit. & in numeratione aliorum alia quoque ratio est in nostro Codice.

Codice. λεύκη, ἰτία, ἀγχερος, κρανεία, Φηλυκρανεία, κλιθρα, ἡρῶς. Fortasse non πωγός, sed φηγός. & infra etiam cōmonescimus. λεύκω, speciem populi. à colore quoque in Italia, Albara Vascones, viole. Populum autem Pibol, Italia, Piopa. Latine igitur quominus vocaret Albaram Theodorus nihil fuerit impedimento, qui & alibi alia fingit: & multis locis, vbi est vtrunque λεύκη, & ἀγχερος, alterum omittit. De acere historiam vbi texit Plinius, γλεῖνον à Gallico narratione potius, quàm specie separar, & Zygiam à montano propria specie. Sanè in syluis nostris habemus carpinum montanam, candida materia. In tertio huius, de carpino etiam habes, quod sentias. Vitruuius vnum tantum genus nouit.

360 Κρείττω τὰ ὄρηνα. Meliora, inquit, montana. Prudentius de arboribus tantum, quàm Auerrōis, qui de omnibus plantis: sapienter quoque exemit pyrum, pyrastrum, & malum. Mala tamen montana & sapidiora, & carne firmiore, & succo incorruptiore. Theodorus omisit, ἀπτε: quia nunc de syluestribus tantum. Quod autem ait mox: πάλιν ὃ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν εἶεν ὀπιλάωνται τῶν κρείων τόπων, καλλίον φύεται, non aduersatur his. Magnum etenim ac vehemens frenum illud: τῶν κρείων τόπων. Nam quid aliud est, quàm montana in montanis, & quæ planis gaudent in planis. Quamquam τὸ πάλιν qua iatione interpretemur, contemplandum est. Planities etiam sunt quidam montium vertices. Eam planitiem potius appellabimus, ὀμαλές, quàm πεδίοις. πεδία campestria citius dixerim. Igitur cum πεδίων.

Theodorus

Theodorus planum vertisset, Plinium sequutus: coactus est τὸ ὁμαλῆσι, interpretari sic: aequalibus montium tractibus: contaminavit autem orationē infœliei illius verbi vsu: emigrent, inquit. Nam migrare, est mutare locū: quemadmodū in originibus dictum est. Apud Ciceronem, & Casarem, est mutare domicilium. Nota, τὰ ὅτι τῶ ἀκρων. Intelligit cacumina fastigiata, & à quibus excludat. τὸ ὁμαλῆσι. 361. Πεύκει, πίτυς, ἀρχία, πύξος. Theodorus etiam Abierem habuit, & coniungit, πίτυς ἀρχία. Picea syluestris. Verūm omne genus Piceæ αἰψυλλον est. Quare sic separandum. πίτυς, Picea. ἀρχία, aquifolia. Præterea illud animaduertendum. Nanque φελῶς non est αἰψυλλον, vt alia. Quotannis enim in Aquitania vniuersas amittit frondes: alięque manentibus prioribus adhuc, ita succedunt, vt eas quasi expellant. Liege à leuitate Galli. Taurini Nata à notando. Latini ab incrementis, suber: aut quia mergi nequit, sed subit. Altera obseruatio: Cum tamarici folia delapsa omnia in hortis nostris vidimus. Tertia ibi, τὰ ἢ ἄλλα πάντα φυλλοβολεῖ. nimis audacter: neque enim syluestris cupressus amittit. Quod si mitem cupressum contendat, quia mitescere possit: eandem rationem in eas de Buxo, & Lauro, atque aliis. Quod autē ait, περὶ τὸν, vtitur voce præceptoris. Sic enim rara appellat, vt alibi repositū est.

EXCAP. V.

362. Τὴν ἀγριον μόνω. Commodius inde caput incohasset. κάρπιμα ἢ τὰ μὴ ἄλλα πίνε. De populo non est dubitandum. in Aquitania enim ferunt fructum.

363 *Ἐπί τε τῆ περιόχῃ.* Malè scriptum est in Codice Theodori, Persico. alibi monuimus, duas esse.

364 *τῶν ἐλατρίων περιών.* Theodo. legit, *πρωδών.* & verum est, herbas certis locis semen ferre nullum. Dentem Leonis in quædam rupe alibi scriptimus, ne florem quidem ferre, sed mucronem ad iunci, aut sparti speciem.

EXCAP. VI.

365 **A**vellana florem *ἴελον* vocat. Theodorus, villum. primoris lanugo barbæ sic vocatur. Non esse autem florem vniuocum cum cæteris floribus, sed proportione. Plinius non florem, sed quiddam compactili Callo ad nihil vtile, Iulum vocat, Græco nomine cõtensus. Verùm *βρίον* hic, id appellat Theophrastus in quercu, quod pro flore glandem anteit. Itaque & *ἴελον* oportet pari ratione, atque ordine censeri in auellana. Et sane de flore disputat, qui fructum antecedit, non de eoracemulo, qui subsequitur: quod nucamentum Theodorus esset commodius interpretatus. & tanquam è nuce aliquid, quasi pro flore: & tanquam de nuce aliquid habens. Quippe vt in cupressu, & pinu ordo quidam squammarum subeuntium visitur. At ille maluit, nucamentum, *τὸ κύτταρον*, quod esset pinus, non malè. ad verbum, *κύτταρον*, quod haberet cum catura quædam rei apiariæ similitudinem, Græci appellarunt. Apiolum Latinè possis. & est quod respondeat nucamentorum concretioni: siquis intelligat, quid fuerit prisca, apere, & apisci. de quibus in originibus. Qui igitur hæc negant esse flores, aiunt similes haberi debere *ταῖς*

ταῖς

προαπίωτες ἐρειοίς. Quare cum in ficu nullus extet flos: ne ille quidem flos esto, qui huic similis sit. Theodorus interpretatus est, præciduos grossos. At προαπίωτες, non significat præciduum. Quin, τὸ πρό, naturam grossi indicat, qua antecedit: & ἀπίωτες naturam eiusdem, qua non cadit. Præterea grossi cum sint ficus, quæ primores eueniant, (in Italia & Florones, & Bolas vocant) ἐρειόν hic non illud significat, sed papillam, quæ antecedit veram fici faciem: id quod ex iis, quæ sequuntur, manifestum est. ὠσπιρ, inquit, ἐ τὰς συκᾶς τὰ ἐρειά. ita erit in ficu pro flore, ἐρειόν. dicas in præsentia, ficulam, in nucibus, nucamentum: id est, nucis rudimentum, vt nucare dicatur arbor, dum nucem par turit. πῶ ὀξύλω scissimam Theodorus. Non est hic disceptandi locus: vide interea Hermolai diligentiam. 366. Ἐνιαυτοφρεῖν. Anno reddere. Theodorus non expressit, neque satisfacit sententiæ. Sic tamen Plinius lib. 16. cap. 26.

367. Τὰ ἐν τοῖς ἔλεσι. Theodorus, quæ paludibus astant. Adeone veritus est τὸ ἐν: Deprauauit sententiã, qui Græcè nesciat, cum Theodorus, quod in se est, fallat: atque adducat dubitare hinc; an in paludibus prouenire quædam possint. Et qui Græcè scit: quærat, an voluerit Theophrastum corrigere Theodorus. Sic, ἀρξίας, hic paulò negligentius, pyrus, vertitur ab eodem, sed correxit additione. Post urbanum, inquit: vt illa interpretaretur ὕστερον ἢ ἀπίς. pyrafter, post pyrum.

368. Λεύκη, πηλὴ, ἰτέα ἀγριός. Hic vnus ex iis locis est, in quibus alterutram populi speciẽ omisit.

cup

I 2

369 ἰΰος, suber, sicut & φελός. τετραγωνία. Theodorus, quadratoria, melius quadratilis. infra ῥωνία, eadem. quadratorium actionem dicit.

370 Τοσαύτη ἢ διαφράσσει ἀμφω. Theodorus addit, cum mari firmissimum sit.

371 Ἀργάδιον τι γένος. Theodorus, pyrorum genus quoddam. Pyrastrum rursus omisit interpretari, aucta superiore negligentia. Et considerabis, quo consilio nucem iuglandem inter feras connumeret Theophrastus.

372 Τῶ βότρυι περιμάζοντι. Theodorus, cum vua dulcescit: alibi de eodem verbo, nigrescit: supra diximus è Plinio variare: sic & vulgus Vasconū, varare.

373 De flore Abietis, κρόκινον. At in primo libro κρόκινον. Theodorus hīc, sicut & supra, croci colore. Plinius quoque κρόκινον. atque ita re est.

374 Πεύκη ἢ ἡ πίτυς ἀρτεμεύσει τῇ βλαστήσει μικρὸν, ὄβον πέντε ἢ ἑλέκα ἡμέρας. τὰς δὲ καρπὰς ἀποθίσωσι μὲν πλεῖστα κτ' λόγον. Theodori lectionē animadvertimus. Pinafter, & Picea paulò germinatione præveniunt: diebus circiter quindecim post Vergilias. Ista quoque ratione videlicet reddunt. Sanè ante comparationem non intelligebam. Comparata, dissimilia reperiebam. Sic enim & simplicius, & fidelius. Pinafter, & picea paulò ante germinat. quippe quindecim dies circiter. Fructus autem edunt tanto post Vergilias, quanto ratio exigit. Si minutius persequare, & hīc, & alibi nullus erit finis. Mala enim loquutio. ratione reddunt. Argutius illa, *
 Plinio loquitur in multis arboribus fructum. Reddit ager frumentarius accepto semine. At picea quid accipit, ut reddat? Verum ex hoc illud quoque

Plinio loquitur
 in multis
 arboribus
 fructum

que complexus est loquendi vsus: potius, quam ratio. & ἀποδίδωσι, haud longe diuersum sonat. τὸ κτὶ λόγῳ, significat: respondere tempus fructificandi tempori germinandi certa proportione.

375 Τὸν περυσινόν. De diebus alibi inuenias pro eo, quod antecedit hesternum. ἀποξηραίνεται, Theodoros, marcescit, malè. Nihil magis contrarium marcescentia, quam siccitas.

376 Ὁξυκαρπία ἢ χαμηλή. Falsum hoc. Ideo optimè Theodoros ἐξυκαρπία: & mox, ἐπικαρπότερα. Item hic γωνία, quod supra, τετραγωνία angularis, aut quadrangularis.

377 Διὸ ἐ τρισηλίπιν πέντε γὰρ εἶδη ἔχον, ἅ ταν βλασάνης λιπῶν. Theodoros ita interpretatur: Corticū squamas spargit. Plinium sequutus est. qui, inter squamas corticem spargunt. quoniam pręnantium rumpitur cortex. Habes etiam, τρισηλίπιν. Hęc à doctissimo Hermolao ante omnes sunt animaduersa. Vides duas loquutiones: corticum squamas. inter squaminas corticem. Inter hęc perpendas illud, inter corticem squamas.

378 Πρῶτον μὲν ἀπὸ ἀέρος. Theodoros non est interpretatus.

379 Ἐπιβάλλεται ἄλλης βλασῆς ἀπ' αἰρας ἢ κορυφῆς, εἰς ἐπὶ τὸ προτέρω βλασῆ. Profectò monstrosa sententia. Producant alia germina à summo vertice; ad germen vsque, quod prius edictum est. Sit, A, B, primum germen. Sit τὸ ἐπιβαλλόμενον, B, C. Ergo, C, est τὸ ἀπὸ κορυφῆς. & τὸ, B, est τὸ εἰς ἐπὶ τὸ προτέρω βλασῆ. At motus debuit narrari, vt fiebat. ab ea parte, quę est B; ad eam partem, quę est, C.

ipse autem contra fecit. Et Theodori videas orationem. Ab extremo furculi vsque proximum germinis antecedentis. Intellige quid sit, vsque proximum germinis, & quæ loquutio. Quam autem dicit κορύνην, Theodorus non expressit. Sic enim, inquit, veluti geniculo facto furculo primi germinis. At non sic est. Sed ἡ γένυ ποιισαμένη τὴν ἀριστερὰν βλάστησιν κορύνην. Nam summum furculi ad modum clauæ capitatum est. Ex eo igitur, quæ recta exeūt, lineam rectam ducunt: quæ ab latere, angularem. Animaquertās & id, sicut, inquit, prima generatio: quia è ramis ab latere erit. Verùm in prima generatione, etiam ab summo, & recta linea, multi.

380 Διὰ τὸ λεπτόν. Theodorus, propter amplitudinem corticis. Non. Sed quia cortex facile absistit. Itaque statim. ἐκ ἐπιπέδου τοῦ φλοιῶς.

E X C A P. VII.

381 **A** ἰ ὅτι κωμὴ καὶ ἀρκτέρων. Post vernas germinationes, nunc tractat duas sequentes: autumni ἐπ' ἀρκτέρων: & ante Arcturum, ὅτι κωμὴ. Sic enim lege, καὶ ἀρκτέρων. Theodorus omisit, κωμὴ. Ego non auellerem partem hanc à superioribus.

382 Τὰ ὅτι ἀεὶ τὰς διαλείψεις, ἀπὸ τῆς ἀριστερῆς, εἰδὴ τῆς λαχθέντων. Sententia est, omnibus communis est germinatio. Quod si quæ post primam germinationem intermittant, earum species dictæ sunt. Theodorus sic. Intermissiones autem prædictorum tantum esse intelliguntur. At omisit, τὸ εἶδὴ. Et addidit, tantum, de suo: ac malè. Namque Buxus quæque intermittit: & puto, alia multa.

383 Τῆς καλυμμένης κάρου. Theodorus Amentum vocat.

vocat. At amentum Latinis, sinus est corrigiæ, aut funiculi. Plinius Cachryn cum vocat, sapienti; fecit, qui non mutaret. Inter antecedentē obstruionem, Theodorus interpretatus est, illa. τ̄ ἐξ ἀρχῆς ὀπιδύσεως, Id est, postquam cessauit germinare: & ante futuram germinationem. Verum ἐπίδεισις non significat obstruionē. Sed quasi in nexu sint, exuta germinandi libertate. Considerabis an recte, ὀπιδύσεως, legatur. Vt sit, post primam ostentationem. & leges, κύησις φυλλική. ἐυθύς αἰ παρ' αὐτ̄. Theodorus, peculiaria eius confestim gignuntur. Intellegit intus nuclei conceptum. Sane durus sermo. dixisset τὰ, non, αἰ.

384 Γέλας. Ergo æquiuocum est nomen hoc, & ad florem: vt supra dicebat: & ad id, quod post fructum demittitur. Est autē quasi squammatim compositum quiddam: è salicibus non dissimile pendet, pineæ nucis texturæ haud diuersum: vnde, vt monehamus, nucamentum dici queat. Theodorus legit, μυρίων: non, μορίων. Ita erunt tria adiectiua. μικράν, μυρίων, φολιδωτῆρ.

385 Τῆς δὲ ἐλάτης ἀεισμένοι, καὶ συνεχεῖς, καὶ ὕστερον. Theodorus, Abieti certa, & continua, & præpostera. pessimè, præpostera, καὶ ὕστερον. Immo certa ramorum germinatio, non solum quæ primæ sit nouellæ, sed subinde æqualis, & respondens. Et hoc est, quod mox ait, αἰ ποιεῖ μὲν πάσα. hic μὲν, est τὸ ὕστερον.

386 Ἐπὶ τῷ περσικῆς καρίας. Theodorus, in nucce Iuglandi. Hoc haud satis est. Sed in Persica nucce. Quæ species est in nucce, sicut Pontica, & Græca.

3850 dia

1 4

Videbis Macrobiū , & Hermolaū , atque eius compilatores. Nota loquutionem Theodori. Germina in folium finiunt. vulgo sic loquuntur. At nos aliter consueuimus. Folio finiri. Magis animaduertendum , quod ait Theophrastus. Neque enim de verbis quaestio est. E summo , inquit , furculorum non fit geminatio: quia furculi in folium desinunt. At enimuero haud ita in folium desinunt, quin mucro quidam ad pediculum sit. Deinde facile esse. Nondum absoluta demonstratio est. Non oritur inde, inquit, quia non extat principium. At quare non extat? hoc ignotum est. Sic non extat principium stipitis in tubere. Acutius autem ita contemplere. Nullum extat principium in verere stipite vitis: & tamen inde prodit pampinus aliquando. Neque enim est, vt in furunculo. Praeterea herba cum tot subeuntibus foliis, in qua desinunt, nullum diu emittant stipitem, tandem emittunt quaedam, quaedam nunquam. At principium stipitis in nullis: vt nunc accipit principium, mucronem furculorum.

387 *Βαβυλιζα*. Hinc abscindendum nouum caput erat. Nam haecenus de rationibus ortus statuit: quae erant opera & cultus ad officia incrementorum, ac melioris habitudinis. Item germinationis ratio ineunda fuit. Propterea quod semen est germinatione: ortus est semine. Nunc aliam aggreditur materiam, quae partium naturam potius contemplatur. Tamen quia ab radice erat etiam originis principium: de radice agit. Animaduertes veram reprehensionem. Neque enim recte dicebant, qui agrestes arbores

arbores minus profunda radice niti dicerent : propterea quòd è semine orientur. Sane Lupinorum ortum etiam temerarium, etiam penè inuito colono: certe negligente contèmplere. intelligas radices non tam inuenire loca sibi, quàm facere.

ὅταν ἐμβιώσῃ. Vbi diu vixerint, Theodorus, recte. Nam & mox, ἀμφοῖν ἐμβιώσας θείν. Videtur enim vitæ significare longinquitatem. Vides efficaciam præpositionis, ἐν, ex loci vi.

388 καὶ ἐναργῶς φερόμενα τῇ γῆ. Theodorus, atque indubiè semine terræ summissò orientur. Et mutila est Theophrasti oratio (quippe, φερόμενα, latissima vox) & Theodori, vt interpretis, ambitiosa.

389 Ἐπιπόλις δὲ σφένδαμον καὶ ἑλίγον. Theodorus, τὸ, καὶ ἑλίγον, aliquatenus. Vt neque summa, neque ima dici possit. Verùm videto an potius significet numerum radices. Vt & superficie contenta sit (τὸ ἐπιπόλις) & paucitate radicum (τὸ κατ' ἑλίγον.) Nam statim per disunctionem dicit : ἢ ὃ μέλιον πλείους & βαθύριζον. Lege, βαθύριζοτέραν ἐλάττην διυρίς.

Ἐπιπόλις. E X C A P. VIII.

391 Ἡ κολυθεῖ ἰσθὸς πικρῆς. Sic lege, Mutilata fuerit. hoc enim significat, κολυθεῖσθαι. Non semel vsus est eo verbo, quo & Plato. Itē leges, τὸ λείον ἢ σελήνη: non autē τὸ πλείον repetit enim. ἔχῃ γὰρ μέγιστον ἄλγος, καὶ ἄστρον. Recte à Theodo. enodé. Est & μέδον, sed durū. καὶ ἠδίκον πλείον. Theodorus legit, πλείον: atq; etiā nauiculæ equiparandā interpretatur. Sane non intelligo. Recentiorum dux Hermolaus cum abietis historiā, nescio qua de causā, omisisset: debuit eos efficere diligentiores. At illi partim ne-

glexere. Ruellius recensuit amplius. Verùm idem hanc materiam ab aliis dolatam non offendit: atque iccirco tacuit. Idque sapienter. vtinam & mihi licuisset. Neque enim ex scopulis, secundioris famæ nostræ curius aucupandus est. Etiam Theodorus sine culpa omisit nauiculam illâ. Præsertim cum apud Plinium nullam reperisset. & alibi multa loca difficilia prudenter dissimulauit. Lego ego, *λείον, & ἄζον, & ἰμαλόν, ἰλίπον ἕβν.* Tu subde quid velis: neque enim, ausim reponere *πῆλον.* & iam enipulum militare, & claua Herculis, & nostra pila, quâ describit Vitruuius, adducit in comparationem Virgilius, enarrat Seruius, notat Catullus, columnarem naturam ostendunt. Illud etiam eniadueritas. Nam *ἄζον* eodem cum dicit Theodorus, etiã sine ramis intelligat necesse est, præsertim in hac arbore. In qua rami quasi infixi sunt ita, vt nodum efficere cogantur. Ergo qui dicunt ab radice statim ramos fundere, idem iidem nequeunt autumare. & Plinius picæ ramos fundi similiter ab radice cū scribit: aliorum errorem sequutus est. Nam coniferæ sua natura ab initio puræ post radicem. Vbi creuere inde fundere dicuntur. Corrige & id. *ἕβν ἢ τὰ κατωτέρω τὸ καλαύον.* Legit Theodo. *τὰ κῆ τὸ λείον.* verū & insuauior mihi fit oratio. & puto esse glossema, *τὸ κῆ τὸ λείον.* Historiam accuratius per partes considerabis. Vnum, id est peculiare abieti. Si ab summo præcidatur, eodem anno radicitus interire. moderatur ei sententiæ paulò infra. Omnes, inquit, ramos si sustuleris. Alterum, si sub ramis in læui parte secetur, aut rumpatur: & ipsam viuere,

&

& emittere nouam materiam uiuentem quidem & illam, sed nihil germinantem. Videamus nunc Plinij narrationem. Is de abiete, Rami in cœlum tendentes, non in latera proni. Mirum. cacuminibus eorum decisis, moritur: totis detruncatis, durat. Ergo eadem proportione totius arboris, & ramorum amputatio summa arborem interficit. Vide ut dicat Theophrastus. De noua illa materia Plinius verbum nullum. Theodorus diuinitus est interpretatus. *τελέως ἐν ῥιζῶν αὐχέτερος ἀναβνοσται.* Radicitus omnino eodem anno inarescunt. *Καὶ ἐὰν τὸ ἀκρον δάκκοσῃ.* intellige, *μόνον.* nisi enim id addas: videatur τὸ καὶ, addere ad morbum radicitus, etiam cacuminis præcisionem. Nota verbum *ἐπικοσῆ* τὸ ἴδιον, summū significat. Latinè haud queas idem indicare, si dicas, *inciso.* Nam infra est, *ἀποκόψῃ.* τὸ δὲ, notat motum partis à toto. *ἢ ἀπὸ πνεύματος, ἢ ἀλλῆς τινός.* Theodorus, vel aliquo pacto diminuta afflatu fuerit. Immo verò, aut præcisa, aut diminuta, vel vento, vel alio quo modo: puta impulsu, aut casu arboris alterius. *περιφέεται μικρὸν ὑποδείκτερον ἐς ὑψος.* Theodorus. circumnascitur paulo excellentate inferius. Nunquam hæc sine Græco intellexissem. Sic dicas, Circumadnascitur quiddam, quod priorem tamen altitudinem paulo minus impleat. Dicit autem *ἐς ὑψος:* quoniam *μόνος τὸ ἢ ἀδύνατος, ὅτι ἐὰν τύχη τὸ θένδρον.* Theodorus ibi. Crassitudo talis, qualem arborem esse contigerit. Non est hęc crassitudo qualis. Omnes enim rotundæ, siue teretes, tam exiles, quàm crassæ. quanta, dici debuit. Notabimus tamen τὸ, *περιφέεται.* Neque enim queo capere

capere, τὸ περί, pro eo, quod est, ἐπί. quippe ἰσχυροτέρα: atque eandem seruat crassitudinem. Alia sequentes voces nihilo fecius eandem seruant proportionem. ἀμφοτέρωθεν, & ἀμφιφύα. Mallem equidē, πρόσθεν, & ὑπέρθεν, & ὑπερφύα. Adaugentur enim ita, vt supercrescant. ὅσῳ περ ἂν ἰσχυρότερον, καὶ ἰσχυρότερον, ἢ κακύτερον. Theodorus. quo scilicet robustior, vegetiorque, vel plenior: eo crassior. Igitur refert ad circumagnationem. Inferius mutauit genus. in neutro enim posuit. Neque semel ita genera commutauit. putemus rem ipsam. Videtur sic statuere: colore differre ab stipite: duritia superare. Ad hunc enim modum plus placet, quam τὸ ὑπερβαλεῖν. Theodori arbitrio interpretari: ultra modum. Hæ sunt duæ comparationes: alia comparatio, in crassitudine. Crassitudo, idest τὸ πάχος, duplex, aut cum extrema sunt ambitu maiore: qua ratione dicam ramos esse minus crassos, quam stipitem: aut cum partes inter se propiores sunt. Opponitur hoc τὸ χαύνη: & est πυκνόν. Sic dicemus lac indito coagulo recipere πάχος. Id cum vellet discutere, sic aprauit. Quod ad πάχος attinet: si ambitum consideres; sane non excedit stipitem. Hoc iccirco dixit: quia πόροι, qui ex ossium fracturis exeunt, ossium ambitum exuperant. Quod si, inquit, partim cōtemplere densitatem: potius agnoscas, ἰσχυρότερον, & ἰσχυρότερον, quam κακύτερον. Theodorus, τὸ ἰσχυρότερον, duobus expressit verbis. vegetior, malè. Nam infra id probat: vegetari scilicet. Tantum abest, vt in confesso sit, plus vegetari. Itaque addit: vel plenior: satis recte. ταχίως, supra relictis ramis

ramis intra annum moriebatur. Nunc accisis ramis, celeriter pereunt. ζῆ ἢ καὶ θάλλον. Hæc verba aut Theodorus, aut Libtarius omisit. Sententia est,

ζῆ τὸ κατάλειπον. obiectio tacita. Non. Non enim germinat. Responsio. Est natura sua, ἀπαράβλαστον. Sententiæ confirmatio. ἐστὶν ἐγγυλόγητο, καὶ γλωρόν. 392 Φέρει ἢ τὰ μὲν ἄλλα. Hic nulla est dubitatio, quin materia sit diuersa: igitur & diuersum caput. Nullo enim modo conuenire potest ἢ ἀναβλάσπισ δατὸ σελίχεσ, cum eo, quod est: multa alia præter vulgarem fructum ferre. Ἡβ: communia quadam digerit, folium, florem. germen: fructum etiam addes, quadam auté particularia. βρύον, ἔλμα, βότρυς, θυλακώδες, ἔρινα, ἴσλον, κόκκον, βότρυον, κύτλαρον, κινίδα, σκαμμινώδες, αἰθαιώδη, τειρωκίφελον, πῖλον, σφαιρίον μελιτήριον, σφαιρίον μεγαλιθινές, λιθάριον, σφαιρίον φυλλικόν, σφαιρίον λευκόν ὑδατῶδες.

393 Τῆς καὶ συκῆς, καὶ τὰ ἔρινα. Id est, hoc θυλακώδες, etiam ficus: ac præterea, grossos. τὰ ἀραιὰ ποτίπλοντα, Theodorus non posuit. Ἡβ. & videndum an ficus ferant τὸ θυλακώδες. Nescio enim an proditum sit. Sic habes ἀραιὰ ποτίπλοντα supra. & hic ἀραιὰ ποτίπλοντα. Item, ἔρινα, & εἰνά.

394 Καὶ εἰτινές ἄρα ἦν συκῶν ὀλιωθοφοροῦσιν. Fert igitur & τὸ θυλακώδες, si mendum nō est, & τὰ ἀραιὰ ποτίπλοντα. & præter hæc, τὸς ὀλιύθους. Verum id alieubi tantum. Iccirco dixit, καὶ εἰτινές. & addit, ἴσως ἢ τρόπον τινὰ ἀκαρπὸς εἶναι. Quod si qua, inquit, ficus ὀλιωθοφορεῖ, fortasse alios veros ficos non edit. & est ἀκαρπὸς τινὰ τρόποι. Quasi caprifici proles neque fructus sit, neque non fructus. Theodorus aliter

ter

ter legit. Ni fortè pro genere fructuū hæc accepisse oporteat. vt sit, καρπός: non autem ἀκαρπος. Nam in genere syluestrium est fructus, εἰσενός. & dixit, τινός. Quia in caprifico fructus, is: in fico, non fructus: sed καρπός cum additione, τις: more peripatetico. Et iccirco dixit: ἀλλ' ἢ ἡρακλεωσίμην καρπία, τὸ ἴσον. Nota, ἀλλά. id est, sine controuersia. Designes plane per coniunctionem, at.

395. Ἡ δὲ δάφνη. Oratio dulcis admodum, & suavis. verborum seriem, ac textum si Latinè imitere, facias insuauem, quem, admodum fecit Theodorus. Laurus vuam, & fructifera. Coniunctio illa duriusculam efficit. Sic diceret: Sterilis Iaurus vuam fert copiosius, quàm fructifera. Atque hæc, non omnis: sed species quædam tantum. Est mendum in Codice. ἢ ἀκαρπος. Sententia rota contraria. Theodorus legit. ἢ ἀκαρπος, Plinium recte sequutus: qui sterilem nihil aliud ferre, ait. Verùm minus diligēs alia in parte Theodorus. Plinius enim, Quam ob id masculum appellant: quia est ἀκαρπος. Recte atque exacte interpretatus verba illa Theophrasti. ἢ δὴ καί.

396. Πυρήνα ἐλαία ἐριφυήν. Hoc etiam Plenius dicit. Sed attribuit Tauri caput: & nucleos. hosce non huic αἰδουάδῃ, sed τῷ συκαμυγιάδῃ. ἐριφυήν. Omisit Theodorus τὸ ἔριος. Nam & hoc lanaceum est: sicut & pila, de qua mox. πῖλον ἐς σφαιρίων ἐριώδες. Compactum ex materia, quasi è lana. Theodorus comā attribuit. Apud Theophrastum nulla coma est: neque apud Plinium, sed intus habens flocculos molles. Item mox alteram pilulam comatā cum scribit, dixisset:

dixisset: ὁμοίως κόμην ἔχον. περὶ πυρηνίε σκληρότερον. erit
 περὶ πυρηνίον, vt περὶ μαρπίον. Ipsa pilula est τὸ περὶ
 πυρηνίον, si intus sunt πυρηνίε, id est flocculi. Theodo-
 ras simpliciter, nucleo durior. Si oliuæ nucleum
 intelligit, falsum est.

397 Ἐπιβάπτεον χυλῶ μελιτιρίο. Theodorus, inficien-
 tem succo meligeno. Duriuscula vox, melligeno,
 tametsi Plinij, mellis succum representans, & ta-
 ctu, & gustu. ὀπιβάπτεον, idem non recte inficien-
 tem. Seruit enim ad colorem tantum. at ὀπιβάπτεον
 etiam ad saporem. Vnde vulgo legimus ἐμείμαματα.
 Præterea quid est inficere ad tactum? Ad oculos
 potius. Tactus iudicium intelligit nunc circa lento
 rem mellis, & spissitudinem, atque eiusmodi.

ἀχρεῖον. Plinius non dixit inutilem, τὰ μὲν ἄλλα.
 Sed utilem, inquit, verno tempore, mutilè. Suspi-
 cari nanque potes alio quoque tempore alios ad
 vsus transferri posse. Dixisset igitur, verno tan-
 tum tempore.

398 Φύει δὲ ἐν τεριώνης τῷ ῥοπαῖν μαχαλίδας. Sanè
 corruptam orationem. In Plinij codicibus multis,
 gignunt & alij ramorum. lege, aliæ. Nam de ramis
 hæcenus mentio nulla. Notabis, ῥοπαῖν, nam ab
 eadè origine habemus ῥοπαλον. & ῥοπατρον. Releges
 ex Atheneo, Plutarcho & aliis. Quid autem faciat
 hic vox illa ἐν τεριώνης, etiam considerandum est.
 Item mendum, aut error ibi. κολόμουχον. Nam dixit
 ἀμιχον. Et Plinius, corpore non pediculo inharren-
 tem. Igitur Theodorus, quo consilio potest dicere:
 sine pediculo: & addere: concauóque iefsilem. Ego
 lego, κολόμουχον, recessu intus cauo. Nulla enim
 ratione

LIBER TERTIVS

144

ratione pediculus & absit, & cōcautus sit. ἰδιον, peculiarem Theodorus, recte. Separata ab aliis natura. ἰσταντικός, Theodorus, eminentes. ἐπ' ἀντικώθεσ igitur: aut siquid melius est.

399 Μέναν καὶ ἐπίσασπον. Plinius, intus amara inanitas. culices quoque addit huic. At non è Theophrasto. Infra culices habes in alia materia arboris eiusdem. μύας enim sic transtulit, ut est in Codice scriptum Theophrasti. Non μύαρες, ut est vulgaris usus vocis, atque significationis. Plinius tamen sic. 400 Κραπροειδές. Theodori codex noster mendosus. Puniceum. Legendum, pumiceum, à pumice, etiam pueri sciunt. καὶ πῶς ῥάχιν, à tergo, est Theodorus ininterpretatus. Tergum tota pars auersa est. ῥάχιν, spinæ dorsī proportionē, pediculus per tergum recta discurrens. Plinius simpliciter, nimis, in folio.

E X C A P. I X.

401 Οἱ γὰρ μύαρες. Ne hæc quidem pars abscindenda. Nam tamen si hæc tamen peculiaria: tamen cetera quæ communia subdit, cum à natura quercus non abscedant, ab eo capite ne discedere quidem debent. Hic sit error Theodori, ille verò Theophrasti. Qui cum dicat κοινὸν καὶ ἐπίσασπον ἰσσι: mox subdit, τὰ μὲν ἐν ἰδίᾳ καὶ δρυός. Quem errorem si tollas, augeas culpam Theodori. ut sit pro interpositione id (οἱ γὰρ μύαρες, & alia, ad ea quæ cum aliis habet quercus communia.) & postrema verba, ταῦτα μὲν ἐν ἰδίᾳ, exempta ex illa parenthesis, adiungatur illis, ἢ μὲν ἐν δρυός τοσαύτα φέρει.

402

402 Οὗτον καλακολυθῆν. Plinius legit κατὰ αὐτῆν. Vt è cinere nitrum habeatur.

403 Πάντων δ' ὡσπερ ἐλέχθη. Haecenus tractauit generationes. Deinceps generum diuisiones. Quare & hæc pars illam debuit præcedere. Prius enim, & notius nobis, quod est, quàm quomodo fiat. Et eadem quæ ad agrestium pertinent generationem commodius ad secundum librum adiungeretur. Qui liber iccirco in duas secaretur partes. Atque hinc esset Tertij initium.

404 Καλλικαρπότερον. Fructum meliorem, Theodorus. Vide, an sit, pulchriorem. Grandiores enim fructus humidiores in eodem genere. At ij ex fœmina, vt in Cydoniis.

405 Παραπλήσια δ' ἢ τῆσάντη φορὰ. Lego ὡσαύπλασια τῆσάντη δὲ φορὰ.

406 Ταὶ γλυκείας φέρουσαν οἱ μὲν ἡμερῖδα καλοῦντες, οἱ δὲ τὸ μύδιον. Theodorus, quæ glandem dulcissimū fer, talij quercum, alij placidam vocant. Placidæ nominis lineamenta è Plinio duxit. μύδιαι quid sint, scio: μύδιον quid sit, nescio. Neque nostri recitatores quicquam.

407 Ἄγγιλον. Cerrus Theodoro, & ἀνίστολος falsicortex. Sic Plinius videtur cerrum explicare. Qui amaram à falsicortice cum legit, non à cerro, videtur ibi quid sentiat indicare.

408 Ἐξ ἑρῶν καὶ βαλάνων ἐνατέρωθεν. Theodorus, Parte postrema vtrinque lapidescunt. Imum, & summum glandis potius, quàm vtrunque postremum.

409 Οὐκ ἔρθεφύεις, ἴσθ' μακρὰ. Neque recta, neque

K

neque excelsa. Alibi hoc explicatius declaratum à nobis est. Erectum esse, cuius secundum longitudinem pars centrum spectat, pars altera contraria ad circumferentiam totius vergit. Rectum est, cuius duo extrema intercedit minimus tractus. Illius definitio est secundum situm ad orbem, hæc à situ partium inter se. Esse potest erectum, etiam flexuosum. Aliud *εὐθύ*, aliud *ὀρθόν*. *περίκομος ἢ φυτεία*. Theodorus, corpore in orbem comoso. Dicerem: sparsi rami natura sua: hoc est, *φυτεία*. Hic quoque *ἐξ ὧδ' η* Theodorus, nodosam. Alosam autē cum dicit: monstrofa vitur licentia.

410 *Ὅτι ὀρθοφυτὴς ἢ ἕδ' αὐτὴ, ἀλλ' ἤπλιον ἔστι τ' ἡμερίδος.*
 Nota scopulum Græcæ breuitatis. τὸ ἤπλιον videtur negare τὸ ὀρθοφυτὴς. Sic dicam hoc exēplo. Ne Mauri quidem ipsi albi: minus tamen quàm Æthiopes. hoc falsum est. Minus enim nigri sunt: non, minus albi. Ita magis recta est fagus, quàm quercus. Igitur simul nega. ἤπλιον, ἐκ ὀρθοφυτὴς. Longè omnino aliter animaduertuntur quercuum genera. Summum, nigra & alba, à materia. Nigræ duæ. Harum solida materia est: minus nigræ. Albæ species vna, cuius glans plus expetitur: & altera cuius materia frequentius apparatur. Tertium genus humile, & contortū: neque cerrum hîc agnoscunt. plurimam in Histria vidimus. Quod autem Fagum nō ire *εἰς ὀρθόν*, & esse *βραχίστην* ait: è regionibus certis descripsit ipsam. In Cantabris, excelliam & rectā vidimus. Eodem modo intelligas non esse rectissimam & procerissimā cerrum. Nam Vascones quam Tausinū nominant, ea fert glandem longè optimam. Ipsa arbor grandissima,

diſſima, mitiſſima, rectiſſima, ſpecioliſſima, vt ex facie haliphlæon dicas, è glande & materia non dicas. & frequens ἐν ἰργασίμοις. Theodorus legit negatiuè ἢ φύεται.

411 Ο ἢ καλῶς τινες φδοκον. Theodorus obſcæna voce, at Plinius commodiore, pannum. Mucosum ſcriptum eſt. at in Codice Plinij muſcoſo villo a- rentes. Neque enim ſit muccus ſimul & ariditas. τρυγχεσ, norabis, ſi non eſt mendum. Apud Platonem τριγχεσ, aliud eſt. Theodorus villum linteï interpretatur. τρυγχεσ lege. ſic τρυχίας Apud Pollucem. Nota ἐκ τῆ φλοιῆ, & ἐκ ἐκ τῆ κορύνης, ὅθεν ἢ βάλανος. Theodorus, è cortice, non è furculo: vnde glans. malè κορύνῳ, furculum: ſed furculi caput. opponitur hoc illi, ἐκ τῆ πλαγίῳ. Illud impedit intellectionem: quomodo è furculo, non è cortice. corticem enim habet furculus. Idem de ramis dicas, ex Plinio. At quia τὸ ἐκ πλαγίῳ, poſſit eſſe, τὸ ὅθεν ὀφθαλμοσ, dixit è cortice: id eſt vbi, ne veſtigium quidè vllum ordinariū. Lege ἐπιμελαν, νό ἐπιμελίαν.

E X C A P. X.

412 Ο ἢ ἐπὶ μακεδονίαν. Non erat hæc pars à ſuperiore abſcindenda. De quercu enim adhuc loquitur. Theodorus πλατύφυλλον ſuprà latifoliam, hic eſculum. Quare igitur & hic ipſe amarum attribuit: & veteres quod eſſet imprimis eſculenta, nomen arbori indidiſſe dicti ſunt? Quæ ſanè ratione etiam Græci ſuam Phagum nominarunt: iccircoque illa dicata Ioui, quòd eius fructus vitæ materia foret. Et Plinius, Glans optima, quercus, & grandifſima: mox Eſculo: non igitur amara.

148 LIBER TERTIVS

Præterea ἀπειν Cerrum interpretatur. At Plinius haliphlæo eiusmodi glandē attribuit, quam ἀπειδι Macedones, & cerreæ glandi proximam bonitatem à querna ascribit, idem è Nigidij sententia. Illam quoque controuersiam explicabis, quam ἀπειδι dat historiam de carbonibus Theophrastus, eam Plinius latifolia. Etiam Phagi rotundam glandem agnoscit Theophrastus. Nos eam scimus esse angulosam, & oblongam: frequens ea in Cantabris ac Pyreneis: quorum nonnulli, Bagoa vocant. Ad hæc, ἀπειδος glande tētari caput suis Theophrastus. Plinius Iligneæ hanc naturā esse scribit, ἐθυμόδριον, Theodorus tam rectè veriquercum, quàm ille ἐτυμορογιαν, veriloquii. πελεκηθέντα laborata Theodorus rectè. dolabrata, ad verbum: frequens vox. δειπίπτες, cadit, Theodorus dilabatur. δει τὸ πινδύ. Theodorus, transfiliat, melius disiliat. Et multò circumspectius dixisset, præterquàm arariis officinis: scilicet inutilis. videretur enim sic intelligere. disilire alibi: in arariis autem non.

413 Δρυὸς μὲν εἶναι ποιεῖσι ταύτας ἰδέας. Hinc fuit diuersum caput incohandum. τῶν ἀγλειῶν corrigunt.

414 Τῶν ἐγλειῶν. Sic Theodorus, terrenorum.

414 Ὄρος, etiam in pice. Aqueus humor, vt in lacte serum. Nota loquutionem. πινδύ ἐσπερον. deinde subdit, μεταγτέρα, scilicet ἢ πινδα. Sensus est in πινδύδες, non autem in sexu.

415 Καὶ κεκλιμένα μᾶλλον ἴχεν. Folia habere minus surrecta, flaccidiora. Sic etiam aures dicuntur κικλιμένας. At Theodorus dum aucupatur, duram fecit orationem. Foliis, inquit, pinguem, mollem, procli

procliuioremque. Nunquam sic loquar, foliis procliuiorem.

416 Εἴς τὴν τὰ ξύλα τὸ μὲν ἄριον περιμήτεια, καὶ σκληρὰ, καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις σφρόδιμα. Theodorus, mari lignū circumcincta medulla durum, & operi fabrili versuale. περιμήτεια, vt περιμήτεια: infra alio vsu scriptum est, περιμήτεια μάλλον. vbi Theodorus, medulla inferior, medulla scilicet sparsa à centro ad ambitum. At illud monstrum sanè versuale. Itaque intelligemus τὸ σφρόδιμα, operi minus idoneum, pro eo, quòd directiones non seruet. Saepenumero eiusmodi materiam vidimus; quæ cum deformata fuerit ad columnas quadratas, aut laquearia, torquetur, aut inuertitur. Sic dixit fœminæ materiam εὐραβῆ, vt τὸ εὐ, moderetur verbo, id est, non plus refragetur directionibus, quàm artis ratio exigat. Theodorus, εὐραβῆ, interpretatus est, tractatu facile. Tum autem nescio, dimiseritne εὐραβῆ, an simul cum εὐραβῆ. putarit latinis illis verbis designari posse. Præterea verbum, tractare, latius est, quàm quod voce illa, εὐραβῆ, circumscribi deceat: Non est prætermittendum vrbânū illud τὸ ἄριον, nihil festiuus, quàm addere articulum nomini penitus còtrario: & mox, τὸ ἴδιον, non ἴδιον.

417 Οἱ ὑλοτόμοι. Theodorus, cæfores materia ad verbū. lignatores, aut materiarij. Valdè vero considerandum est, vt accipias illud, τὸ ἄριον τῆς πελεκίσσης καὶ βραχύτερον, καὶ ἐτραμμένον μάλλον. Theodorus, mas securi breuior. Quid est, breue securi? vbi cedit arboré lignator, nihil est securi breue. Sed βραχύτερον, quia dixit, μελεκωτέρα. an acutius intelligendum,

K 3,

150 ○ LIBER TERTIVS

Breue est lignum, non longitudine, sed cæsura: propterea quòd securis vno, aut altero ictu, venam, quam occæpit, aut neruum non quit perpetuò renore perfequi: iccirco videtur dixisse, *εὐμηκέστρον τὸ φῆλυ.*

418 *Ἀπεικιδέρα.* Theodorus, minus pinosa. Sic quoque infra piceosa potius, si *πέυκη* picea est. *καὶ ἥπιον ἐν δασεί.* & minus tedam ingerens. Latinus, minus tedar, dixisset. & ingerens, nunquam hic dixisset. verbum est rusticum & militare, motum, vt diximus, significans: aggerere, suggerere. & apud Plautum degerere: cõgerere vsitatissimũ. *καὶ εὐκλειανωτέρα.* Theodorus, curluque venarum probior: nõ id hæc vox significat, sed ad vsum, & opera vtiliorem. *Γίνεται ὅ ἐσ τὰς μέγεθος ἔχεισι τῶν δένδρων, ὅταν ἐκπεσόντα περιλαπῆ τὰ λευκά.* Non dixit, *ἐκπεσόντων.* nota, *γίνεται.* non enim fit, *αἰγίς*, per collapsum illarum partium candidarum. erat enim intus. *πελεκᾶται,* securis adigitur, Theodorus. Laboratur, simplicius. dolabratur, ad verbum. Et nota lineamenta verbi impersonalis apud Græcos. *ἐκ ταύτης πελεκᾶται. εὐχρωῶ,* scriptum est. *ἀχρωῶ* legit Theodo. malè. Teda nanque est *εὐχρως.* nominat enim *δασυργίς.* In fœminis igitur est, *εὐχρωῶ.* in maribus *τὸ ἐπιγινόμνον* est erianum coloratius. & infra, *ἢ δ' αἰγίς, εὐχρως.* Plinius hic Laricè interpretatur eam, quæ gerat *αἰγίδα.* Theodorus malè, *σφόδρα,* omnino. *δύο κηδᾶ δὲ τὸ πυρός.* Theodorus, ab igne dissiiliens. melius vt dicebamus, resiliens. dissiilit pars à parte: resilit, quod contiguum potius, quàm quod continuum.

419 τὸ σέλιχος ἔμφανέστατον. Theodorus euidentiorem, ad notitiam, non ad magnitudinem. βαθέα. Theodorus, folia alta. at in omni arbore alta sunt. Sed est hic, sicut βαθυπάγων. τὴν ὃ πίτω καὶ πλὴ κωνοφόρον. Duæ igitur sunt, sicut & mox. ὡσπερ καὶ πλὴ κωνοφόρον. Theodorus vnam agnoscit sine coniunctione.

420 καὶ γὰρ πίτω ἔχειν ἐλίγλυτε καὶ μικρά. Theophrastus non dixit, quid habeat: scilicet Tedam. Theodorus etiam verbum subtrahit. τὸ ἔχει. ita concisit etiam breuitatem. Idem legit, μικράν, non μικράν.

421 οὐτε μὲν οὖν ὅλα τὰ γένη ἀμφισβητοῦσι. Theodorus, in toto genere discrepare videntur. non discrepant in genere, sed de genere disceptant.

422 τὸ κάρυον πιττωδέστερον. Theodorus, nucleū resina residuam, ambitiosè pinguiorem simplicius.

423 Ἐλάτη δ' ἔστι. Hinc aliud caput incohato.

424 καὶ ἐπ' ἔλαττον. Theodorus, in angustias tendens. rectè. Legit idem θολοδέν, non autè θηλοδέν. dicit enim concameratum. Pectinatam concamerationem etiam legimus apud Vitruuium. & legit βοιωτίοις κυάθει, non κυνάθει.

425 καὶ στερεώταται μόνον διαφανεῖς ἐλάτης, καὶ πεύκης, καὶ τὰ χρώματι διαδίδει. καὶ μάλα διαφορὰ ἐξ ἑύλης μείλων ἢ ἐλάτης. Mendosus codex. Theodorus sic legit, Solidissimi, patientioresque abieti, atque pino, coloréque tedæ proximi, & maximè sui generis, pinóque magis, quàm abieti. Igitur στερεώταται & μάλλον δὲ πεύκης, ἢ ἐλάτης. Scilicet solidissimi nodi sunt. quippe ea qualitas generica est omnibus

ὄν nodis. gradus superlativus proprius abieti & pino. Altera proprietas, διαφανείς, translucenti. Hoc non est ex distantia partium, ut in tela: sed alia ratio, ut in vitro, & marmore, & adamante. malè Theodorus, patientiores. Patet, quod habet partiū interuallum, at ij solidissimi. hoc autē est solidum, ὄλον. Tertia proprietas, colore tedacō, immō etiā odore. Quarta, cūm alij nodi stipitum referant naturam, hi longè sunt diuersi. Lignum cādidum, solutum, leue. Nodi, rubicundi, densi, graues. quam partem malè Theodorus. Lege, ἑρρωτέραι, καὶ μόνον διαφανείς.

426 Τὸ 28ης ὄν. Theodorus frugi nimis bonam vocem iure suo defraudauit.

427 Καὶ ἰσοδοσμίνας, ἐν ᾧ βελτίονος. Lege, τὰ δ' ἰσοδοσμίνας ἐν ᾧ βελτίονος. Nam ἐν ᾧ φαύλα, καὶ ᾧ τυχόντες faciunt τὰ πολλὰ, ex meliore lautiores. Itaque corriges Theodori orationem. Plures, inquit, lautioresque & materia praestantiores. Qua ratione sint materia praestantiores, si sunt ἐν ᾧ τυχόντες.

428 ὄλιω τε, καὶ λίαν. Reponc, ἕλιω, crispā. Etenim mox, ἐλατέρας. Theodorus tamen legit, ὄλιω, totam. & addidit, commodam. Obserua contrarias lectiones. ἀλλὰ καλλιὸν πύον ἢ ἐλάτης. At mox, ᾧ πεύκης τὸ ὄλον καλλιὸν. Item, ἐν ᾧ πλύον πύον ἢ πεύκης. At statim, πύον ἢ ᾧ πεύκης, ἐδίγλυ. Itaque Theodoric, πύον πύον ἢ ἐλάτης: ἀλλὰ καλλιὸν πύον ᾧ πεύκης.

429 ὄξυν δέ. Hinc aliud caput exime. ὄξυν ἢ ἐν ἔχει διαφορὰς. ἀλλ' ἐστὶ μόνονες, ἕρρωτες, καὶ λήον, καὶ ἄνοξιν. καὶ πάχος καὶ ὕψος ἔχον σχεδὸν ἴσον τῷ ἐλάτι. Theodorus, Scissima nullas penitus differentias habet,

habet, sed ferè æquiparatur abietis. Simplex genere est, erecta, lanis, enodis, crassitudine, altitudinèque æqualis, ferè abietis: quare ad similem quoque usum comparari. Hastas enim fieri egregias: unde ἐγχεα ἄξιντα dici ab Homero prodit Porphyrius. Theophrastus sibi aduersatur: nanque infra campestris & montanæ agnoscit differentias. Dixit Theodorus. Primò loco, ferè æquiparatur. Secundo, æqualis abietis. Tertio, cætera non ab similibus. Et addidit de suo penitus. Et cum dixit: quia & cætera non ab similibus, subdit statim sine disjunctione: lignum coloratum: malè. Non enim ea causa est abietis similis. At Theophrastus prudentissimè ξύλον δέ. vt disiungat colore similitudinem.

430 Βαλανώδης ἐν ἐλίω. πλὴν ἢ ἐν ἀκρόθω, καὶ λείω. abuitur πρὸς, καὶ. pro eo quod debuit, ἀλλὰ. sic, ἀλλὰ λείω. quanquam videbis quomodo ἐλίω faciat λείω.

431 Μέλαιναν, καὶ ἄχρησον. Hic habes magnas differentias tum cõcretionis, tum usus: præfertim cum in campis scissima non sit, sed minimè scissilis.

432 Μονογενὴς καὶ ὁμίλος. Hinc aliud caput. Par negligentia in eo quod appellat μονογενῆ. facit enim species, Ideam mox, & Arcadicam. De Taxo in nostris commentariis, de Plantis multas excusissimas dubitationes.

433 Μαλακώτερον. Folio intellige. Distingues sententias in Theodori codice deprauato, ne attribuas mollitudinem ligno.

434 Πᾶν ἃ καρδίαν: ὅταν ὁ φλοιὸς ἀφαιρῆται. Vt redigas ad earum genus, quæ promiscuo ligno &

corde constant sub cortice.

435 Ἔστι ἡ χεῖρ ὁ ὄστυς. Theodorus, τῆ τε φύσεια, cortice. Plinius solitariam cum dixit, non video quid senserit: nam μονοειδής, aliud est. Idem ἐνυδρον καὶ φαραγγίδες, circa saxa aquosa, minus aptè. Notabis, φαραγγίδες. non enim significat materiã. Item & híc, & alibi, ὄξυαν à Plinio fraxinum interpretari. De fago, oxya, orno, fraxino, satis in commentariis, ubi errores.

436 De Tilia caput novum institues. συννότερον. In Codice Theodori spinosior. corrige, spissior. Plinius mari attribuit odorem. Theophrast. fœminæ. τὸ τῆ Σηλείας ἐνωδέσπερον. & à doctissimo Hermolao ante nos animaduersum est.

437 Κίσαε. Theodorus, cunas. inde nostra cista. alibi, vtrunque.

438 Πλὴν ἐκ προβαγωγῆς μάλλον ἢ περιφέρεια. Theodorus, nisi quod in angulum acutiorem rotundantur. Nondum dicit, εἰς ὄξύτερον, sed mox. At hic vult dicere, sensim ambitum, qui iusta pediculum est orbicularis, demittere sese ad mucronem: non autem statim. Sic in commentariis Hippocraticis declarauimus.

E X C A P. X I.

439 ΕΝ τῷ κοινῷ προβαγορεύεται. Communi nomine appellatur σφένδαμνον. Id etiam alibi in libris Aristotelicis animaduertim⁹, vt species generis nomine peculiari appellaretur. ratio est: quia primum fuisset nota. Deinde aliis cognitis, capta sit appellatio partis pro genere, propterea quòd generi nulla esset constituta. κλινοςχορον. Theodorus, le ctiro

lectirotariam. breuius, lectirotā. & sic sonat Græca vox. Ruri ita vtuntur ad axes Carpino, vt cuius materia longè anteponant.

440 Τὸ ὃ ξύλον ἐν μέγεθος. Theodorus, materia ampla: id est, corpus. Purius sic. Arbor vtraque notabili magnitudine. τετατόν. Idem, venis in longum fluctuat. Verbum addidit insolens, atque extra materiam.

441 Τὰ ὃ γήματα ὅλα εἰς ἐξὺ συνήκοντα. καὶ ἔχ' ἔτω μετρίδι. ἀλλ' ἀκρογιδέσσειρα ἔ πολύ. ἵνα ὃ ὡς καὶ μέγεθος. Comparat acerem platano secundum materiam & fissionem. Et cum dixit, acerem findi productiore tractu: tamen inquit, tam platani, quàm aceris partes omnes dum finduntur, semper desinunt in mucronem. Postea addit: καὶ ἔχ' ἔτω μετρίδι. ἀλλ' ἀκρογιδέσσειρα ἔ πολύ. Theodorus, Nec ita semiffisa, sed summum potius præfissa. At semiffisa neque in ea arbore, neque in aliis angulum efficere queunt. Omnia tamen εἰς ἐξὺ συνήκῃ. Et præfissum est, antefissum. Igitur quid est? non enim dicas, vt præfixū cuspide robur. Itaque sic interpretere. Nunc arboris partes partibus comparari: imam, summā, mediam. Imam in mucronē abire: vbi finditur. Mediam partem nō ita. Summum autē esse χριστότερον. tamen haud ita multum: neque id euenire merito neruorum. Ibi quoque obtinere neruos pro ratione crassitudinis. Theodorus aliter legit. Multinervia sunt minus, quàm pro sua magnitudine.

442 Πυρότερον ἢ ὁ τῶ πύθους. Quia dixit ὑποπέλιον, Theodorus legit, πυκνότερον. Item quod in nostro Codice est, ἐνκαμπῆ, legit δισκαμπῆ. Plinius Carpino

pino corticé liuidum, rectè: scabrum eius carpini, quam quotidie videmus nos, non rectè. & sanè non est flexilis.

443. Περὶ ἀνθῶν ἢ ἐν ἡδύων. De flore nesciunt. id est, an, quid, quale. Id quod tamen minus fit verisimile: indigenas cognatarum arborum florem ignorare. Itaque Theodorus aliter legit. De flore nasci aiunt fructum.

444. Ἐστὶ ἢ καὶ μελίας γ' ἢ δρυό. Hinc aliud caput. Theodorus addit, Crassiuenium. at εὔμον id non significat. In Codice nostro est, ὅπιακανθίζοιτο. Id ille omisit: nec sanè dum mihi compertum est, an vsquam extet fraxinus aculeata, & médum est. ὡσπερ εἶπει τις ἀφύλλον. Legit Theodorus prudenter φύλλον. Ramulus, inquit, totus, quem folium vnicum putaueris: quoniam simul cuncta folia ferat singulari pediculo, & singulis foliis coniugatum, veluti per genicula pendentibus constat: amplo interuallo coniugationibus distinctis similiter, atque in forbo. Verum non expressit vim orationis, quam Theophrastus occultauit breuitate. Inest intus quæstio, aut obiectio, vnum ne sit folium ramus ille, videtur. constat vnico pediculo. Solutio. τὰ φύλλα ἢ καὶ ἑκάστον. Folia, inquit, sunt singularia, non autem totum illud coniugatum. συζυγίῃ. Theodorus malè, amplo interuallo. Nam neque representat Græcam vocem, & falsum est: modico nanque interuallo frequentes sunt coniugationes.

445. Τραχέα τὲ γόνατο. Theodorus legit, βραχέα. Quoniam mox ἢ λεύκη, μακρά.

446. Πυρὸν ἢ καὶ λεπίον. Lege πυρρόν, vt suprâ.

447 *βαθύσσια*, Theodorus, concauis, malè: multa sunt umbrosa, non concaua: & è contrario. dicas opaca.

448 *βυμβυλίαν*. Theodorus, Bubulam fraxinū. Latinus Vaxiraxinum dixisset.

449 *Φύσις ἣ τὸ μὲν πεδινὸν ἐξ λείων*. Natura, inquit, fraxini: vt Buniatia sit campestris, & lauis. Alterū autem genus montanum, & scabrum. Et ad confirmandam sententiam addit propositionem maiorem syllogismi. *φύσις δὲ & cetera*. Theodorus efficacius & expressius. Non enim dixit *δὲ* sed, *γὰρ*. Et addidit omne, vt circumscriberet articulum, *τὸ*. Ceterū non feres Theophrastum contradicentē sibi. Ait enim mox, *ἔστι ἣ ἢ μὲν ἐν ὄρεσι ἐυχρως, καὶ λεία, ἢ δὲ ἐν πεδίω τραχέα*.

450 *Ὀξυπτελέα*. Theodo. legit, *ἔξυνη, πτελέα* si *ἔξυνη* Fraxinus est, vt Plinius interpretatur, simul debuit vtranque historiam coniungere Theophrastus.

451 *Ἀχρῆστερα*. Theodorus, pallidiores. non est ira. Nanque pallor, color quidem suus est. Congener laei & crocei, & aurei, & eiusmodi. *τὸ δὲ ἀχρῆστω*, nō est color in specie, sed modus coloribus aptus omnibus: modo ne sit mera priuari. Dicimus, dilutius, aut remissius. Notabis in montibus vtrunque: & coloratius, cui debetur color: & candidius, cui albedo est attributa à natura.

452 *Πλὴν ὀπίου, καὶ μελίας*. Theodorus quoque ita legit. Igitur contradiceret rursum sibi: campetrem enim fraxinum faceret meliorem. At corrigemus sic, vt sit, *μηλίας*, non *μελίας*. Suprà quoque idem dixit in capite quarto. Sanè montana fraxinus

fraxinus præstantior. Hic quoque Theodorus omisit ἀχράδος.

EXCAP. XII.

453 Ηλυκρανία. Theodorus, fæminicornū. melius est, Cornifæmina, & κρανοθήλεια.

454 Καὶ κ' ἑὶ δύο, καὶ κατ' ἀλλήλους. Theodorus, tum geminatos, tum inuicem congruos. Melius & purius: binos, atque ex interuallo inter se respondentes. Singuli enim vtrinque sunt.

455 Ηλίκη ἢ Γερισάν ἢ μεγίστη. Theodorus, venabulum est interpretatus. Lancea militaris Macedonica sic appellabatur. Notabis, Sarissas ex corno. Apollinis iaculum ex ea materia est apud Homerum in Hymno Mercurij. & volat Itala cornus, apud Poetam.

456 Ἀπανθεί διέ. Theodorus legit, ἀνθεί. ut sit, quemadmodum flores instituit ex primordiis τῶν ἔχειν πλείους ἐξ ἑνὸς μίχου: ita ex floribus, fructum. Si legimus, ἀπανθεί sententia subibit, ἀπανθεί, ἐκ καρποφορεῖ. Florem amittit subeunre fructu, prior placet: quia sequitur, τὸ αὐτὸν τρόπον.

457 Κέδρον ὃ οἱ μὲν φασί. Theodorus ludit latinitatem, cum dicit, Binam, διττήν. Deest in Codice Theodori: ἐρυθροκάρδια δι' ἀμφω. καὶ ἡ μὲν τῶν κέδρου ἐνώδης, ἡ δὲ τῶν ἑτέρας, εἶ. Hæc omnia de materia. In iis quæ de fructu sequuntur, varia est lectio. Καρπὸς δι' ὃ μὲν τῶν κέδρου ξανθὸς, μύρτυ μέγας ἔχων, ἐνώδης, ἡ δὲ ἐστὶ λεῖψυς. Theodorus, fructus Cedro odoratus, pulcher, gustūque suavis.

458 Μεσσίλης τρεῖς γένη. Aliud item caput. Theodorus Plinium sequutus, ἀνθηδονοειδῆ, γερτί, Gallicū. Verum

Verum si ipse proderet: id quod fecit Plinius: liceret. Nunc ita interpretis est, ut cogatur sequi illa verba: quemadmodum Idæi distinguunt. At enim uerò Idæi nusquam Gallicæ nomen notū habuere. Dixisset à Latinis, Gallicam, vocari. vitiosè scriptum est, ἀθηναϊδης. Obseruabis etiam historiam de frondibus huius arboris. Nam vnum genus folium fert Laurino simile, sed tenue, orisque neque crispis, neque ferratis. Saltuarios quoque nostros de improviso aggressus, cum rogassem cuius similia folia gereret; respondere: salicis. Altera arbor est, quam Alligam Vascones appellant. Ea habet folium σεληνοειδης. Sanè eius facies est inter opulum, & vitem, anguli tamen potius sunt, quam sinus. Mucrones stellarum figura in radios exeunt. tota planities secus pediculum angustior: ubi procedit, patescit. verum ea mespilum non fert: sed sorbo propiorem fructum, frequentem, ac prope congestum. Colore mespili & gustu, sed figura sessili, cum acinulis intus mespilaceis. Hic tamen Theophrastus nullam facit foliorum secundum species differentiam. Quemadmodum neque Tricoccum prodidit, de quo Dioscorides, & doctissimus Marnardus. Lege περικομον, non περινομον.

459 τέτανον. Theodorus, supra de venis aceris. venis in longum fluctuat. Nunc hic, promissum. male. Nam de venis, & neruis hic quoque. Venis, inquit, procurrentibus. Nam satis habebat dicere, προμνησεν. Quæ sequuntur, omittit Theodorus. ἐν τὸ ἔλεν καταχισματᾶ. & alia. Illa mox: ἀεμικαρμένον τὸ ἔλεν, circumtonsum interpretatur. Cæterum
qua

qua ratione sit circumtonsum, quod ferratum est. itaque lego, περιχαρμμένον. sic enim consuevit appellare Theophrastus, χαρμμούς, ferraturas. Quare & κατασχίσματα ἔστιν ἔχον, idest, angulos & laciniās, & χαρμμούς. Igitur neque σχήματα lego, sed σχίσματα. Et illa sic: φορικέσθαι, & ἔχειν κατασχίσματα, περιχαρμμένον ὅλον.

460 Καὶ οἱ σκώλικες μεγάλοι, & ἴδιοι, ἢ οἱ ἐκ τῶν δένδρων τῶν ἄλλων. Theodorus, vermes isti grandes, & alij, quam qui in reliquis cernuntur arboribus, rectè. Obseruabimus igitur ἴδιοι, alij. Quia quod proprium cuiuspiam est, cæteris omnibus, aliud est. Notabo Atticam loquutionem. ἴδιοι, ἢ οἱ. &c.

461 Ταῦτ' ἔσων aliud caput facerem. quanquã cum Mespilis posses coniungere, propterea quod in fine huius communem quandam naturam narrat.

462 Φύλλον δ' ἀμφοῖν, τὸ μὲν μίχρον μακρὸν, ἢ ἰσοειδῆ. Brevitatem Atticã & rotunditatē. φύλλον δ' ἀμφοῖν, in singulari, τὸ μὲν μίχρον, sine verbo. deinde in plurali, πεφυκάσθαι. dicamus de re. Hoc totum videtur: quia ab vno pediculo: quemadmodum in fraxino recitabat. Tum autem declarat totum hoc. A nervo, inquit, versus prædeunt, non foliorum, si illud folium totum sit, sed λοβῶν: qui quidem sint ἔσχημένοι. λοβὸς est siliqua, & ea pars auris, quæ quibusdam pendet: vnde in aures demittunt. item fibræ iecoris. Ex Nicandri interprete, Polluce, Athenæo, Medicis: quare Laciniarum nomen non ineptè interposuit. διεστᾶσθαι π' αἰ τῶν. Pessima loquutio, nec ferenda. ἀλίλων dicendum est. Et ἀφ' αὐτῶν corrigendum. Quæ oratio non sit longè mollior.

mollior. Theodorus, ampliusculo. Legit igitur *ἁλῆον*, non *ἁλῆν*. & haud bona oratio est. Vult intelligi: singularia illa folia ita distare, vt ne *συχνόν* esse videatur τὸ ὅλον illud. Superflua sanè diligentia non est. Nanque hoc totum, folium censetur esse. Totum enim simul cadit.

163 *ἔισι ὃ ἀρι μὲν τὰ ὑπερπλοῦστερα καὶ βραχύτερα ἐλάττω, ὑπερπλοῦστερον*. Hic intelligit partem rami quæ propè superficiem est. Itaque addit *βραχύτερα*, non ratione totius rami, sed quod attineret ad partem, quæ haud longè abesset ab stipite. Theodorus aliter legit. Sunt, inquit, in vetustioribus & breuioribus pauciora. Nescio quo modo putem vetustiores ramos esse breuioribus: neque etiam intelligo quatum acaminis ea sententia præ se ferat, vt in breuiore spatio pauciora sint folia. Tum autem non dicam *ὑπερπλοῦστερον*, vetustum, sed nouum, quod accreuerit vetusto. *ὑπερπλοῦστερον* autem vltimatissima vox est, vt apud Lucianum *ἁλοῖον*. verbo vsus est aduersus Philippum Demosthenes *μετὰφορικῶς*. & *ἐλάττω*, minora hic sunt: non pauciora.

464 *ὡς εἰ καὶ ἐπερ κερύον*. Melius florum aceruū fauo assimilasset, quàm fructuum. *ἀπέσος*, corrigi Theodorus, *ἀπέσιος*.

465 *Καρχυδὸν κερύον*. Theodorus, amentaceum gerit peciolum. At peciolus est *μήχος*. *κερύον* autem uprema furculi pars turgida, idque neque amenum est, neque pilula, sed germen aded grande, vt paucis aliis vel mensè Martio tanta magnitudine. Sic dices, *βλαστῶν* germinabundum.

466 *Ἀνάκανθον*. Nostates spinosa sunt.

L

467 ὡς τὰ γεράνδρα. Theodorus non agnoscit hæc verba, sed eorum loco: τὰ ἰεία, & rectè. mox enim disiungit per cōttrarium. τὰ ἡ γεράνδρα α, ἀ-
χὺν, ἢ μέλαν.

468 Τὸ ἡ ξύλον Σερεόν, πυκνόν, ἰχμρόν. Theodorus habet etiam, ἰουχου.

EX CAP. XIII.

469 Διον ἡ τῆ φύσει ὁ κέρασός ἐστι. Theodorus, Arbor natura peculiaris Cerasus est. pessima loquutio. Est enim vox relativa, peculiaris, dixisset: Ceraso natura peculiaris. In Plinij codice, & hîc, magnitudinis ratio diuersa scribitur.

470 ὡς τῆ χροιά πὸ ῥοδὸν φανερόν ἐστι. Cum dixit, folium σκληρόν, ἢ πλαθύ: non potest facere, vt addat: ὡς, & inferat, colorem. Nemo dicat, adeò durum & latum est, vt è colore procul cognoscatur.

471 Ἐκιδόν, Quid sit, nondum comperi. ἀκιδόν fortasse sit mucronatim. Hoc enim est, ἀκίς. ferrum venabuli, aut lanceæ: cuiusmodi est in foliis. in libro quarto de Iunci semine: ἀκιδώδες. Foliatim igitur: vt ita dicam: subit seipsum cortex. Itaque si velis deglubere, neque per corrigias sequatur, neque per modum cinguli, sed cōtumaciter cohareat adeo, vt absistat semper aliquid retinens. Ita in mucronem exit, quod eximitur. iccirco dixit, ἐκείνος δ' ἐπί-
τμος γίνεται. Theodorus, alioqui præscinditur. Τὸν αὐτὸν ἀρόπον. Intellige sane. quid? Non eodem modo quit aliqua pars auferri? Immo verò eodē. quippe, ἐκιδόν. est enim aduerbium ordinis. Theodorus prudentissime, eodem, inquit filo. καὶ πάλχος χιζόμενον λεπτόν. Propterea quòd non totus cortex
quantus

quantus quantus est crassitudine, aufertur: sed attenuatur, dum eximitur: id percipi nequeat ex Theodori interpretatione. Quin, inquit per crassitudinem prærenuis modo folij abscinditur.

472 Περιαρρομένη ἢ ὅταν λοιπὰ, φλοιῷ. Theodorus, reliquo autem cortice ablato. Videtur habuisse rationem vocis illius, λοιπὰ. Sed videbo, an sit legendum, λιπὰ. Cum absistunt squammæ corticis, exit humor quidam.

473 Τὰς μὲν καὶ πρὸ αὐτῶν ἀπέλλυσθαι. Theodorus rectè legit, τὰς κατέρω. Sed malè vertit, deorsum: adverbium enim est morum significans. Nunquam absolute dicam, rami deorsum. neque cum verbo quies, sunt: sed malim, inferiores: etiam si Varro in 1 1 1. de Re Rustica ita loquitur.

474 Κηρώδες. Theodorus legit, κηρωδεις. Forma, inquit, fauaceus ob concavacitates scilicet frequentes. Sic de sambuco infra. Quod autem transfert ἀέσουρον, Iouis flammam: nullo id exemplo facit. Neque ipsemet respondere sciat: Iouis ne flamma, an Iouis triticum sit.

475 Φύεται ἢ ἡ ἀκτὴ. Cum sambucus sit res longè à Ceraso diuersissima, seorsum debuit tractari.

476 Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς βλάτοις. Theodorus legit, καὶ ἐν μὴ βλάτοις. Verùm imposuit faciem peregrinæ loquutionis. In minus eiusmodi solo. Sic abusus alio verbo est. In crassitudinem se distèdunt. tendere enim est per longitudinem, τείνειν. Sic Aristoteles in historiis, & non semel apud Theophrastum. Inde τατίν, & τέτανον. μήκος etiam cum dicit excelsionem, barbarissima voce fretus est. à

verbis enim deducuntur ea, quæ ad hunc modum formantur.

477. Τῶν σείων τὸ πῶχος. Theodorus omisit γιρανδύων. Vestutiorum. legit πυνός, pro πυρός, vt suprâ bis iam. τὸ δὲ ξύλον χαύνον, καὶ κούφου ξηρανθέν. Vide quomodo Theodorus digesserit coniunctionem. Materies, inquit, fungosa, & siccata leuis. & an ἢ πὸ ξηρανθέν debeat tam πῶ χαύνω, quàm πῶ κούφου. Nam vbi siccatum est lignum, tum demum rarum est, atque iccirco leue. In transferendo, κούφας, verbo vltus est non necessario, præuenes.

478. Καὶ ἀγύρω ἐὰν βρέχηται, καὶ ἢ λεπτιγμένον. Bene attende. Quia talis alnus est. ἀγύρω enim ἐὰν βρέχηται. Quippe extra aquas ἔστιν ἀγύρω. At sambuci alia ratio. Nam incorrupta durat extra aquas. Non igitur est ἀγύρω ἐὰν βρέχηται, verum etiam ἐὰν μὴ βρέχηται. Sic igitur legendum, καὶ ἢ βρέχηται, καὶ ἢ λεπτιγμένον. Theodorus nimis leuiter, inoffensa, inquit, aquis. At ex hac oratione non fit notum mihi, an extra aquas ἀγύρω fit. Ad hunc modum simplicissime vertes. Vbi siccata est, valida fit, nec sentit vetustatem, etiam si madescat aquis, & sine cortice fit. Amittit autem illum cum arefcit.

479. Φύλλον τὸ μὲν καθ' ἑκαστὸν μαλακόν. Theodorus, folium, quod particulatim exeat. minus bene: sed, folia singularia. hoc ita dicit, propterea quod multa ab vno pediculo pendent, quemadmodum in forbo, & fraxino. Nam alioqui illud quoque totum exit particulatim. Item ἐν μέσῳ καὶ κάτωθεν. Theodorus, de medio subtusquæ. At, subtus, significat partem folij quæ terram spectat: verum, κάτωθεν hic

hic dicit partem folij, quæ inter ventrem & pediculum est.

480 Κύμα δ' ἔχον σπαργμόν. supra χαραγμόν. Hic festiuè σπαργμόν. ad verbum laciniatum. σπαράτῳ, lacerare.

481 Ἄμωσ ὃ ὄν ὀμφακίωδες. Crudus fructus, inquit Theodorus, omphaceus. coloré intellige. Nam gustu omnes acerbi sunt. Notauit colorem, qualis in vua acerba conspicitur. Theodorus illa omnia verba omisit. καὶ τὰς χεῖρας ὃ τελείας ἀναβλαστῆ ὃ καὶ τὰς κεφαλὰς. Videtur autem sic potuisse. Vini colore humorem continet, & qui attractantium manus inficiat. In Vicentinis, & Taruisinis memini olim vina ex ebulo fieri cōsueſſe coloratiora: alioqui plebeculæ minus venalia. Sequitur deinde, τελείας sic potuit extitisse, antequàm perficiantur, si fecentur, etiam capitella regerminare. Theodorus sapienter fecit, cū scopulum vitauit. nos animi gratia ad nauigauimus.

482 Σπώμοσιδ' ἢ πλώ ὄψιν. Theodorus, sesamacea visu: duriusculè. Semen intus sesami specie.

483 Πάρουδρον ὃ π' ἰπέα. Aliud caput facito. corrige πυκνοτέρας, fatali errore librarij. Duo tantum hic ponit genera, nos longè plura.

E X C A P. XIII.

484 **Π**ερὶ σιλίω, Theodorus, Mōtiulmus. Si audes διθυραμβέζεν, multò lepidius dicas, Vlmontia.

485 Καὶ τῶ ὕψος, καὶ τῶ μεγ' ὄψιν. Vide quæ vsus sit significatione, distinxit magnitudinem à proceritate.

46 Ἄλλ' ἐν τοῖς κάρυσις. Theodorus, in peciolis. At

peciolus. *μίσχος*, porius in vaginulis. Thecæ signifi-
 ficatum habet Corycus, & Pharetra. τὸ κόμμις.
 Theodorus, guinnam alio flexu, quàm ab anti-
 quis: sanè probo audaciam doctissimi viri. Turpe
 est se deserere iis in rebus, quas si arripias, nulla
 honoris iactura fit. Nihil verò miserius, quàm esse
 vocum seruos nos: atque circumscribi earum an-
 gustiis, quæ nullum caluum discrimen instituunt.
κωνωπερδῆ, Theodorus, culicea. fœliciter, sed non
 ex analogia vniuersali. Debuit enim, culicicea. Ve-
 rùm habuit priuatam rationem, qualem & veteres
 in voce, suspitio. Debuit enim esse, suspitio. Vnde
 apud Plautum claudit iambicum senarium, aut in-
 tegra, aut vt sit suspitio.

487 Ἡ ὃ λεύκη, καὶ ἀργερός. Aliud caput. *μονοειδῆς*,
 Theodorus, vniformes. id est, suæ vtraque formæ.
 hoc est speciei. Diuerso tamen vsu apud Latinos
 accipias. Sunt vniformia, quia sub eadem forma, &
 quæ vniuoca dicuntur: sanè eiusdem generis sunt,
 sed non eiusdem speciei. Itaque non est *ἀργερός*
μονοειδῆς, sicuti dicebat, suprâ de taxo, & aliis. Soli-
 formes potius diceret, si auderet: pudenter nos.
 singulari vtraque specie.

488 Οὐδέτερον ὃ τέτων ἐστὶ ἀνθος ἔχειν δοκεῖ. Theo-
 dorus ex bona Græca Latinam fecit non bonam.
 Inquit enim, vtranque ne florem quidem habere
 existimant. Et, *δοκεῖ*, includit etiã Philosophi
 personam, & iudicium: existimant, excludit. Purius
 & simplicius dicas. Habere neutra videtur florem.

489 Ἡ ὃ κερκίς. Ruellius Græcum nomen, quasi
 Græcè nescisset, omisit. Alpinam ex Theodoro, Ly-
 bicam

bicam ex Plinio appellauit. Hermolaus, Alpine nomen non posuit: non posuit, cercidos. & di... Noftros facere tria genera: quasi verò non, & Theophrastus totidem faciat. Nemo enim est, qui Cercida populi speciebus non annumeret: si earum communes differentias cõtempletur. Ruellius hoc amplius errauit, qui Alpinam cum Lybica coniunxit. Quippe si Alpina est, Lybica non erit. Nam & cœli segmenta alia, & natura loci longè diuersissima. Neque conuenit Pliniana cum hac Theophrasti. Plinius folio minimam ac nigerrimam. At Theophrastus φύλλον χροματι σχεδόν ὁμοίον, τὸ ὑπὲρ καὶ τὸ ὑποκάτω: Hic nihil nigroris intelligas: tanto minus illius maximè nigri. Alpine Vitruuius nullam facit mentionem. Veneti quandam arborem (si rectè memini) Aire vocant. Nescio λεύκη ne sit, ἀκέραια. Non enim tunc licuit nobis plantaria rei vacare: sed, vt ludamus, potius plantaria rei.

490 Ἀγρίων ἢ ἐκ τῆς ἀλλοῦ. Sanè insuauem orationē, Theodorus condiuit, sed parte altera sine angulo. ἐκατέρωθεν Intellige πῶς ἢ μίαν, scilicet, γωνίαν. Quod superest, non est prætermittendum. In libro eodem Plinius: Montes amant, Cedrus, Larix, Populus, Ornus, Carpinus. haud ita multò pòst eodem capite: Non nisi aquosis proueniunt Salices, Alni, Populi, Siler. Loca sunt diuersa & contraria. Falsum quoque est Populos amare mōtana. Hunc errorem Ruellius temerè est sequutus. Opulum legerem: sed Plinius ex Columella cùm posset accipere, nihil dixit, nisi hic diceret. Ceterùm suprà cap. 4: Theophrastus quoque Populum montanis

attribuit. Verùm cum multa enumerariē, & sub-
 dat, τὰ ἢ καὶ ἐν τοῖς αἰθίοις. & ponat, Populum: nõ
 videtur ferendus. Primas enim partes locorũ vi-
 detur deferre Populo ex montanis: secundas autē
 τὰ αἰθία. Dicit enim τὰ ἢ καὶ ἐν τοῖς αἰθίοις. At quis
 Alno, quis Salici hanc assignet naturam? habet si-
 quidem eam vim cõiunctio illa, καὶ, vt cum mon-
 tana constitit, addat & campestris. Et acius cor-
 ripiendus Plinius, qui cum amare mōtes Populum
 dixerit (magnum verbum ac præpotens est, ama-
 re) subdit de eadem, illa: non nisi aquosis, neque
 dicas montana aquosa. Fuga enim est. Legissem a-
 pud Theophrastum: τὰ ἢ ἐν αἰθίοις: sine coniun-
 ctione, καὶ. Verùm κραιναί, veruit, & αἰθία, &
 θρόος & alia. καὶ αἰθία καὶ θρόος. καὶ αἰθία καὶ θρόος.
 491 Φλαγὸν ἢ τραχύτερον ἢ λεύκεος. Theodorus legit,
 ἢ ἢ λεύκεος. καὶ αἰθία καὶ θρόος. καὶ αἰθία καὶ θρόος.
 492 Εὐκαρπον ἢ καὶ ἢ κληῖθα. Aliud caput. legit
 εὐκαρπον Theodorus ex Plinio. Folium est Auella-
 næ non Pyri, vt ait. καὶ αἰθία καὶ θρόος. καὶ αἰθία καὶ θρόος.
 493 Σημύδα θῆ. Aliud caput. Betulam Theodorus
 agnoscit Theophrastus ἐκ τὰς βασιλείας γαλατίας.
 πρὸς ἄλλο ἢ ἐδέν. Plinius vilitatem etiam ad scuta.
 Minus notam ac frequentem arborem nimis leui-
 ter percurrit. τὸ φύλλον ὁμοίον τῇ καλεμένη καρία.
 Theodorus refugit Iuglandis interpretationem, &
 est ratio. Non enim notis rebus addimus voces
 illas, τὸ καλεμένη, τὸ καλεμένη. καὶ αἰθία καὶ θρόος.
 494 ἢ ἢ κολύτεια. Scribendũ esse suprã docuimus,
 κολύτεια. & quid esset dubitandum monuimus.
 Hinc diuersum à superioribus caput instituen-
 dum est.

EXCAP. XV.

495 **T**ότε μηδὲν μηδὲ πολὺ χειρόν γίνεσθαι τῶν
 ἡμέρων ἢ καρπῶν. Theodorus, quoniam syl-
 uestris nullo, aut non multo deterius, quam urbana
 fructificet. Sane loquutio dura, nullo deterius fru-
 ctificare.

496 Καὶ τῶν δυνάσθαι χειμῶνας ὑποφέρειν. Theodo-
 rus, hyemes quacunque perperit possit. Profecto
 importunum aduerbium, ne dicam temerarium.
 Neque enim verum est, vbique, & quocunque loco
 frigido provenire. Nihilo concinnius illud ἡ τε-
 λικαρπὸν ἐν ταῖς φораῖς. Et quidem fecundissima,
 inquit, temporaria ubertate. Monstruosum est tempo-
 rium, neque φορὰ significat ubertatē, sed ἡ καὶ ὄν
 ἔφείρειν.

497 Τῆς ἡ τερρλίθου. Aliud caput. ἢ μὲν ἐν τοῖς ἐρυθρῶν
 φέρει καρπῶν. Theodorus, ruffum, sicuti supra de
 flore Mespili. At ἐρυθρὸν est rubrū. Is color Rosa,
 & sanguini. Ruffus Boui. Fuluus atrior, vt Leoni.
 Flauus remissior ruffo, qualis succino. Giluus ruffo
 dilutior, flauo plenior: equorum est infra spadice-
 m. Itaque Plinius rectissime, alteri fructus ru-
 ber. Neque illud recte: ἢ ἡ χλωρὸν ἐνέγκασκεν ταῦτα
 ἰμπεραίνει. Alia, inquit, viridem editū, ruffum post
 modum tingit: immo viridem rubore tingit. Non
 enim ruffum permaneret, si ruffum tingeret.

498 Καὶ τὸ ἐξ ἀκρῆς ἀειτῆρον. Theodorus, quodque
 parte postrema acuminet. Non: sed vt supra de
 Sorbi foliis imparibus. ἢ ἀκρῆς ἐν ἀειτῆρον, ὡς ἐπὶ τῶν
 ἰδιῶν ἀειτῆρον. In summo pediculo vnum, prater ca-
 tera. Ideo addit, impar exit: sed verbum, acumi-

10 707

L 5

net, est sanè περὶ τὸν.

499 Καὶ λιπαρὸν ἅμα ἅπαν τῷ καρπῷ. Theodorus; pinguiā cum vniuerso fructu. At τὸ ἅπαν de folio dixit Theophrastus: ad fructum vertit Theodorus. & ἐκρυάδην, melius hic appellasset nucamenta, quàm suprā κύτωνα.

500 Ὁ ὃ πύξος. Aliud caput. Hic negat Buxum valde crescere. suprā tamen videtur dixisse contrarium. Hābeas locorum rationem. vidimus enim nos grandissimas.

501 Τὰ κύτωνα. Theodorus, Cytora talis est. Virgilius, vndantem Cytorum buxo. ita habes tria genera. Et specta orationem Theophrasti. καὶ τὰ κύτωνα τῶντον. scilicet locum habent. Aduerte etiam mutationem sexus in ipsa arbore. μεγάλοι. & ἡ πλείστη.

502 Ἐν κορήνῃ. Ergo locorum frigidorum ratione non est praestantior. Cyrenaica enim cum calida, tum feruida. Theodorus omisit, πλείθι ὃ πολὺ.

503 Κράταγος. Aliud caput. Obserua loquutionem. κράταγος δὲ εἰσὶν οἱ δὲ κραταγόνια καλεῖσθαι. ἔχοντες. Quid is? Cūm autem Mespilo similem agnoscat, ei hanc historiam adiungere debuit, tanquam analogum. Theodo. omisit illa verba, ἡ βίον ἢ κόψιμος.

EXCAP. XVI.

504 **Δ**ρο μὲν τὰ ἑαυτῆς, δὲ οὐδὲ ἄλλης. Declarat qui sint fructus alieni. Viscum, & ἰφίαιρ. Caterum glans quoque roboraceo item generi communis est. Quod si dicas, propriam esse talem ilicis: idem de Viscō asseuerabo. neque enim idem. Viscum specie, quod ē Quercu, & Pyro, & Malo prodit. Sicne id quidem, quod ab Illice.

505 OI

305 Οἱ ἃ ἀρκάδιαν. Hoc caput cum superiore unum esto. Similis enim natura. Smilacis folia βαθέτερα, quàm Ilicis, cùm docet Theophrastus, Theodorus verit, profundiora. Nemo quid id rei sit, intelligat: sed est ut, πώγων βαθύς, etiam hoc supra quoque:

306 Ἦν ἃ καλέσιν ἀρκάδες φελλόδρυμ. Melius fecisset, si glandiferas omnes simul disposuisset: ac tum postea analogas digessisset. Nota verbū φλοισθέντες, ut sit φλοίζεν tollere corticem. Latini dicunt decorticare. significat priuationē. Græcus corticare. Hoc significat habitum, quasi corticem faciat, qui aufert à toto. Sic Galli facere barbam, cùm radunt. Porphyrius, ξυλίζεν, lignari etiam latini. Vnde apud Homerum ἀξυλον ὕλην, quæ non est cæsa.

307 Ἐλαχίσταις ἃ βάλανος ἴκον. Theodorus, maiorē, quàm Quercus. longè alia lectio est. Itē illa omisit.

Πικυτέρον μὲν ἢ φρίνη, πικρότερον ἃ ἢ δρυός.

308 Ἄκυλον. Plinius rectè obseruauit apud Homerum distingui hanc à glande. πικρὸν δὲ ἄκυλον, βάλανον τὴν ἴκαλε. Hic hoc habes amplius. ἄκυλον, cōmune nomen fructui, tam Ilicis, quàm Quercus. βάλανος autem Quercus tantum. Sic enim scribit, ἢ μὲν ἢ φρίνη, ἢ τῆς ταύτης καρπὸν, ἄκυλον. Id quod à diligentioribus nondum erat obseruatum:

309 Ἦν ἃ κόμαρος. Aliud caput. Triã genera agnoscit, κόμαρον, cuius fructum μεμαίκελον vocat. Alterum, ἀδράχην. Tertium, κόγγυγιαν. μεμαίκελον, primum Theodorus est interpretatus, nimis cōmuni appellatione. Vnedo est. Optimè verò descripsit folium. Etenim à Lauro ad Ilicem si transeas, Arbutū

inque

inucnias, & suber. Qui Arbuto mali cotonei. as-
gnant folia, non norunt alterutrum. *ἄπο μιᾶς κρεμάσρας.* Theodorus, Singulari ap-
pendice. *κρεμάσρα*, est pediculus hīc, alibi funicu-
lus. Appendix est, vt *ὑπινόμις* Platonis, & *κορ-
νίς*, & omnino idem quod auctarium. vulgatius
suprapondium, quod appenditur præter id quod
pendi debet.

511 *Ἡ πρόσφυσις τετράπηλις.* Theodo. retinaculum
perforatur. At nō est retinaculum, id est, pediculus,
sive *κρεμάσρα*, quod perforatur, sed id, quod subit
flori. Quod, cadente flore, subnascitur in eius lo-
cum, & vox monet, *πρόσφυόμενον.*

512 *Ἡ κάρνεος δαικός.* Ex Suida & Athenæo La-
conica festa hoc nomine scimus. aliud præterea ni-
hil. Hermolaus omisit. *δαρκός* aliquid esset, vt ac-
ciperetur pro annulo Lancearum, sed nihil id

513 *Πειρήγημον.* Ab Hermolao animaduersum
est, Plinio fuisse, *πείρηγημον.* & hoc supra.

514 *Καὶ ἡ κοκκιμηλιάς.* Mendosa lectio. Nulli prun-
no soluitur in pappum pomum. Nulla prunus simili-
lis vnedini. *κοκκιμηλιάς* legit Ruellius, acutissimè
Plinius agnouit Coggygia.

515 *Ταῦτα μὲν εἰν κοινότερα πλείοσι.* Adeo præsert
alterius initium capitis: vt pro integra libri parte
diuersa deceat haberi. Quippe hinc incipit earum
historiam arborum, quæ certis locis sunt peculia-
res. Et dixit, *χώραις*, pro spatio latiore. *τόποις*, pro
parte *χώραις*. Sic geographia, chorographia, topo-
graphia: vsus talis est, vt locus sit proprius cuius-
que rei propinquus ambitus. Exorsus est à Su-
bere.

here, quod ascripsit pro peculiari Pyrenæis. Sanè à montibus ipsis habemus nos eas arbores distâtes circiter centum quadraginta millibus passuum. Italia quoque fertillissima est. Is primus error: alter, cum fraxini attribuit folia.

§16 Καρπὸν δὲ αἰεὶ φέροι βαλανοφόρον. Theodorus, fructum assidue fert glandosum. Neuter satisfacit. Quid enim est αἰεὶ? Nam τὰ αἰεὶ φύλλα sunt, quibus folia non cadunt. Ergo τὰ αἰεὶ καρπία, quibus fructus nunquam cadit. Præterea quid est, aut βαλανοφόρον, aut glandosum? Sanè glans nulla, glandosa est: at fructus suberis glans rarisissima.

E X C A P. X V I I.

§17 Ἡ δὲ αἰεὶ πῶ ἰδῶ, ἢν καλῶσι κολύταν. Caput hoc, qui cum superiore fecerunt, ut esset unum, nominis vicinitate adducti sunt.

§18 Ἀπὸ μείσης. Theodorus florida interpretatione usus est: & addidit, callum. Et legit rectè, φλαίων δὲ εἰ λείον. non autem λείον.

§19 Ἰδα δὲ ἐπίχεται. Theodorus, radices vibratas, ambitiosè. In Codice Ruellij, fibratas.

§20 Ἰδα δὲ τὰς αἰεὶ πῶ ἰδῶ. Et hoc adiungas superioribus locorum ratione. Ida enim sunt peculiâres. Festium verò. Nam quomodo Ida fuerit propria Laurus ea, quæ Alexandrina nominatur? Nota κεντρομυρρίνη. & quæ relata sunt in nostros Commentarios.

§21 Ἡ δὲ σικκῆ. Profectò vanos mortales. Nihil ficus obtinet, non eolorem, non folium, non fructum. Floret hæc, non floret ficus: postremo lignum dissimile tum constitutione, tum natura.

οὐκ ἔστι

§22 Φαλάρας,

522 Φαλαίρας, calues. Quemadmodum nobis multi colles, & montes noti sunt hoc nomine. Legit Theodorus, πηχναίει, non, φυλιωαίει, & omisit, μαλακόν.

523 Έχει ἢ καὶ τ' ἄλλα. Materia diuersa hac. aliud igitur caput. Quae cuique loco natura conueniret, docuit supra. Nunc differentias tractat à speciebus adeò inconditè: quod & hic monere decuit: vagatur. Minoris tamen materiae argumentum est, ut fruticum, atque eiusmodi.

524 Ράμνου. Mirificum illud. Inturim, & alia ex Dioscoride latinae. Isit saepe. multa fingit. Nunc spinam cerualem ponere noluit. At, ἴσον, æquum, vertit. Et ροῦν, fluidam interpretatur. Cæterum ροῦς, nomen est Syrum, sicut & infra.

525 Ὅτι παλιούρας ἔχει διαφορὰς. At eas quare non ponit? Paliurum esse ignoratum à recentioribus docuimus in commentariis.

526 Ἐστὶ ἢ βάρη πλεία γένη. Non absinderem hanc partem à superiore, digerit enim ea quae proposuit in materia vniuersali.

527 Τὸ σχήματι ἢ ὁ λοχερὶς ὁ σύγλας ἔχον, ὡσπερ ὁ βότρυς. Theodorus omisit hac omnia. ὁ σύγλας Suidas interpretatur τῆς λαμπηδόνος. διατρίμενης, lege διηθμημένης. deest etiam ibi aliquid. τὸ ἢ ξύλον ἐπιερώνιου. Theodorus legit, καὶ ἔχει.

528 Τῆ σαφυλῆ. Lambrulca, interpretatur Theodorus. Fortasse non bene. Puto non habet Pliniū quæ sequatur. Hermolaus prudentius, vna. Idem Hermolaus, si non est mēdum, conficiunt, non inficiūt.

529 Πολυειδής ἢ καὶ ὁ κιστός. Pudet me Ederam cum paliuro

paliuro cōmiscere. Aliud fecissem caput, nisi plus posset autoritas sine ratione apud vulgum, quam ratio sine autoritate apud sapientes. Et ipse, & Dioscorides, & alij ludunt operam, cum partiuntur Ederam in terrestrem, & sublimem. Si hanc intelligunt, quam pro terrestri accipimus nos. Eī enim cum Edera prorsus nihil.

§30 Ἄδρον, καὶ σπιεσπικόβαν. Theodorus, maiusculum, & velut in globum circumactū: etiam supra, ἄδρον, maiusculum. Omisit superlationem. conferatissimū, quasi in pilam. Lege τῶν λευκοκάρπων μόνον; non autem, μόνων, & γωνοειδῆ; non, γωνοειδῆ, & ἐρυθρότερα: non ἐυθυμότερα.

§31 τῶν κλημάτων. Theodorus, Internodiorum. at Internodia frumentaceorum, & arundinaceorum sunt. Sarmēta sunt, quorum metitur longitudo. Plinio se tuebitur.

§31 καὶ ἐτι τῶ ἀκαρπός ἐστι. Longè diuersa lectio in nostro Codice Græco, & apud Theodo. διαβίσιως, pro habitudine, siue affectione dixit, dispositionem, nihil veritus Ciceronianos.

§33 τόγη φύλλον καὶ ταύτης πολὺ διαφέρει πρὸς τὴν κίτταν. Intellige, ταύτης, non, ἴσως. Etenim cum Edera illam comparat. Igitur non dixisset, καὶ, tanquàm de re alia. Sed, δοκιτισμένης. etiam cum in Ederam transit, ab ea vulgari distat folio proprio.

§34 καὶ ὀπιπλεῖσιν προῖσα. Theodorus, Inque plurimum venit, pessima loquutio. Facere plurimum latinè dicitur. Hæc sic vertes: & maximos faciens progressus.

§35 ἔχ' ὡσπερ κατὰ κεκαυμένη. Theodorus, legit, κατὰ
κατὰ

κεκλιμένη. Sic & Plinius, mammas erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ. βλασῆς enim sic vocat. Ἄρ, ὠσπερ, quid est? Vox ea metaphoris additur duriusculis. In κεκλιμένη, non est vlla translatio. Vox vsitata, in re non difficili, sed propria. Samentorum, & ramorum, & βλασῶν maxime peculiare est flecti, & non flecti. Itaque post, ὠσπερ, addendum est aliquid, Ederas alias quibuscum hæc comparatur, significans.

§36 Σπέρμα χεῖν, scriptum est. Corrigunt σπέρμα χεῖν Semen fundere. χεῖν etiã pores legere. σπέρμαχον est, ἄρ, σπέρμαχον, & δασύχον, & supra πολυχύου.

§37 Αυτό καὶ αὐτὸ πρὸς δένδρον. Festiva loquutio: quia Quercus, aut alia quavis, est Ederæ arbore aut loco arboris: murus, at ipsa, cum crasset, sua sibi arbor est. Legit Theodorus, φίλι, & ζῆ. In nostro est ζυτεῖ.

§38 Ἐπαλλοκαλον. Excitavit vox hæc corrupta alios ad alias lectiones. Theodorus appellavit, amplexicaulem. Corrigunt, επαλλοκαλον, in alio agens stipitem. Tam bonam castigationem alia non bona supposita defraudarunt. επαλλοκαλον. Theodori interpretatio eo tendit potius, ἀμπέχουκαλον. Ancaulem, vt Ansanctum. In septimo exemplum habemus ad emendandum, ἀμειλλοκαλον. vt non solum in alio, sed etiam, circum aliud. Simili filo infra de Smilace, επαλλοκαρπον, leges.

§39 Ὀρθόκαυτον, ὁρθόκαυτον. Theodorus, præhorridus.

§40 Τὸ μὲν ἐπίπαν δέο. Igitur τὸ ἐπίπαν, non est semper, neque ad summum. Nam ἐν μείζωσι τρεῖς, ἐν μικροῖς ἓνα. Igitur malè Theodo. in vniuersum.

541 Παραθριγίλις. Sepiunt, Theodorus rectè. acuti-
 tius, stipant. θριγίλιος apud Homerum: θριγίλιμα,
 apud Plutarchum. Καὶ κατ' αἶρον ὁ μέγιστος βότρυς ἢ
 καυλόν. Repete verbum, θριγίλις Theodorus, pro-
 penderet. ἀκρόκαρπον. Natura cum rubo communis, &
 à vite separata. Non possumus latinè assequi, & Græ-
 cè mutila oratio est: quippe smilax est ἀκροκαρποφύ-
 ρος: & καρπὸς, est αἶρος. non autem ipsa, ἀκρόκαρπος.
 Illa vox dithyrambica. πλαταπαλύκαρπος. Theodo-
 rus legit, πλαγαπαλύκαρπος. Vtraque lectio potest
 admitti. ἡρινόν. Plinius legit, λειρινόν. In eiusdem li-
 bro ita scriptum circumfertur. Complexa acinis
 maioribus nucleos ternos. Vides numerum lon-
 gè diuersum, & loquutionem minus probandam,
 si à recentiore prodissset. Nam si nucleus idem est,
 quod acinus: quid complectitur seipsum? racemis
 maioribus scribendum fuit.

542 Τὸ δὲ ἐυώνυμον προσστυρωμένον δένδρον. Mani-
 festum caput separandum. Tum autem inter ea trans-
 ferendum, quæ narrant arbores certis locis pecu-
 liares, & sanè δένδρον est, vt eximatur ex hac histo-
 ria τῶν θάμνων.

543 Ὅτι δένδρον ὡσπερ φόνου. Theodorus, odore in-
 festus, velut cruorem inferens. Nescio qui odor in-
 ferat cruorem. Et loquutio minus sana, cruorem in-
 ferre, nisi sit in lances, & sacra. φόνος est ex genere
 aculeatarum. Vulgus herbariorum vocant sanguinem
 humanum. De eo suo loco. Incisa humorem
 sanguineum emittit, non sine odore satis efficaci.
 Si velis audere, veritas latinè Cædia, aut cruentia.

M

EX LIBRO QVARTO

CAPITE PRIMO.

544



ἴ μ' οὖν διαφοραὶ τῶν ὁμοίων. Confusam habemus, quemadmodum sæpe monui narrationem, & alienis pleraque locis item repetitam. Quippe suprà cum diceret, alibi melius alia provenire: nunc iterum aggreditur hoc, idque tanto post interuallo. Præterea in Epilogo præcedentis libri sic dicit: *ὅτι μὲν οὖν δένδρων, ἔθάρμων εἰρήλαι. ἐν ᾗ τοῖς ἐξῆς ὅτι λεπτόμενων λεύκων.* At enimvero τὰ λεπτόμενα sunt, τὰ πικρὰ, καὶ τὰ φρυγανώδη. non autem τὰ δένδρα. Hic autem disputat de pinu, & populo. τῶν ὁμοίων, de iis, quæ differunt specie sub eodem genere proximo. vel aliusmodi specie sub genere communiore. Quin etiam ὅτι τῶν μονοειδῶν, quæ nihil sub se nisi numero differentes habent.

545 *Εὐθενεῖς, sicut alibi, εὐθυνεῖ.* Utinã verò ne sic esset eloquutus. καὶ πρὸς τοῖς ἀγρίοις εἰσὶν ἐκάστοις οἰκεῖοι, καθάπερ τοῖς ἡμέροις. Loca, inquit, quædam propria, & debita sylvestribus, sicut & mitibus. Comparisonem è contrario factam decuit. Loca esse propria sylvestribus, penè vnum ex principiis scientiæ est. Nemo enim non cõfiteatur: quod spõte provenit, proprio loco provenire: adeò vt locus visus sit nonnullis autor totius generationis illius. Ad hunc igitur modum dicendum fuit. Mitibus arboribus certa ac debita loca sunt iudicio comparanda, quemadmodum agrestibus à natura constituuntur. Est enim natura artis regula. Relatio autem imitationis

rationis habet terminum id, quod prius est. Sicut in quinto Methaphysices declaratum est. Subueniendum tamen viro optimo de vniuersa philosophia merito. Ita eum posuisse, quia videbatur agrestium natura paucis indigere: & quia sine cultu oriuntur: non multi item facere locorum electiones. Præterea cum à notioribus processit: ac de mitibus verba fecit: non errauit nunc, minus nota nobis, eum illis comparando. Sic institit viam, quam Peripaterici vocant ἀπὸ τῆς ὕστερον.

546 *Εὐσκεπής*. Nota duas significationes contrarias eiusdem vocis; propterea quòd radices item contrariæ duæ sunt. *σκεπάζειν*, tegere. *υσκεπής* bene munitum tecto, atque opertum. *σκέπειν* & *σκέπειν*, contemplari. Inde *εὐσκεπής*, editum atque apertum hic, vt *εὐσκοπος* apud Poëtas.

547 *ὃ δ' ἐπὶ ὄλῳς ἥλιον ἐμβάλλειν φασίν*. Theodorus, quem nunquam solem attingere aiunt. Melius, *ἐμβάλλειν*, ingredi. & *ὄλῳς*, omisit. Attingit sanè locum sol: verum non admittitur propter arborum crebritatem.

548 *ὃ μὴν ὁμοίως γε πυκναί, ὃ δ' ὄραται*. Suprà dicebat, *πυκνὴν ὃ δ' ὄραται* in vmbrosis. Hic ait nasci. Facit enim comparationem cum iis, quæ proueniunt in vmbrosis. Notabis & id, in vmbrosis *καλλίς λυ* abietem. mox in vmbrosis eandem, *ὃ δ' ὄραται*. obseruabis, vt deleas contradictionem. Item id. supra dicebat: Arbores quæ raræ dispositæ sunt, sequi earum proportionem, que sole gauderent. igitur apricæ rariores: quare in vmbra infrequentem abietem considerabis: atque eius naturæ attribues pe-

180 LIBER QVARTVS

culiari. *συνδαίον*, Theodorus, magnificiēda. Operosum. *πολυτελῆ*, sumptuosa. Sic mulier dicitur à comicis nostris.

549 *Τανείαι, καὶ ἀέραςαι. κέρασαι* antennæ. Sic apud Poëtam habes *ἐπίμυον* allusionem, Cornua velatarum anténarum. *Γενίαι* tigna sunt à tractu. Sic tractus etiam terrarum. & *ταινείαι*.

550 *Τῶν ἡμέρων τὰ μὲν ὄρενά. τὰ δὲ πεδινὰ μάλλον.* Theodorus inuertit. nullus tamen error hic, sed ibi cum dicit, Inque montibus ipsis ad portionem. Nihil enim hoc significat: sed sic. Montanæ quoque partes pro situ proportionem habent. Græca enim hæc. *ἀναλογία δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς ὄρεσι.* Sensus: quæ verticem versus sunt, ad eius naturam propius accedunt: quæ in imo, ad campestem.

551 *Καὶ καλλίω φέροι. καὶ ἀπλῶς καλλίω.* Vt non solum ad alios situs comparata, verum etiam ad species ipsas, sint pulcherrima. Dura sanè loquutio, *ἀπλῶς καλλίω.* Simpliciter pulchriora. τὸ ἀπλῶς non tollit relationem. quod rarissimum est. Theodorus prudentissimè emolliuit arcessita, & explicata æquiuocatione. Vt priore loco significet pulchritudinem: altero, bonitatem. Quod autem sequitur, *καὶ πλείω*: ipse, robustiora.

552 *Μάλλον δὲ ἢς βάθος, καὶ πᾶχος.* Deest tale quid: *τὰ ἀραιά.* Theodorus præterit. At est aduersatiua oratio priori, sine vlla causâ posita. Idem vsus est peregrina loquutione. Remique ex his optimi sumuntur: immò verò fiunt, non sumuntur: at ipsæ sumuntur ad remos conficiendos.

553 *Σχεδὸν δὲ τὰς αὐτὰς ἔχει διαφοράς.* Theodorus omisit,

omiserit, *ευελίσις*. Et *ευνημένοις*, interpretatus est, afflatu permoris. Loca intelligimus sedes, & sola terrarum: at ea minime permouetur. Neque assequutus est, τὸ εὔ. Multum enim significat & multa: ut dicimus bene mane, bene magnum, sic hinc, bene afflatum. Item connotat etiam commodam perflationem, non perniciosam.

554 *Ὀζωδέστρα*. Ea quæ locis apricis, quàm quæ ventosis proueniunt. Haud ita penitus tanquam contraria, hæc distingui possunt. Quò enim sol adit, ab iis locis vix excluduntur venti, adeò ut secundo sole multi venti spirent. Est enim ventus, aër motus, mouet autem aërem sol.

E X C A P. II.

555 *ΕΝ αἰθέρῳ*. Aut hæc in superiores sedes ad Li-parenses arborē, & Ideas, atque alias transferto, aut illa huc. Theodor. addidit, quæ peregrinari omnino nequeunt, & peregrinā translatione, & sententiā minus certa.

556 *Ἰδίως*. Non solum, *ἴδιον*. Hoc enim est, τὸ ὅτι: sed etiam *ιδίως*: hoc est, τὸ πᾶσι. quia fructum cum stipite emittit.

557 *Ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων ἄλλα φύεται*. Theodorus addidit, Nullo diuersa mala loquutione.

558 *Πολύσπον*, Theodorus, Lactosa. Lactosa saltem scriptum esset. *τμηθέν*, lege: non, *μηθέν*.

559 *Ταριχεύειν*. Theodorus, condire: vox apud Salsamentarios nota. Item apud Herodotum in cadauerum condimentis. Hic etiam fusior significatio.

560 *Ἔοικε ᾧ ἀραπλησία*. Hoc caput cum superiore coniungunt haud temerè, ob similitudinem. Et quia

182 redit in Ægyptū mox: vt exequatur ea, quæ proposuit. συνάμινων, περιείαν, βάλανον, ἀκάνθον.

561 Πρὸς ὃν ὁ καρπός. Theodorus, cui fructus præpilatur. Nihil præpilatur, quod non sit acutum. hoc enim est Latine pilum.

562 Ἐσωθεν, pro ἐντός. Sic ἔσω, apud Aristotelem, & Platonem, contra tamen analogiam. ἔσω significat motum introrsum. ἔσωθεν alium præterea motum inde: quasi sit διαυλος.

563 Ὁ ὃν καρπὸς ἑλλοσος. Obseruato diligenter æquiuocationem. καρπὸν dicit ferre ab stipite. Intelligit igitur Siliquam. Dioscori. vt diximus, καρπὸν etiam ad significandum semen vsus est. Hoc modo esto καρπὸς ἑλλοσος, semen in Siliqua. At enim uerò Siliqua fructus est. Comeditur enim.

564 Καὶ ὁ ἕτερος φανερός ἐνθὺς κυάμινος. Theodorus, protinus alterum gigni patescit. Patescit, aliud sibi vult.

565 Κύες γάρ. Non erat locus particulæ illi, γάρ. non enim est ratio præcedentis historiæ. Theodorus autem illa verba, ὡς περ βότρυς ὁμοχύμων, dixit, vix modo indiscretus, atque vniformis. At sanè ὁμοχύμων non significat indiscretum: neque verum est, quod acinatim nascitur, esse indiscretum. Est autem vniformis per initia, antequam floreat, vbi creuit, floret: vbi defloruit, alia pars aliam quantitatem accipit. Item quædam curua, quædā directior. tamen si omnium in genere, figura eadem. oblonga, non teres, depressa, curua.

566 Ἐν αἰγύπτῳ δὲ ἔστιν ἕτερον. Alibi eorum explosimus erroré, qui eandem putarunt Perseam, & Persicum.

ficum. Persea pyro similis: Persicus amygdalo. Persea semperuirens, Persicus non. Persea *πᾶσαν ὄραν περπαίνε*: Persicus autumnno tantum. Persea pomum oblongum: Persico rotundum. Illi color viridis: huic aureus, aut flauus. Illi nucleus intus minor pruno, & mollior: huic maior, ac duritia penè inuicta. Illius materia valida: huius mollis, & nullius vsus. Illi nigra: huic vulgaris. Alias differentias digessimus in Commatariis. *ἰνείζον*, Theodorus, radice exuperat, malè. Nusquam enim verbum illud absolutum. Melius, si radice modos firmioris explices. Idem omisit, *κλινίδια*, Lecticulas, grabata.

§67 *βάλανος*, Hæc est *μυροβάλανος* antiquorū. *ἀπαθής, καὶ ἰμμέγεβες*. Theodorus, Illaesa, magnaque arbor. Arbor sincera, ac bene magna. *ἐν ἀφύες δέ*. Theodorus legit, *ἑρθεφύες*. rectè id, *αὐτὴ ἰσφύες*.

§68 *τὸ ἡ πεκκίφορον*. *Πιροπολύστα*, quæ dicebamus: nunc hoc interponit: comodus autem inter palmas translatum earum naturæ attribueretur. verum quia Ægypto est peculiaris, hîc posita est. Saltem cum aliis suprâ enumerasset: aut post *ἀπαθὲν* distulisset: Recentiores, qui alioqui etiam omnia profiterentur, de eo nihil: aded vt ex collectaneis multa videantur excepisse: Theophrasti pauca non omisisse.

§69 *Προσαυξήθην ἡ χίζεται, καὶ γίνεται αἶρον*. Miralouutio. Finditur, & fit cacumen. semper enim erat cacumen. Nescio an auderem scribere, *δύκρον*.

§70 *Πέρσαι ἐτίμων αὐτόν*. Persæ maiorem in modum eam præferebant. Addidit Theodorus, maiorem in

18. LIBER QVARTVS

modum, & absolutè posuit, præferebant. malè id: sed pedes lectorum. Debuit & non sed. Simplificissimè sic: Apud Persas ad lectorum vsum, quorù pedes ex ea conficerent, in precio fuit.

571 Η ᾗ ἀ. Correxere optimè, ἢ ᾗ ἀκανθος. Theodorus malè disiunxit. Eorum nanque caput est vltimum, quæ sunt proposita suprâ.

EX CAP. III.

572 Π Ρὸς τὰ ἐγκοίλια. Theodorus, ad costas, ventrisque compagine. Sic est apud Athenzû in Quinto.

573 Γίνεται ἐκ ταύτης, καὶ τὸ κόμμι. Theodorus, fit & gumma ex ea. Subtilius esset assequurus sic. Gignitur ex ea, etiam id, quod gummi vocant. Nam tamen lacryma concreta, gumma est: huius tamen lacryma peculiari nomine in multis medicorum libris sic appellatur: κόμμι. Plinius optimè quid sit, docet. Arabicum vocant vulgò, quia ex Alexandria Arabicæ merces conuehuntur. Lege, χρίσεως: non autem, χρέσεως. Festiua oratio. ὅταν δὲ κοπή, μὴ τρίτον ἔτος αὐθις ἀνεβλάσκει. Tempore indefinito, κοπή. tempus finitū, & certū, ἀνεβλάσκει. Quæres: trêsnè totos annos sileat, nec germinet, an interea germinet. Tertio autem anno reponat pristinam magnitudinem: veluti sylvæ nostræ cedua.

574 Καὶ ἢ περσία πλεσίη. Theodorus omisit, περσίη. Sicut suprâ & malè locutus est. Olea, inquit, eo loco emigrat. Verùm hoc monuimus alibi.

575 Διὰ τὸ σπένδιον ἀσὶ χεῖμα. Pone in Codice Theodori, sale: & deme sole. Oleum fieri ex oliua sale aspersa, iam peruulgatum est apud autores. Sed

Sed quid est, τῆ φύσει? Apud Ægyptios natura sua rarum esse vsum salis, an ob calorem, atque siccitatem? Nam ipsi sunt sicculosi: quare malunt olei rēdium, quàm salis incommodum.

576 Ἄλλο δὲ τι δένδρον ἢ κοικευμένηα. Cùm initium huius capituli ita inscribēdum curauimus: de Arboribus Ægyptiis, nō abscidimus hanc partem à superiore: tamen si non erat inter capita proposita. Verùm vbi dicebat, βάλανος, αἰκνθος, καὶ ἕτερ' ἄτρε: his postremis vocibus sanè comprehendatur. Aliquid contemplābere super Myrobalanis emblicis, aut eiusmodi, cum leges hæc. multa enim conueniunt. Corrige λείφυλλον: non, φύλλον.

577 Οἶδιμα ὃ ἰδιον. Theodorus, Naicitur peculiaris quædam materia. Legit igitur, ὕλημα, proba & vñitata voce.

578 Ὡσπερ ἀφαιλινόμημα. Theodorus, hebetata. Legit igitur ἀπαμβλυνόμημα. Verùm sensus durior: hebetari enim est aciem amittere. Lege ἀφαιλινόμημα, obficcata, obarefacta.

579 Narrat pro miraculo apud Memphim arborē fuisse: cuius ambitus trium hominum complexum expleuerit. In Rhetis, & Noricis, ad eum modum plurimas vidimus: maiores etiam aliquot.

580 Ἐπεὶ καὶ κούρρον πολὺν ἢ χώρα φέρει εὐσομον. Mirificum librarium, qui κούρρον εὐσομον agnouerit. Theodorus omisit: & legit, πολὺ: vt sic σίλφιον. Nescio an legam, κούρρον, vnde oleum, quod Cyprium vocat Dioscorides.

EX CAP. IIII.

581 ἔσσι ὃ λωτ. Cùm narrauit Lotum & Paliurita

ad earum historiam descendit, atque exit ab Ægypto. Ita vides discerptum propositum. Nam primū de arboribus iis agendum fuit, quæ regionibus omnibus communes sunt: deinde de propriis, tum de raris ac mirabilibus, & quæ Aristoteles appellat, *περιτρίβ.*

§82 Πρὸς πλεὺς κοιλίαν ἀγαθόν. Theodorus, atque etiā bonæ fragis. Sanè laxa interpretatio, & ambitiosa. ventriculo utilis. lege ἀπύρλωος: non auté *πύρλωος*, & lege *λωσφαγίας*. Theodorus omisit. αὐτὴ δ' ἀπόκείσται, & ἀπέχει μικρόν. Ea insula sita est haud longè à continenti.

§83 Ὁ δ' παλίερος. Malè interponit historiam Paliuri. Nanque Loti mox reperet narrationem.

§84 Ἡ δὲ ἔν τ' κάρπον. Theodorus addidit: per se. Idem, *πὸ σελέχει ἑυσαχες*: caudice firmo, vel fidei, ambitiosissimè.

§85 Τὸν δ' κάρπον μὲν τὸ κάρυον ἔχειν. Theodorus, Fructu nucæ obducto. Nux igitur nō erit totus fructus, sed putamen. Declarat deinde cuiusmodi sit ea nux: quippe coriacea. Talis quoque est castanea: quæ nihilominus in genere nucum numeratur.

§86 Ἐπικολλήματα. Theodorus, glutinamenta. Sanè nōdum intelligo, sed tessellas voluit significare, & alia eiusmodi. Lignum enim radicis rarius, admittit gluten. Plinius cū τὰ ἐγχειρίδια, quasi glossématique explicasset: Cultellis, inquit, capulos: τὰ ἑπικολλήματα, latius est interpretatus. Breuésque, inquit, alios vsus. Infrà apertius probabis sententiam nostram.

§87 Ἐν δ' τῇ μὴ ὑομίην. Nunc arborum genera repetit,

petit, quæ tametsi cōmunes sunt, diuersarum tamen regionum naturam patiuntur.

§88 Ἀπὸ προχνηλας. Theodorus, per vertiginē. Machinis iumentorum aut hominū opera circumactis. Καὶ θάμνον πολύ. Theodorus legit, θύμνον, & conuenit.

§89 ὄνον ἐσθίει ἄ. Sic lege: Est ὄνος, quem etiā medici, ὀνίσκον, Italia Porcellētā vocat. Mirū in locis aridis inueniri. Nam apud nos fermē sub hydriis, carinato dorso, & multipes est. Non tam συσπειρόμυθος, vt scriptum est, quāμ συσφαιρόμυθος, id est, conglobans sese. Serpentes atque alia oblonga in spiras se colligunt: at ille Ascellus, sicut & Erinaceus, in pilam.

§90 Καὶ ἐστὶ ἄλλο φέεται ἐν ἀνύδρσις. Theodorus legit, ἐνύδρσις. minus aptè. Reddit enim rationē, quæ arborea vdis assuetæ locis, etiam in aridis prouenire queant. Quippe si ἐνύδρα sint: haud quaquam opus habeant τρέφεισθαι ἐν τῷ κινόντι ἀπὸ τῆ γῆς. καὶ πρὸς τὰς τρεῖς, διὰ τῆ δρόσου.

§91 Ὡς κ' ἐστὶ τὰ μεγέθη. Theodorus huic parti mutilè, atque obscurè multam asserre lucem conatus est. Sic leges, ὡς κ' ἐστὶ μεγέθη, & δένδρα μὲν ἔστω πλείεστα. Quæ sequuntur maiore cura corrigenda curabamus, quāμ fecisset Harpalus, vt aleret Ederam in Asia. Verūm equidem atque ille, operā lusi. Ad hūc modum meditabar. Διὸ καὶ ὁ ἀλέξανδρος ἐξ Ἰνδίας ποτὲ ἀπιὼν ἐς ἐφαινωμένον λέγεται, καὶ αὐτὸς, καὶ ἡ στρατεία. εἴτε μὴ εἴη. scilicet λέγεται post Merum montem, neque in cæteris Asiæ partibus, præterquāμ in Media. Idcirco dicas, τῶν ἄλλων ἐν μεθίστα μόνον. Propterea

pterea quod ad Pontum pertinet: cui Edera sit familiaris. At Plinius id quoque negat. Ait enim in Media Harpalum ferendæ Ederæ studium frustra posuisse. Plutarchus pessimè assignat causam in symposiis: quia calida planta sit, calida loca aspernari. Hoc melius nos ex Aristotele. quædam enim in similibus, quædam in dissimilibus proueniunt. Illæ, quod conueniant: hæ, quod resistent. verum is non est locus. Verbum *δριφιλοτιμίθη* Theophrasti expressit Plutarchus simili, *φιλονοκούντες*. Leges, *ἴτο μὲν εἰ δέχεται χώρα*, negatiuè. Et nota, *ἀναγκαίως*, pro eo, quod est, coacta.

592 *τὰ μὲν γὰρ ἀφῆρη*. Leges, *ἀφῆρηται*, ex Athenæo. Cōtra apud Athenæum *ἐκπέφτες*, non autē *ἐκπίπῃ*. Item hîc ita leges ex eodem: *φύλλον μὲν ὁμοιον, καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ δάφνης, ἢ ἀδράχνης, ἢ καρύας*. Et mox, *ἐπειδὴν τύχη πεπωκώς τις θανάσιμον φάρμακον*. *διθεν γὰρ ἐν οἴνω διακόπῃσι πρὸς κοιλίαν: καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον*. &c. Quam lectionem etiam agnouisse videtur Poëta. Laurus erat. Hoc enim decerat, *δάφνης*. Et, Membris agit atra venena. Vnum litigant: Sit ne Citrium, an Arancium, quia dicit, Arbor ingens. Sanè meminerint Arancij folia non esse Laurina, sed longè diuersa. Sunt enim duplicia, siue potius geminata. Quod autem Theophrastus ait, *τὸ δ' ἀνθῶν ὄστρον, ὡς περ ἐμπομῆς*, id fecit in primo libro.

EXCAP. V.

593 **E**πὶ δύο στάδια. Theodorus, bino stadio. mala latinitate.

594 *Ἐξήκοντα βηματίων*. Multa significat *βῆμα*. sella, subsellium,

subsellium, pulpitum, suggestum: hic suo vetere significato gradum. Sic transtulit Theodorus: Plinius, passum. *θηματιστής*, aliud est.

595 *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δένδρον.* Continuanda historia est, quoad exeat ab Indis. Ait eo vesci sapientes. Theodorus addidit: qui nudi degunt. Neque Plinius hoc agnoscit, & expedit arboris nomina, ac fructus, Palam, atque Arienā. Videtur igitur Theodorus legisse: *οἱ μὴ ἀμπεχόμενοι*. In nostro Codice scriptum est, *καὶ ἀμπεχόμενοι*. Non possunt vesci & abstinere. Videbis Herodotum in Thalia.

596 *Ἴδιον δὲ καὶ ἡ ἑβένου.* Nota genus. *ἑβένου* dicunt alij. & obserua, *ἴδιον*, vnde ausus est Poëta dicere: Solum Indiam nigrum ferre Ebenum. De hoc alibi. Herodorus in eodem.

597 *Τὴν δὲ γῆραν ἐθισσουργομένῳ λαμβάνει.* Theodorus, colorem cōmendatum non re condita, sed statim sua natura capescit. Quid est? re condita. vides nihilo diligentio rem historiam. Lignum nouimus: arboris faciem non.

598 *Τῆς πλὴν μὲν φέρειν ἔνια, πλὴν δὲ μὴ φέρειν.* Theodorus, Quod quædam omnia ferat. verum *ἔνια*, non significat omnia. Sic *καὶ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα*. Nucum, inquit, prunorumque vniuersum possidet genus. fortasse minus vere exaggerauit.

599 *ἐν δὲ τῇ ἀρία χώρᾳ.* Diuidit ab India. At India regio est. Quæ sit Illyria lacryma nondum didici. Plinius in hac historia scriptum aliter reliquit, nisi sit mendosus Codex. Spina, inquit, lacrymarum preciosa: myrrhæ similis Sic & illa. *μέγεθος μὲν ἡλικὸν ῥαφανός*. Plinius aliter. Frutex pestilens raphani folio,

folio, Lauri odore. Hermolaus vt concinner, interpungit sic: Frutex pestilens raphani, folio lauri, odore inuitans. Nam mox dicit: Item Laurino folio. Magna vis referendi in illa coniunctione, item, verum mutila oratio. Frutex pestilens raphani. & cum ait, Cæcitatem infert omnibus animalibus, auxit loquutionē Theophrasti: qui dicit, τὰ ἄλλα. Et leges ὕλημα, non ὕλη, frutex, inquit Plinius.

600 Σκυτάλια. Theodorus, regulas. Habes σκυτάλιον ληκωνικόν furculum. Plinius lib. 17. Scutulam aliter: sicut scutulata vestis. Et in pauimentis apud Paladium. Superioris rationis scutula serpens. Et in tercio de bello ciuili, quod vereres phalas.

601 Ἄλλο ὃ ὕλημα. Sic lege, vt supra.

602 Εφ' ἣ συνασπειραμένους ὄφεις. Theodorus, serpentes cōnatos. Legit igitur συμφομένους, malo συνασπειραμένους, in orbem collectos: vt supra de asellis. Plinius ab Onesicrito videtur huiusmodi historias descripsisse, nō à Theophrasto: sed & Theophrastum puro ab eodem. Plinius etiam odorem agnoscit herbæ, sed præcipuum. Est locus sub alpibus Reticis, in agro Brixienti, cui nomen Cortinæ, rarò moueas lapidem, quin reperias minutos angues subrus, palmi longitudine, cristatos, varios colore luteo, ac caruleo: neque aliò commigrant.

E X C A P. V I.

603 Περαιτότερα. Nunc de odoratis, tam Arabiæ, quàm Indiæ. Sed transit ad alias quoque regiones: & sanè loca examinat à calore, & frigore. Περαιτότερα. Theodorus, maximè superfluunt. Non immò

immò è contrario, rara sunt. At rarum non superfluit: alibi monuimus, *ἄριστον* impar significat. Impar est extra diuisionem: ita quæ rara, extra naturam ordinariam.

604 *Ἰσχυρὸν*. Theodorus aliud habuit, *Lasfer*. Et sequitur, *ἐκκιννάμωμον*. Si succus educi potest è cinnamomo, rem perquam diuinam esse oportet. Theodorus simpliciter legit, *κιννάμωμον*.

605 *τῶν δὲ ἐυωδῶν ὕδην ἐν ταύταις*. Si intelligit ea tantum odorata, quæ Aromata appellantur: malè facit. Multa nanque odoratiora sunt apud nos, quàm piper, aut zinziber. Præterea non potest: eximit enim Iridè. Sanè inter aromata Athenæus quoque Iridem cõnumerat. Verùm Nardus Celtica est, quàm Iris, odoratior. Omitto Getyá nigrá, Inulam, Valerianam, Caryophyllatam. At Calamus aromaticus, vulgò ita dictus in Scythis nascitur gelidissimis locis. Nam quod attribuit Cupressum calidis: nesciebat in agro Burdegalensi ad Septentrionem Cupresserum esse: in Narbonensi ad austrum nõ esse.

606 *Κέδρον ἢ καὶ τὰ θράκια ὄρη, καὶ τὰ φρύγια*. Theodorus hæc omnia omisit. Cæterum Cedrus multa, & optima in Syria. Item quod ait Myrtum in frigidis non durare: nõ audierat inter Aremoricos eos, qui nunc Britones nominantur, multam esse Myrtum, multum esse gelu. Falluntur autè, quemadmodum alibi dicebamus, isti, qui omnia ab elementorũ qualitatibus metiuntur. Itaq; mox pinum, & Piceã in Ponto negat esse propter frigora: at sunt in Aruernis locis gelidissimis.

607 *Ἡ δὲ ἴδη τὰ μὲν ἔχει τῶν, τὰ δὲ ἀνάμια*. Theodorus, At Ida quibusdam

busdam earum caret: quibusdam perraras habet. Multa eget interpolatione hæc loquutio, nisi corrigas facilius: qualdam perraras.

608 *ἰυβαϊκὰ πολλα*. Peculiaris arbor, vnde & cognomen, hunc locum excussimus in primo libro.

EX CAP. VII.

609 **E***N* *μὴ γὰρ τῆς ἀδρια*. Distinguit Adriam ab Italia. id quod tunc fieri decuit, vt intelligat Adriam, Galliam cis Alpes. Romæ Platanus est, & in Sicilia etiam nunc, quam vidimus.

610 *Φιλοτιμηθεῖς*. Sic etiam supra de Harpalo. *διφιλοτιμήθη. ἐστὲ δὲ δύνανται λαβεῖν μέγεθος*. Theodorus, nec vllam magnitudinem capere possunt. Licuit Theophrasto: at non potuit Theodoro. Quid enim est, nullam capere magnitudinē? Nullum incrementum dicere debuit: aut nullam insignem magnitudinem.

611 *καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ φύεται ὑλήματα ἕνια, ἐντε τῇ ἕξω. καὶ τῇ περὶ ἡμᾶς, καὶ δένδρα*. Theodorus, aliter legit: neque enim arbores, vt hic, attribuit nostro mari, sed oceano. Sic igitur agnouit. *καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ φύεται ὑλήματα ἕνια τῇ περὶ ἡμᾶς: ἐν δὲ τῇ ἕξω καὶ δένδρα*. Nam mox, *μικρὰ ἢ πάντα περὶ ἡμᾶς*. vt nequeant esse arbores, sed ὑλήματα. vbi lege *θαλάττης*, non autem *ἐλάτης*. Pusilla enim quæ sint, haud extant. Incipias autem caput nouum ibi. *μεγίστη ἢ διαφορὰ*. Inscriptio, Naturæ plantarum secundum terram, & aquam.

612 *ἐν ἐκείνῃ ἢ καὶ τὰ βιαῦτα, καὶ τὰ ὑπερίχοντα, καὶ ἕτερα δὲ μείζω δένδρα*. Theodorus, at in illo & hæc eadem excedunt: & alia de arboribus maiora longè assurgunt.

assurgunt. Cōfudit ἢ τὰ τελευτα, cum ἢ ὑπερέχοντα.
& iniucunda loquutio, item ambigua, quasi qua-
dam assurgant de arboribus, vt viscum. Simplicis-
simè sic. At in illo & hæc talia, & quæ etiam extet-
tum autem alia quæ arboris æquent magnitudinē.
Plinius, arborēsque minores in nostro.

613 Τὰ μὲν οὖν καὶ ἡμῶς. Locus valdè corruptus. Vi-
detur hoc velle. Apud nos aquatica planta sunt
minores, in Oceani partibus quibusdam etiam ar-
bores: iccirco quæ apud nos sunt, sunt manifestis-
sima, & maximè communia: quæ in aliis sunt, pro-
pria. Sic igitur scribes. τὰ μὲν οὖν καὶ ἡμῶς, ἔστι τὰ δὲ
φανεράτα, ἢ κοινότερα. ἐπειτα ἢ ἰδιαιτέρα. ἢ τὰς τοιαύτας
ἰδίαν &c. Theodorus cum non posset sese expe-
dire, contraxit orationem ab imo: ac statim ab alga
inæpiti.

614 Omisit Theodorus τὸ τελευτα, & tamen ne-
cessariam vocem. Porri nāque folium habet: etiam,
si cinguli meretur nomen, conuenit.

615 Πίζαν διαρείαν, Theodorus hirtam. Plinius præ-
terit negligentius. ἀνώγει ἢ λεπύρια. Theodorus le-
git, ἔσωθει. Squammatam idem transfert. Nos lu-
minosam: quippè ad cepearum modum: quibus scam-
ma nulla. Si squamma ἔτομον intellexisset, neutri-
quam cum lamina confudisset. Minimè præter-
mitti decet, quod Plinius ausus est. Non habet,
inquit, alia lingua nomē, quod Græci vocant Phy-
cos: quoniam alga herbarum vocabulum magis in-
telligitur. Qui nō animaduerteteret apud ipsos quo-
que Græcos φῶκος illud, quod metuit algæ nomi-
nè attingere, esse nomen herbæ. Quippe sic ait,

N

εἰς ἔχον καυλόν. Non est igitur semper frutex.
 616 Τὸ δὲ περιόφυλλον, ὡς περ τὸ μάραθρον, ἢ ποαίδες,
 εἰς ἔξωρρον, εἰς ἔχον καυλόν. ἀλλ' ὀρθόν πως ἐν αὐτῷ.
 φύεται δὲ ἢ τὸ ὑπὲρ τῶν ὄσπρων, καὶ ὑπὲρ τῶν λίθων. ἔχ' ἢ
 ὡς περ θάτερον πρὸς τῆ γῆ. πρόσγεια δὲ ἀμφω, καὶ τὸ μὲν
 περιόφυλλον πρὸς αὐτῆ γῆ. πολλὰ μὲν δὲ ὡς περ ὑπεκλύζουσαι
 μόνον ὑπὸ τῶν θαλάττης. θάτερον δ' ἀνωτέρω. Theodorus
 multum huius historiae omisit. Alterum, inquit, fo-
 lio crinito terræ ipsi adhærens: sæpeque à mari
 tantum alluitur. Alterum altius degit. Quæ de-
 sunt, sunt hæc. Aliud genus folio capillaceo, ut fœ-
 niculum, neque viride, neque pallidum, sine caule,
 & tamen in seipso surrectum. Oritur super testis,
 & saxi: nõ quemadmodum alterum è terra. Vtrun-
 que genus prope oras terrarum nascitur, ac ipsum
 quidem capillaceum hæret terræ. Sæpè etiam à mari
 alluitur tantum. Illud autem profundiore mari pro-
 uenit. Ita agnoscis nõ esse pelagia. Et cum oras ter-
 rarum ament, alterum tantum è terra prodit: alterum
 est in saxi, & ostreorum testis. Et illius natura
 tamen si maritima est, tamen à mari non operitur,
 sed tantummodo alluitur: idque sæpè. alterum non
 solum alluitur, sed etiam tegitur: id est, ἀνωτέρω.
 Theodorus, altius degit: non queo intelligere. De-
 clarat ἀνωτέρω quia etiam in Oceano ita habemus
 & historiam, & historiae explicationem, tum
 per communem naturam, tum per proprias diffe-
 rentias. Scribes aspiratè, ἐν αὐτῷ.

617 καὶ τὸ πλατὺς μύζον, ὡς παλαμισιαῖον. Theodorus,
 latitudine amplius, quàm vt manu apprehendi
 possit: latitudine ampliore, quàm vt palmo æquari
 possit.

possit. Neque vox illa, manu, dat intelligere τὸ πα-
λαῖον, pro mensura.

618 Κατὰ τὴν χειμῶνα ἀπόλλυθαι, ἢ ἐκπίπτειν. Mira
vox, ἐκπίπτειν, de herba qua fit in profundo ma-
ris, cadere. intellige ab radice. Non mirum herbas
aquaticas hyeme ledi. additur enim gelu frigori.
Sed mirum in lacus nostri Benaci fundo imo her-
bas per æstum marcescere: cum tamen & illæ sub
aqua sint: & ipsa aqua eo in loco frigida. ἀπαντὰ ἢ
ἢ ἄλλα τὰ φύσιν χειμῶνα, ἢ ἀμαυρότερα γίνεσθαι τὴν χει-
μῶνος. Quin sunt flores quidam hyemales. Hyeme
prodit Mandragora. Elleborum quoque nigrum
iæuiente etiam hyeme adeò nitidum mirati sumus,
vt ne à verna quidem vlla herba superetur.

619 Οἶον πρίσγεια. Theodorus, ceu tertena, malè.
τὸ ἐγλεῖον terrenum est. at τὸ τριχόφυλλον φῶκος non
est terrenum, non est ἐγλεῖον, sed ἐνλίθειον. vt ita di-
cam: & tamen est πρίσγειον.

620 Ὅ οἱ πογγεῖς ἀνακολληθεῖσι. Est igitur hic hoc
verbum transitium, cuius vsus absolutus est apud
alios. Theodorus non expressit illis verbis, Spon-
giarij deferunt. Melius vrinando eximunt.

621 Πολὺ κάλλιον ἢ πορφύρας. Nota, ἢ χεῖρα κάλλιον,
pro eo quod alius dixisset, καλλίωσ. Theodorus,
color longè purpuram præstat. Immo est, quàm
purpura, præstantior. Mirum vero purpuræ genus
alga nutritum minoris aestimari: si ex algæfucco fit
color commendatissimus. Sane si hoc genere algæ
alatur illa purpura.

622 Ἄλλο ἢ βότρυον. Lege, βρύον. τὴν χυσιωδέσπερον,
Theodorus legit, βυτιωδέσπερον. Quoniam fit σπι-
νθίον.

ασημένον. Contractum in rugas.

623 Ἐπὶ τῶν ὀστράκων. Theodorus, super fictilibus. Fortasse super testis ostreacis.

624 Ἡ ὃ δρῶς. Expleuit plantas minores marinas. Nunc ad maiores transit. Itaque commodè potes hinc partiri caput.

625 καὶ αὐτῆς καὶ τῶν ἀκρεμόνων. Theodorus omisit, Ramorum.

626 Μειράς ἐστὶ καὶ εὐθείας. Theodorus legit, μακράς: quia subdit, βραχυλήρας. πυργωνιαῖον. Legunt, πυργωνιαῖον.

627 Καὶ κάτω ὃ πρὸς αὐτῆ τῶν καυλῶν περιπεφυκότων τινῶν ὄλων, ἐν τισί τοις διεδυκότοις οἱ ὀίννοι, καὶ ἄλλα ἄλλα, καὶ τὸ ὅμοιο πολύποδι. Theodorus, subter, alia quædam cauli ipsi adhærent: ad quædam tota obesa ingrediuntur millepedæ: & aliæ quædam generis eiusdem bestiola: quodque polypi speciem gerit. Ego sic lego, καὶ τινῶν ἄλλων. In quorū testis hospitantur ὀίννοι. aselli multipedes. Theodorus aliter legit, quàm περιπεφυκότων.

628 Βάλανος χρησίμη. Theodorus, glans commoda, utilis potius. Multa sunt commoda, & inutilia, ut sedere saturum patrem familias, cuius vxor, aut villicus nihili sit. Nesciebat ille illam latinitatem, iucundum, gratum, cōmodum, utile, necessarium, frugitæque sære, & hîc, & alibi confundit, ut variet.

629 Σαινθῆς καὶ κολυμβητάς. Theodorus, homines nantes, atque se summergentes. Sanè σκινθίζειν significat, crura mouere, & calcitrare. Natantes, & vinatores.

630 Πλὴν ὀρθαί, καὶ ἄλλ' ὡσπερ ἐκείνη καὶ περιπεφυκότων.

Dele

Dele καί.

631 Η γ' ἀπογίνε, καὶ αἱ πλύσαι καλέμεναι. Theodorus, Spongiae nanque quæ Physia vocantur. Non, sed sic. Spongia nanque, & quæ Physia. Spongia species physia est, ex Aristotele.

632 Ἀπολιθεύματα ταύτα. Non nominauit: sed ταύτα, significat vulgata, vt corallus, de qua nihil. Sed Thuma lapidescere dixit. Fortasse est muscus ille, qui super corallo. Præterea si non est: error esto illius, qui non descripsit: non noster, qui non descripta, ne agnoscere quidem dignamur. Videntur enim posuisse operam, vt somniemus.

EX CAP. VIII.

633 Τῆς δὲ ἐρυθρᾶς. Abscinde caput nouum, tanquam Erythreum sinum à toto Oceano. Etiam pessimè consuluit nobis, qui Rubrum mare nauigauit: neque de his scripsit quicquam. Lege τὸ ἐπ' αὐτῷ κόπτε: non, κόπτε.

634 Ἀπολιθοῦνται ἐπὶ ἡλίου. Solis vi lapidescunt.

635 Διάπυρα γενόμενα. Theodorus, vt ferrum exardescere. Ferrum potius ignescit, quàm ardet.

καθίσταται. Theodorus, Tranquillari, restitui, destitui ab igne, deponere ignem, constitui in pristina natura.

636 Ἡλίκα πλάττει. Theodorus addit, Populorum altissimorum. φυμνήσια. Theodorus, Naues, Funes sunt. Haud memini, an Nautæ Itali, Prouesc. ἐκ τῶν ῥιζῶν. Theodorus addidit: æquo modo, non necessario. Et considerabis loquutionē. Naues annectere ad radices. Præterea, πλάττει, est cū replētur vada: ἀμπωτί, cū resorbetur immissum

marc. vtrunque æstum interpretatus est. At æstus est, ἀμπωτις, non autem πλίμμυρις. Theodorus legit, ἴσις: non εἰσις. In sexto οἶς. Iuncus est. deque eo ibi.

637 Καρπὸν ὁμοιον πρὸ γλώματι τοῖς ἀμυγδαλαῖς ἐξωθεν. ἰδ' ἐκτὸς σιμειώθηται καθάπερ σιωρητημένον πᾶσιν.

Theodorus legit ἐντὸς, rectè: quia est ἐξωθεν. Malè tamen expressit, τὸ σιωρητημένον, Connexa.

638 Εὐλογον ἢ καὶ τῷδ' ἀλμυρὸν ἔη. Lege apud Theodorum falsum, non falsum. Hic cum ὕδωρ significet, τὸ ὑπόμυρον ὑγρόν: non licuit Latinè loquenti separare aquæ significatū à mari: quod fecit Theodorus. Græci possunt. ὕδωρ enim πρὸς τὸ ὑεῖν. Sic & apud Aristotelem. Propterea addunt veteres adiectiua, aqua marina, aqua fluuia, aqua pluua. Verùm pauci purè sciunt loqui. Theodorus legit, συκώδης, non autem, φυκώδης: quia mox ἡλίκα συκῆ.

EX CAP. IX.

639 **A**πηχυράδα. Theodorus, vt locus munitissimo vallo munitus relinquatur. ἀχυροῦν est statuminare. ἀποχωνύειν, aggerare. Et oratio inuerfa est. Sic debuit ὡς ὅτ' ἐκβαίνει ἢ πλημμυρίς, ἀποχωνύουσα. Est autem ἐξήγησις ἢ ἀμπώτις: ἐκβαίνει ἢ πλημμυρίς. Etenim cum recedit tumor, resorbetur. id est, ἀμπωτις. ἀχυρῶανίς, infra in capite de Colocasia.

640 Ἡλίκον μῆλον ἱερὸν συμμεμυκός. Theodo. mali amplitudine cerni: vernum nascens, compressum. Breuissima igitur oratio: si subtrahit, nascés: & minus latinè dicas: vernum nascés. & malè συμμεμυκός compressum. Placenta fuit globus, postea ex compressione

pressionem accepit planitiem. Pilam rotundam & ceream, utrinque paululum compressam. Galenus aliter dixit: *ἐκατέρωθεν ἀπὸ πλάγιον συμμεικτός* autem significat clausum, aut contractum in sinum. De venis, siue vasis Hippocrates. Aristoteles de matrice. *συμμύει τὸ σά* primore mucrone, cum turget: deinde *ἐκπετάσσεται*. Sic de flore hic. Illud attentius animaduertas. Minimè arbitror, *ἑαρινόν*, significare hic tempus quo nascatur fructus ille. Sed esse differentiam speciei in genere malorum. Sunt enim mala quædam verna, de quorum natura Theophrastus etiam in hoc libro. *ἀδένεσσεν ἢ μηλία ἢ ἑρινή*. In libris nouarum navigationum, lanigeras arbores legimus, quæ lanam ferant in folliculis.

641 *τὸ λευκίον*, nō autem *λευκίον*. & *πλὴν ἀδμον*. non autem *πλείονα ὄδμον*.

642 *διεπίψασται*. Theodorus, expandi. *διεπίψασται* igitur explicari, erugari. Obseruabis pulcherrima verba, progressiones, apertiones, conclusiones indicantia. *συμμύειν*. deinde *διόγνυται*, est in motu apertionis. *διεπίψασται*, motus absolutus. *συνάγειται*, motus contractionis. Colligi Theodorus rectè contrahi. Postremò *συμβαίνειν*. Theodorus, concludi, coire: quia est *ἡ μικρόν*. paulatim sicuti *συμμύειν*.

643 *ἀιφυλλορρεῖται*. Theodorus legit negatiuè. rectè: neque enim posuisset verbum hoc. Quid enim mirum? Sed illud *ἴσον*, non amittere folia.

644 *ἵππερ ἢ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς*. Nemo non videt hanc partem esse à superioribus separandam. Ipse enim met diuidit. Hoc negligenter Theodorus.

Theophrastus autem illud: cum hanc illi postpositum. Quippe hæc communior, & notior.

645 Λοχμῶν, Theodorus, frutetitia. Sanè insuavis vox. λοχμὸς videtur pro genere ad θάμνον, & φρύγανον. virgultacea. Præterea attēdas. δένδρα dixit non δένδραϊδην. Quia genus arborum simplicius. At τῶν ποσῶν, καὶ τῶν λοχμῶν, πολυάριθμα, καὶ πολύχμου. Etiam aliud obseruabis: non obseruatam à Theodoro analogiam. Neque enim in genere fruticum quicquam esse potest frutetitium. Sed terra apta ad frutetum sic queat dici. A frutete frutēx nullus dici debet. Sed à frutice ea, quæ fruticis naturam sapiunt. Fruticea & melius, & suauius.

646 Τὸ μέγιστον, πολὺ πλῆθος ἐστὶν εἰς τὸ ἀριθμηθῆσαι καὶ ἕκαστον. Theodorus, numerosiora utique sunt, quàm ut membratim enumerari queant. Verùm neque ea est sententia Theophrasti, neque suavis oratio: numerosa numerari, & membratim, durum est: quòdque non significet τὸ καὶ ἕκαστον. Simplicissimè sic. Si, quæ in Ægypto nascuntur, omnia contemplere: magnam inuenias multitudinem ad singula numeranda.

647 Καρπὸς ἀνδρὸς ἐυράστου. Theodorus, vola viri robusti. At vola caua manus pars est: vnde volema, & volares lapides. καρπὸς autem est brachij pars propè manum. De Ptolemæo Evergete Palsidonius Stoicus in septimo Historiarū sic scribit: χερσὶν ἐνδεστυκῶς ποδῶν μέχρι τῶν καρπῶν χερσίδας ἔχοντα. Idem apud Anatomicos interpretes, & Pollux in secundo. Itaque Pliniū sequi debuit: qui, brachiali, inquit, radicis crassitudine. Rascetha apud Arabes dicitur.

dicitur. Hermolaus vtrunq; posuit volati, & brachiali.

648 *Τεργόνος*. Theodo. cūm vertit triquetros:quare addidit angulatōs? Illud maioris operę in Codice Theophrasti, *καρπὸν ὃ ὄλεος ἰδέεται. τέττος δ' ἀναδίδωσι καὶ πολλὰ μέρη*. Quomodo nullum fructū fert: si fert ex multis partibus? Theodorus emolliuit. Fructus, inquit, nullius fœcundos. Plinius semine nullo, aut vsu eius alio, quā ad Deos coronandos. Et hic est quod dubites. Aliud est semine nullo: aliud, nullo vsu eius. Herodotus de fructu nihil. Strabo quoque in xvii. perpauxilla de Byblos: de eius coma tantū. Profectō Theodorus causa atque autor fuit erroris nostri, qui *καρπὸν* fructus in plurali posuit. Et subdidit: hōsque ex multis partibus mittit. verūm haud ita est, sed fructum nullum gerit. *τέττος δ' ἀναδίδωσι*, scilicet papyrus.

649 *καὶ ἰμθανίσατα δὴ εἰς ἕω τὰ βιβλία*. Theodorus, Chartæ euentissimē habentur. Nescio, quid sit euentissimā. Dicam, notissimā. Nam papyri vsus reliquus Ægypto tantū notus, chartæ autem etiam *εἰς ἕω*. Nota loquutionem ex aduerbio, & nomine. *μάλισα δὲ καὶ πλείον βαύθεα*.

650 *Τὸ ὃ μάσμα*. Theodorus aptissimo vocabulo, manducamentum.

651 *ὃ δ' ἀσπλάται τῇ γῆ*. Sic etiam de folio Malobrachio fabulantur. Si hæc ita vera sunt: hæc veræ aquaticæ plantæ dici mereantur, quibus cum terra nihil.

652 Theodorus omisit tota illa verba, *καὶ πρὸς τὰ κατόγμια σημαίνει δὲ ὡσπερ καὶ δασφαιρίδαμ. ἕτερα δὲ*

ἀπ' αὐτῶν τὰ πλεία. ταῦτα δὲ γίνονται ἐν τῷ ποταμῷ
 εἰ μὴ ὁ ῥῆς ἐξίφερον. Lego τὰ πλεία. & ὁ ῥῆς. Nisi,
 quod eius impetu auferantur. σημαίνει, Ostentat fo-
 liorum superiorum abiectionem. Subsunt igitur
 plura folia, quàm quæ ita superextant aliis, vt vi-
 deantur velle tolli. Hoc est, τὰ πλεία. Et lege, καὶ
 ἐν τῷ ποταμῷ. Quia suprâ dixerat: nasci in paludi-
 bus. Iccirco addit, εἰ μὴ ὁ ῥῆς ἐξίφερον: quia stagna
 amat.

E X C A P. X.

653 Οὗ δὲ κύμος. Adhuc fumus in Ægypto.
 Qui abscindet hanc partem: ἐsuperiori-
 bus multa quoque faciat capita.

654 Διαφύσεις. Tam hîc, quàm infrâ de radice Theo-
 dorus legit διαχίσεις. Item Hermolaus: Rimas, in-
 quit, tilij modo. Fabam hanc etiam Colocaliâ no-
 minant. Herodotus de Loto, cùm dixit, sine no-
 mine de Faba scribit. ἔστι ἡ ἄλλα κρίνεια ῥάδοισι ἐμ-
 φερέα, ἐν τῷ ποταμῷ γινόμενα καὶ ταῦτα. Et quæ se-
 quuntur.

655 Ἄρθος διπλάσιον. Theodorus duplex. pefsimè.
 Aliud est duplum. κατὰκορίς, Theodorus in plenû.
 Plinius quoque ita loquitur. Saturum colorem di-
 uinus Poëta dixit in quarto Georgicon.

656 Παραφύεται ἡ καὶ φύλλα μεγάλα παρ' ἑκάστον τῶν
 κυάμων. ἂν καὶ τὰ μεγέθη πάλιν δευτερικῶς, τὸ αὐτὸν ἔχοντα
 καυλὸν τῶν κυάμων. σιωπῆ-φάνει δὲ ἑκάστον τῶν κυάμων,
 φανερόν ὅστι τὸ μικρὸν σιωπῆραμμένον, ἐξ ἑ γίνεσθαι ἢ πάλιν.
 Theodorus, Folia ad singulas fabas amplexa exeūt.
 Fabam quanque conterenti amarum illud, ex quo
 pilula fit, inflexum patescit. Sic habes nostrû Co-
 dicem

dicem sanè mutilú. Errores autem hi. Non amplectuntur fabas folia, neque id significat *ἄσπερύται*, neque latinè dicas, amplexa ad fabas. Et omisit, *μεγάλα*. Et lego, *μικρόν*, non *πικρόν*. Est autem latinè, hilum, quo adhærescunt, ita stipata, vt sua frequentia pilam efficiât. Est autem *συμπεραμμένον*, cum fabæ eximuntur. Et attendes æquiocationē. Namque totum *κόδιον*, siue caput illud fauaceum, appellat *κύαμον*. Cùm tamen intus *κύαμον* dicat multâ. Patet id vbi inquit: agnasci propè fabas singulas folia magna. Neque enim iis fabis, quæ in fauo sunt, agnasci queunt magna singulis folia: quippe ad tricenas narrat. Plinius præterit negligenter hanc diligentiam.

657 *Καὶ διαφθαρήνας*. Theodorus addit, s. incorrupta maneat.

658 *Ἄλλ' ἢ ἐκπέττησιν αἱ χῶραι*. Theodorus, sed tractus ipsi non plenè conficiunt. Sanè ea verba nunquàm intellexissèm. simplicissimè sic. Verùm illis in locis non maturescunt. Nam, cōficiunt, verbum est, & fusi significati, & contrariorū. Et, quid est hic, tractus? Præterea *τὸ, αἱ*, articulus est, illi: non autem ipsi.

659 *Ἐν λίμνῃ τινι μετρία τῶ μεγέθει*. Theodorus magnitudinis mediocritatem non attribuit lacui, sed plantæ. Quodam, inquit, in lacu exit, magnitudine mediocri. Obseruato verba, *πέττει, τελειῶ, τελειοκαρπεῖ, πέττει*, significat præuiam *διάβασιν*. morum ad perfectionem. Quare Theodorus malè, percoquitur: neque enim quod coquitur, percoquitur. Hæc enim additio præpositionis: quemadmodum
in libris

in libris de causis dictum est, tanta est efficacia, ut prateriti temporis significatū tantū admittat. Etenim rem factam significat. Peregi reum, dicam: perago non dicam, neque perpolio. Sed perpoliui: cum iam amplius dolabra operam non desiderat. Pauci enim perfectè sciunt loqui. τελειῶν ad incrementi finem ducit. τελειοκαρπῶν, ad summas fructus perfectionem. Theodorus malè, in plenum fructificat. Fructificauit enim etiam ea arbor, quæ non perfecit.

660 Καὶ οἱ ἀπέλας ἢ ὡσαύτως. Theodorus, Fructus malè. sed, folia. Nam de fructu ibidem.

ἐπιφύεται δ' ὁμοίως ὁ λωτός πρὸς τὸ πύμα.

661 Ὁ ἥλιος συμμυη. Rara, & audax, & sine proportionē translatio.

662 Συχνὸν ἢ ὑπεραῖρον εἶναι τὸ ὕδωρ. Theodorus, ut planè ab aqua absit alte. Dic tu, multòque conspici ab aqua extantes.

663 Ἀρίστη δ' ἐν τοῖς ὕδασι αὐτὴ ἀμά. Theodorus legit, καὶ ἀμμένη ἐν τοῖς ὕδασι, elixa, ἀμμένη, alla. Hermolaus notauit, λεκιδῶδες malè esse versum à Theodoro pro albumine.

664 Ἐν ἢ τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις. Si non separet caput: admittes secundum proportionem eorum, quæ tractauimus suprà. Quia quædam alga alluebatur tantū mari: non in aqua radices agebat. Sic hæc sunt ἀλαπίδια.

665 ἐν βρυτῶ. Theodorus vsitata voce vetere vertit: nec mutauit. Pæonum fuisse potum ex hordeo scripsit Athenæus ex prisca. Sicut παραλίω ex Milio. Idem βρύτια apud Athenienses τὰ σίμφυλα.

666 Παρέχουσι κτλ. χειμῶνα τῆς βίαις, ὅταν ἐργάζονται. καὶ τὰ σώματα ἔχ. σὺν ἑστέοντα λαμβάνοντες ἔθιν. Theodorus omisit ea omnia. Cum laborant, exque eo corpora bene habita efficiuntur : tamen nullum alium capiunt cibum.

667 Ὅταν δ' οὖτος ἢ καθαρὸς. Theodorus, quod cum sincerum à frumento secreuerint. Male attribuit excrementis sinceritatem. Sic potius excretum à frumento purgato. ὑποπλήκοντες, Theodorus legit, ὑποπλάκοντες, leuiter pingentes. At enim uerò pistum neuiquam nasceretur, sed leuiter torrentes.

668 Ἐν αἰγύπτῳ μὲν ἐν τὰ πάντα. Theodorus legit, τὰ πάντα. Et fatali infelicitate, superuacua, transfert. Nam ex illis porro conficiunt panes : non solum naues, & alia. Non igitur superuacua intelligas.

E X C A P. X I.

669 Ἐπινέοντα. Theodorus legit, ὀπινέοντα. Infle-
xa Dicam innatantia.

670 Ὁ δὲ καυλός. Nota naturam aliis diuersam. Ab imo enim tribuli caulis tenuior.

671 Διαίρειν δὲ καὶ κατὰ τόπους. Hinc ordiare aliud caput. Repetit quod supra dixerat : ut ad certa procedat loca : atque incipit ab Orchomeno.

672 Ἐλαία γινος. Alij separatim legere, ἐλαία, αἶνος.

673 Καὶ παρόμοιον τοῖς ἄλλοις. Theodorus addit, αἰγνοίς.

674 ἐλατῆρα δὲ κατ' ὕδατος. Theodorus, Sed illæ minus aqua implentur. Quid est ? insulas minus aqua impleri. Dicam. minores pro aquæ magnitudine.

675 κύβητες. Theodorus, tale enim caput gerit. Non expressit similitudinem, qua ad papauer re-

ferri

ferri possit. Quia Cytinus non nihil habet cum Papauere coniunctionis in figura. Habet enim & alveolum, & lacinias utrunque.

676 Τῆς σχήματι ὅμοιος τῆς ἰρίδας. Figura non modo papaueris. Legit igitur ἰριδῶσι. At grana illa non refert ad papaueris ruborem. Præterea si non sunt ad modum papaueris, quomodo aduersatiuam subdit, Sed orbiculata? Itaque legendum, τῆς ἰρίδας, malis punicis. Nam iccirco, Sida, dicta communi cum punici Mali nomine. Et non frustra, κύριον, nominauit. Itaque cum rubra dixit grana, distinxit figura: propterea quod in punica sunt pyramidalia. Lege κίρρην, non κίρρην. & τὰς μὲν οὖν: non autem, τὰς.

677 Καὶ συστῆ τὸ κατὰ κέρπριον. Theodorus, & fructus compilatus fuerit. Compilare est ex multis alienis unum suum facere. Et sanè probrosum verbum. Nam à pila non admittimus, præsertim cum τὸ κατὰ κέρπριον, πᾶσαν δὲ περιέσσειν τὰ κέρπρια significet: τὸν κέρπριον ἐκχεῖν: amittere. Theodorus, fundere. At fundere est, cum fructus editur.

678 Καρποφορεῖν. Theodorus addit, ἡρῶα. Et legit ἀνθήδωλον: non, ἀνθήδωλον. Nota in fœmina Butomi, ἀκέρπριον. Corrigunt ἀλόκαμα, pro eo quod erat scriptum, ἀλόκαμα. Memini tamen ita legere alibi.

679 Περὶ ὃ τῆς ἡμετέρας. Suprà erat scriptum. μινάνθος. Theodorus legit, μινάνθος, & interpretatur, Mensiflora, & potest nos fallere: quis enim scit, an menstruatim floreat? cum ne ipse quidem dixerit Theophrastus.

680 Ὅχι ἢ πλεονεξία τὰ κατὰ πλεονεξία ὅμοιος ἔχει. Theodorus.
Non

Non minus turgent. ὄργα̃ alibi ipse ad hunc significatum, vt idem sit, ὄργαν, & ὄρμᾶν. Verum hīc inutilis ille significatus: propensionem naturalem dices, & accommodabis.

681 Ἀπὸ τῆς κερμινώδους. Theodorus è ramaceo. Immo verò ex ea radice parte, quæ inter radículas quasi inter brachia, vicem ac vim stipitis obtinet.

682 Σχεδὸν ἡ παραπλοσίως φύεται ἢ ἀρωγίς. Penè ad eundem modum oritur gramin. Theodorus infelicissimè. Proximè ferè gramin è geniculis oritur. Nam intelliget Latinus prope cipitium oriri gramè è geniculis. Hæc autem graminis historia est ἐκ τῆς παύρου.

683 Τὸ κῆρ ἢ κεφαλήν ὕλην. Lege, ὕδωρ.

E X C A P . X L I I.

684 **M**ΑΛΙΣΑ δὲ ἐνναθηρίδος. Theodorus, nono anno. Dicam, Nono quoque anno. Illud enim semel significat: hoc, recursum. Etiam Plinius melius addidisset. De Characia & Phragmitē, an idem sit apud Plinium ostendimus in commentariis.

685 Τίνταται δὲ ὄταν ἐπομβρίας. Vt fiat iudicium de totius rei summa: oportet hic explicare vniuersam sententiam. Cùm lacus subsidit imbrium inopia: calamū tibiale non generari: cum exuberant aque ita, vt exeat lacus è ripis, non generari. Sed duo hæc opus esse, & aquæ copiam, & eam intus biennio saltem contineri. Quare quo tempore Timagenes edidit ad Cheroneam insignem pugnam illam: fuit prouentus calamorum ex iis, quibus diximus, rationibus. Ante id tempus, vtrunque euenerat in commo

commōdum, prius vt subsideret lacus: deinde vt im-
pleretur, sed ita, vt exiret. Nunc, cum habes sensum
Philosophi, videbis errorem Theodori, qui legit,
ὅταν γενέσθαι ἢ κάλαμον. Nam supra gigni, si διμμεῖναι.
Nūc igitur γενέσθαι ἢ μίανθαι, quomodo fieri potest?
nōs iecirco sequimur vulgatam lecti onem ἢ γενέσθαι.
Exiuit enim aqua. διὰ τὴν τὴν ἀλάχιστον ἀν. Theod. bienni-
nio eū minimum. Biennio saltē. Et addidit de suo
(infaustum) Plinium sequutus. ἐπι πλεῖστον βαθυθῆναι.
Theodorus legit, ἐπι πλείον, rectē. Sed cætera in-
terpretatio infœlix. Altitudinē, inquit, extendissē.
Sic intelligas, exisse: atque inundasse agrum. At con-
trā, βαθύθῆναι est, contrahi, & profundum petere.
Quod autem ita sit: vide disunctiuam ἐπι πλείον
βαθυθῆναι. Et mox, πλεῖστον καὶ ἐπιμμεῖναι. Profe-
ctō sunt cōtraria. Igitur cum πλεῖστον καὶ μὴ ἐπι-
μμεῖναι, sit augeri, & effundi: βαθυθῆναι, non erit au-
geri. Quare verum impingit, βαθυθῆναι ἢ λίμνη.
Aucta, inquit, lacus altitudinē: immō demissa, & re-
tracta aqua eatenus, vnde effundi nequiret. Decē-
pit hominem doctissimum significatus. βαθύς la-
cus dicitur, cuius fundus multum abest ab summa
aquæ superficie. Verū ratio significandi latuit eū.
Est enim profundus propter locum aquas ipsas ca-
pientē. Itaque cum abiret aqua in profundum, atque
profundus lacus est, quia aqua ab summis labris
distat multum. Et malē dixit, μίανθαι durante in-
undatione. Inundatio enim est, cum exit, & operit
agrū. Iecirco dicebat, ὅταν μὴ συμπαταμινῆ τὸ οὐ.
notat societatem abeantis aquæ, & πλεῖστον, vnionē.
Igitur cum exuat lacus, bombyciam eo anno
gigni,

gigni, cum non exundat, sequente anno adolefcere. ζευγίπλω. Et Plinius malè putauit inūdatione proficere: subsidencia graciles fieri. Sic enim scribit (reciproco) id est, subfidente. Cum tamen, μη συμπαρομοίη, significet abitum, atque excessum exuberantis aquæ. ζευγίπλω armamentariam vocat arundinem Theodorus. Plinius dicit in aucupatoriam proficere crassitudine. At ζευγίτης est αὐλητικός, ex quo ζεύγη faciebāt ad canendum. Plinius τὰ ζεύγη cum vocat armamenta, facit vt quæram.

686 Διαφέρει ἢ τῶν ἄλλων καλαμῶν. Scilicet ὁ βομβυκίας. quia minus nutriatur: propterea quòd annua aqua illa non manet, & ratio subest. Quæ enim manet, manendo crassescit aqua. Non manens & effluens tenuis est, neque alit. Itaque fœmineū sexum huic attribuunt, vt pote inualidæ. At Theodorus totum contrariū descripsit sensum. εὐτροφία, εὐπληθές, εὐαρκότερον. Deinde cum peruenit ad vocem illam θήλειω, concinnauit sententiam suam, addendo, lasciuiozem. Idque addito etiam ac præposito vocabulo, Armamentariæ. At ζευγίτης hic nullus in nostris codicibus. Puto ita legit, quia mox, ἐξ ὧν ἀεῖσα μὲν φαίτητες γίνονται τὰ ζεύγη. Notabis autè contra eum illud quoque infra. Genus τῶν ὀπηγείων. Masculam solidam, fœminā cauam. Non igitur fœminæ conuenit εὐπληθές, vt ipse deprauabat pro eo, quod erat, ἀπληθές, inanior.

687 Συμμεθεῖν ἢ τὸ σίμα ἢ τὸ γλωττίων, ὁ πρὸς τὴν διακρίαν χρησίμων. Theodorus, sed ora linguarū comprimi: quod erat illis theatrum moribus vtilius. Plinium postremis his verbis sequutus est. Verùm

○

διακρίσις aliud est, quàm Theatrorum mores. Significat enim ingressum nunciorum. Contentiore namque tum concentu opus est: ita ligulae tibiaram sese comprimunt. Nota loquutionem minus candidam. συχνοῖς μὲν ἔτεσιν ὕστερον ἔτι γηήσιμον. Nam πολλοῖς si dixisset, intelligerem quod docebat. Plinius perspicuè, aliquot post annos vtilis esse incipiebant. verùm συχνοῖς cum dicis: videaris velle, multis simul annis cōtinuatis vtilis esse, postquam primùm apparatus sunt.

688 Εἰς πλὴν πλάσιν μετέβηκεν. Plinius, postquam varietas accessit. Theodorus, varietas & fictio. Non fictio: neque enim quicquā fingunt, sed figuratio: quia ductus simplex cantionum linea assimilatur: at variatus, figurae praestat rationem. Ac tamen πλάσιν est fingere: non cōtinuè πλάσις, est fictio. Quia Fingo verbum, duo habet significata. vnum est in figura, alterum in eo quod est, pra se ferre aliter, quàm sit: at fictio alterum tantum.

689 Ἡ τομὴ μετεκινήθη. Cædendi tempus mutatum est. Theodorus, cæsura mutata est. Non est mutata cæsura, quia eodem modo cædebantur, sed nō eodem tempore: at ea voces non sunt ita instituta ad tempus, sed ad opus significandum. Cursura, scriptura, cæsura.

690 Τίμναι γὰρ δεινὴν. Theodorus, cadunt nostra aetate. Legit, δὴ νῦν.

691 Τελόνοντε γηήσιμον. Theodorus, ex Plinio, trimatu. Sic alibi δεινον. καταυλίσσεως, supra dicebat, καταυλίσσεως. praexercitatione, & domatione Theodorus. Ad verbum dicerē praecatione, praecentores.

692 κατὰ πλάτος τὰς γλώσσας ἔχειν. Lingulas apertiores esse, ad flectendos sonos. Ita Plinius. Theodorus, linguasque disiectu deflecti. Nos sic, Contrahique facillè lingulas ad sonos variandos. κατὰ πλάτος τὰς γλώσσας interpretor, vibrationes. κατὰ πλάτος τὰς γλώσσας acutius legas, ad infractiones modulorum lingulas accommodari. Sic ἰνδία.

693 Ἡ δ' ἐργασία. Theodorus, preparatio, & confectio. Mallem, Opera autem ad eas apparandas, sic impèditur. Nec potes legere, vt scriptum est, ἢ αὐτὸν τρόπον. Sed, τὸν ἢ τρόπον. Quippe nullum alium modum statuit: nisi intelligas sic: tamen si mutatum est cædendi tempus, tamen apparandi modus idem. Videbatur enim mutato illo, hunc quoque alia ratione fieri debere. Cæterum tamen si solstitio cædunt, tamen hyeme durant sub gelu eodem instituto, quo qui cædebant autumnò. Ita magis placet, vt scriptum est, quàm quemadmodum legit Theodorus.

694 Προσλείπεισι ἢ τῶν μεθ' ἡμετέρας τὸ πρὸς τὰς βλαστὰς γόνυ. Theodorus, Relicto internodiis superiori geniculo. At nulli dubium est, quin è geniculo inferiore prodeant germina. Et subest ratio naturalis. habent enim radicis proportionem. Itaque cum relinquunt geniculum, quod est πρὸς τὰς βλαστὰς, relinquunt illud, quod inferius est. Ac sanè non est sine cõsilio. Nam relinquunt ibi munimentum eius partis, quæ ori applicanda est.

695 χύτρα. Ac si dicas, Ollæ. Sane propter altitudinem.

696 Δόνυξ. Theodorus interpretatur, Canna. At

canna est grandissima, & quæ in sicco proueniat: unde & canales à græco, *καίνων*. ob amplitudinem. Nescio an id nomen apud Plinium sit. nōdum enim memini. De hac idem dixit, non nisi in aquaticis nasci: tametsi Theophrastus, *μάλισα*, tantum.

697 *καὶ τῶν λιμνῶν ταύτῃ εἰς διαφορὰν*. Theodorus, Quidam vel discernendum pene lacustrium esse volunt. Mirabilis oratio. Posuit, discernendum, pro substantiuo: quasi diceret, discretionem. Et agnoscis eius (penè) pro ferè: vt monuimus. Nam pene est differentia. vult dicere: aliquantum abest, quo minus sit vera differentia. & significat non deberi naturæ lacustrium: sed abistere, neque cōuenire. Penè feci. nō feci. At ferè feci: è contrario, vix aliud, præter hoc, feci. Ita pene, non statuit. fere, statuit, & aliud quid permittit.

698 *Ευπαγίς*. Theodorus, robuste. rectè. compactæ. *ακοντίαις*. Theodorus, hastas interpretatur: melius iacula.

699 *καὶ ὑπληρόμενος, καὶ καιόμενος*. Theodorus, omisit, *τεμνόμενος*.

700 *Δυσόλεθρος*. Theodorus mori perucax. Loquutio implexa ex morte & vita: neque à latino admitenda. Ionat enim peregrinum.

EX CAP. XIII.

701 **M**ελαγκρανισμόν. alibi *μελάγκρανιν*. Sic & Plinius. Theod. atriferum, quasi *μελάγκαρπον*, sed *κράνις* potius quàm *καρπός*. Attriceps ad verbum.
702 *Ὀλόχεινς*. Theodorus, Mariscum. Plinius Mariscum toto genere distinguit à marino: cuius fecit hæc tria genera. *ὀλόχεινον* autè semper Græca voce nominat.

nominat. Soliuncum dicam, vt soliferream: etiam
vziuncum, si maus. Mariscum etiamnum lacunas
vocat Gallia à iuncis. & Gallorum imitatores ligu-
res Taurini.

703 Όλης κοσμηθείσης ἢ χοινίας. Theodorus toto al-
lato cespite. quia sequitur: οἱ πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἀκαρποί.
Legit igitur, κομηθείσης.

704 Κόρυμα δι' ὅλους ὁ κάρπιμος ἐξ αὐτῆς ἢ γραμμώδους
ἐξοιδήσας. Theodorus, Omnia frugifer in callum de
regulari furculo ipso extumescens. Sic nos: frugifer
ex directo furculo exiens extumescit in caput. hoc
enim est κορίνα. Claua, botulus. Cætera ille ad vn-
guem expressit. Et legit ὀπλισμώσας, non autem
ὀπλισσώσας.

705 Πλατεῖα κάρπωθεν. Theodorus, prælatum infe-
rius: nunquam Latinus intelligat, prælatum, πλατύ.
Sed antelatum: verum τὰ πρὸ τῆς ἀρχῆς ἀρχημονίαι.

706 Κατένικτοι. Theodorus, per annos. pèsime.
Annuo interitu absumpta, à cacumine renouentur.

707 Ἡδὴ ὃ καὶ ὁ βάλτος, καὶ ὁ παλίερος Theodorus
legit, εἰδὴ. Sed malè latinè dicit, si autem.

708 In Ægyptiis insulis fluitantibus sues ait esse
Theophrastus, eosque prædam esse accolis vena-
toribus. Mirum si tum sue vescebantur Ægyptij.
ἢς κωπηγέται διαβαίνοντες. Theodorus, quos incolæ
transeuntes venari consueuerunt. Non sunt incolæ,
si διαβαίνουσι. sed incolæ. & transeuntes, absolute
positum, intelligas prætereuntes. Sic latinè. in quas
accolæ transeuntes traicientes.

709 Οἱ κωπηγέται διαβαίνοντες. Theodorus, quos incolæ
transeuntes venari consueuerunt. Non sunt incolæ,
si διαβαίνουσι. sed incolæ. & transeuntes, absolute
positum, intelligas prætereuntes. Sic latinè. in quas
accolæ transeuntes traicientes.

709 **Π** Επὶ ἃ βραχυτέρας φύσιν. Hæc pars adeò distincta est suapte natura à superiore narratione, vt meruerit ius voluminis separati. Quinetiam post omnium plantarum species enumeratas debuit hæc reponi: etiam post eam historiam, qua morborum species digeruntur. Vltimam verò contemplationem decuit statui, de vsu lignorum. Sed de his alibi.

710 Τα γενεαί τὰ ἀντισημεία καὶ ἑκείνη. Theodorus, Quæ in oppositum generatim distingui possunt. Immò verò quæ sub eodem genere per contrarias differentias distinguuntur. Hic enim καὶ ἑκείνη notat species: vt alibi sapè. Igitur non generatim, sed speciatim distinguuntur. Præterea non percipio quid loquutionis sit, in oppositum distingui. Dices, mutua oppositione.

711 Ἀγονώτερα τῆς ἀκαρπίου. Infæcundiores. Hoc tamen falsum est. Plura enim ferunt agrestes, idque supra dictum est.

712 Κότινον ἢ ἐν ὀλυμπίᾳ. Theodorus omisit, ἀφ' ἃ ὁ εἶσθνος.

713 ἢ μὲν ἢ ἀὲ τὰ μέρη τὰς ἀυξήσεις καὶ φθίσεις φαίνεσθαι παραλλάττοντα. Theodorus, Si partes incrementis, atque minutionibus assiduis distare videantur. Legit, ἢ. In nostro est, Quatenus partes per incrementa, & decrementa mutari assiduè videantur. Non autem distare. & παραλλάττοντα, lege: scilicet, τὰ μέρη. Et aut pone καὶ τὰς ἀυξήσεις, aut subintellige. aut dic παραλλάττοντα τὰς ἀυξήσεις, Neque verò est hic hæc disputandi locus: sed in libris de causis.

causis. Theodorus legit, *εάν μὴ μὲν τὸ πέλεχος.*
 In nostro Codice deest negatio. Nota loquutio-
 nem, *δικαιοτάτη σύγκρισις, pro δικαιοτάτης.*

EXCAP. XV.

714 **T**Άχα δ' ἂν εἴη μακροβιώτατον. Demonstratio à tribus causis. Sic, Diutissimè viuit, quod plurimas habet causas, vel permanendi, vel renouandi. Prima causa. Constitutio corporis resistit corruptioni. Quia densum: quia oleosum. Secunda. Radicis peruicacia, est causa permanendi. Tertia. Pullulatio, est causa instaurationis. Quartus modus est Iunctorum, qui consumptis ab imo radicibus, à summo nouas reponunt. Præter hæc videas viuacitatem, vt in Semperuiuo, & Cuscuta cum apponitur vix. Item sunt quædam plantæ quæ sibi fabricant terram: vt Iris. E foliis enim putridis fit solum nouum, vnde succum repetant.

715 Τῆ ἀδελφασίας. Theodorus, Germine laterali, nepotumque procreatione. Soboles, simplex & signata dictio à subolendo: sicut adolescens. Et proles eiusdem tum originis, tum significati.

716 Καὶ τὸ δυσώλεθρον ἔχειν τὰς ρίζας. Theodorus. Atque etiam stirpe incorrupta. Non semel animaduerti à Theodoro stirpem pro radice positam. Et *δυσώλεθρον*, plus est, quàm incorruptum. Significat enim potestatem aduersantem causis intereundi.

717 Δοκεῖ δ' ὁ βίος τὸ γε μίαν εἶναι, καθ' ὃν πέλεχος ἦσθαι τὴ ἀρχὴν τινὲν αὐτῶν μέτρον, ἀναμετρεῖν τὸν χρόνον, μέλισσα δὲ ἐστὶν διακόσια. Dura loquutio. Sensus est, Si metiamur vitæ tractum à diuturnitate stipitis tanquam principij ipsius plantæ, inhibetur eius vitæ

○ †

ratio ⁊ ducenos annos. Vbi, *μαλιστα*, significat vltimum termin. m. Et, *περὶ* significat plus minus. 718 *ὁμοιοφόρος*. Theodorus similifera. Insuavis audacia Simplicissimè sic, Tota naturæ tum facies, tum germinatio similis.

719 *Φασὶ ὅτι δεῖν ἔτω πορεύειν, ὅταν δὴ δεξιὰ καταφέρειται*. Oportet ita colere: cum vitis declinare videatur, non corpore ipso: nanque stipes aut erectus, aut pronus est: prout amputatis brachiis in vnam potius, quàm in alteram inclinat partem. Sed *καταφέρειται* deterior fieri, mutationem dicit stipitis vetuli. Sic infra, *δοσπληγῆ*.

720 *Διὸ καὶ ἐκόπλειν ἐδέποτε τὰς ἄλλας ποιοῦντας*. Theodorus, Qua de causâ nec præcere debere eos, qui ita faciunt. Debere, est verbum præceptionis. At hic non præcipitur, sed narratur sic. Qui ita colunt: eos non adduci, vt vites cedant. Scilicet qui ad hunc modum non agunt: cum vitis vetula est, coguntur totam præcidere: & alterius sarmantum ad eam partem submittere.

EX CAP. XVI.

721 *Νοσήματα ὅτι ἐστὶν ἀγρίαις φασὶ ξυμβαίνειν*. Theodorus legit negatiuè. Hi igitur dicent syluestres arbores senio, non morbo interire. verùm è iunioribus, cum non paucas perire videamus: illorum sententiam falsam esse palam est.

722 *Ἢ βλαστάνειν μίλλοντα, ἢ ἀρχόμενα, ἢ ἀνοοῦντα*. Theodorus, Cum vel paulò post germinaturas, vel germinare incipientes. Addidit paulò post non incitè. Sic rotundè dicas, sub germinandi tempus. Floridijs ad hunc modum, cum germinatione vel medi

meditantur, vel incohant.

723 Χαλαζοκ πηθή. Mirificum verbum. Etiamnum Vascones dicunt: peirabatut. Theodorus, grādine vexata. Non mouentur grandine, non igitur vexantur, sed pulsantur.

724 ὑπὲρ ἢ ὠραίων χειμῶνων εἰδ' ἂν ὑπερβάλλοντες ὄσι. Theodorus, tempestiuus hyemibus, nec si excedāt, offendi. Neglexit iudicium Ciceronis, cū dixit: hyemibus. Qui neque speciebus, ausus est. & illa: nec si excedant. obscura sunt. melius sic, Nec lædi tempestiua hyeme: tamen si fuerit violenta.

725 Μὴ χειμαδίεντα δεῖ, κακοβλαστέτερα. Theodorus Plinij verbis, nisi alferint. Ducti in hanc audaciam ex aiis quoque verbis Theophrasti ῥιγάωντα. Nō tamen algent arbores: vt loquūtur Latini, de rebus sensu præditis. laxiore verbo & commodiore, hyemis gelu affecta. & ῥιγάωντα, rigore astricta.

726 Σφακελισμός. Theodorus radicatio, pessimè. Nam tamen si is est radicis affectus: tamen quia nomen hoc à Latinis receptum est pro commodis radicis: idem pro incommodo si accipiatur, fiat plusquàm æquiuocatio, à qua Philosophus, quoad fieri potest, maximè debet esse alienus. σφακελος medicis est, cū membrum omittit naturā suam. Epicharmi catenata quædam sententia est, ἐν δεῖ καταδύειν, πιδάειν, καὶ σφακελος, καὶ ζήμια. Præterea subest ratio, qua nequeat interpretari radicationē: neque enim radici soli, sed & foliis, & stipiti euenire solet: tum autē omni naturæ viuenti. Plinius etiam Græcum subtrixit nomen. Sed nimis lasciuo cōnatu appellauit ægritudinem in arboribus, mem-

717021b

O 5

brorum dolorem, idque non semel.

727 Ἡλον. Clauum & fungum. Ita etiam Plinius est interpretatus. λοπάδα. Theodorus, olla. Plinius, patella, ubi id animaduertas. Cùm Plinius cæteras voces Græcas prateriuit ita, vt ne poneret quidem, nedum interpretaretur: nunc quam posuit, puto fuisse receptam latinis. hoc debuit obseruare Theodorus, & seruare. Non quod λοπάς hoc significet: sed quod patellæ similius sit. Fidus interpres sic scriberet, quemadmodum scripsit: at ipse fidus non est. Τῆς δ' ἐστὶν οἷς ἥλοι αὐτῶν, Plinius ἡλίκα κ. ὕμα, aut ἡλιόκαυτον legit. Sic enim interpretatur, solis exustio. Lege ὑπερβολὴν, non ὑποβολὴν.

728 Ὅταν αἰρίζαι μελανθῶσι. Sanè sic & in animalibus ubi membrum nigrescit, atque corrumpitur, est σφακέλος. Plinius aut legit, ἀνανθῶσι, aut addit. Nā de nigrore nihil: nihil item Theodorus, sed inarescunt, marcescuntque.

729 Κράδες. Ne hoc quidem nomen ponere voluit Plinius. Sed habent, inquit, Græci sua nomina: Theodorus, cradationem. Quare nō, Ramationem: sicuti suprā, Radicationem, σφακελισμόν: quia radici obuenebat. Equidem neutrum probo.

730 Οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς γίνονται, οἱ δ' ἐντίκτονται ὑπὸ τῆς καλυμνικῆς κέρασον. Itaque suprā, σκώλπες, οἱ δ' ἐκ τῆς σκῆης διαφθεύουσιν ἐντίκτοντες. Melius ἐντικτόμενοι, quippe quos ὑκράσης τίθει. Sic in quinto, de vermibus: οἱ μὲν εἰσιν ἐκ τῆς οἰκίας σκῆλεως. οἱ δ' ἐκτικτόντων ἐτέρων. Itaque non debet tolli, αὐτῆς, & poni, αὐτῶν: quia ἐξ αὐτῆς σκῆς gignuntur: neque numerus debuit illis faceffere negotiū, quoniam σκαίος, dixit.

dixerit. Infinitis, vt ita dicam, locis hoc fit & Aristoteli, & Theophrasto, vt numerus diuersus subdatur. Et valde ambiguum esset, *ἀντὶς*, vermésne, an ficus referret.

731 *Φθέγονται ὅσιν τρισμὸν*. Theodorus ex Plinio. Sonum edunt paruuli stridoris. *φθέγονται* abusus est: arrosione enim stridula sonant, non voce. At præceptor iam distinxerat, *φθέγον, φωνήν, δαδλεῖν*.

732 *Τῆς ἡ καλῆσι λοπάδα*. Suprà *λοπάς*, erat *ἡλίε καύσης*. Hic autē ἐκ τῆ ὑπομβρίας. Vides igitur contradictionem: si Plinium sequare. Et *ἡλος ἀντὶς*, malis suprà legere. Obseruabis etiam Græcam inconstantiam, qui cum tria nomina clauo attribuerint: transtulerunt vnum ad longè diuersam materiam. Theodorus Plautinissat. Aula, magis arrisit, nomen maximè obsoletum: & cōmune ad id significandum, quod malum Deorum immortalium benignitate arbores vitarunt.

733 *Ὡσπερ μαδά*. Plinius, Ficus laborat radicibus madidis. *μαδά* caluescere est. *μαδιγένειος*, apud Pollucem.

734 *Τραγῶν*, Articulatio, Plinius. Corrigunt, hirculatio. *τραγίζεν* est luxuriare. at hic contrarium.

375 *Ροῆς ἡ γίνεται*. Theodorus, roratio. Quasi ros, *ῥῆς*, rectè. *ροῆς* est capillorum affectus, profluuium dicunt. *ῥινεῖται*, est eiusdem significatus. Vnde & *ῥιόν*. Sicut nitrum, *λίτρον*. Affectum hunc tāquam siderationis speciem posuit Plinius, quem rorationē nominauit. Verum interpretatus est, τὸ ὀππιφθῆ. Theodorus, Cum vitis deflorescens irrorat. absolute. Videbis an ex vsu sit latinis. sed *ὀππιφθῆ* est, a ut

aut abluatur, *νίπλω*, vnde Neptunus: non vt putauit Cicero: etiam indignantibus factiosis, aut *ἡ νιφετόν*.

736 *Ἡ ὅταν κρετιώθῃ*. Theodorus, effugit hunc scopolum. Ex Plinio emendare queas. *τυλωθῆ*. Sic enim ait: aut cum acini, priusquam maturescāt, decoquantur in callum.

737 *Τῆς πρωτόμυ*. Plinius omisit.

738 *Ἐλκωσιν*. Theodorus, Luxationē. *ἡ τὸ ἔλκωσιν*. At est vlcus hic. Dixit enim *τραύματα*. *ἐν χειρὸς αἰν ταῖς ὑπερβολαῖς*. Theophrastus duas facit *ὑπερβολαῖς*, & *καυμάτων*, & *κειμώνων*. Theodorus astrinxit suo arbitratiū ad calorem tantum. Et abusus est latinitate. Sic enim scribit, A teporis excessu deuincitur. Idem est, ac si dicas, A Modesti viri insolentia.

739 *Διὰ τὸ δὲ τὰ αὐτῆς ἔσθ' ἢ τῶν ῥιζῶν ἢ τὸ πόν*. Theodorus, Hac ea de causa laborant. Vides quantum differant.

740 *Πάντων δ' ἐν αἰθέρι σαζόν*. lege, *ἀθέρια σαζόν*.

741 *Τὰ ἔρδνια*. Theodorus astrinxit vniuersam sententiam ad imbres. At ea voce, & frigus & æstus comprehenditur. Hæ enim sunt species siderationis. Nā quod subdit: *γενομένων, ἢ μὴ γενομένων ὑδάτων*. Est exemplum vnius tantum euentus. Frigus enim, & æstus, etiam præter ventos, etiam sine pluuiis euenire potest.

742 *Συμπαρόρρει γδ ὁ καρπὸς δι' ἀθέρια*. Theodorus malè, propter exilitatem. multa exilia valida, sed nulla *ἀθέρια*. Si exilitas profluuij causa esset, etiam sine pluuia dilaberentur. Verum id cōtingit, propterea

propterea quòd facti sunt acini à pluuiâ ,imbecil-
les suffocato calore naturali,quo retinètur.Sic ipse
suprà, κατὰ περιουσίαν.

743 Γίνονται ἴσταν ἢ νότια, καὶ τὰ εὐδαινα. εἰάν δὲ ὀπιλάθη
καύματι, ῥίγνυται. Theodorus, Nascuntur tempore
austriño, & vento. lege, lento. Sic Plinius, Tempore
humido, & lento. Sic mollem tempestatē, εὐδαινον.
Dicerem, Nascuntur austrinis teporibus : æstu su-
perueniente deprehensa rumpuntur.

E X C A P. XVII.

744 Γίνονται δ' ἄλλο νόσημα. Non est igitur sepa-
randa pars hæc tanquàm diuersum caput.
Fefellit istos sectores epilogus ille. τὰ μὲν οὖν τοιαῦ-
τα τῶν τόπων ἴδια. Verum ea ad Miletum, & Tarentum
interpositam spectant historiam. At verò & ante
eam narrabat τὴν ῥοάδα, communem locis omni-
bus morbum: & nunc ad priora redit: qui hæc ab-
scindat, abscindat & Miletum, & Tarentum à su-
perioribus. Arachinium autem morbum illum no-
minat tantum, nō etiam describit. Quinetiam ver-
bum, φύεται, magnum facessit negotium. Nō igitur
ἀραχίνιον, vt legit Theodorus: neque ἀράχινον, vt
est in Codice vulgato: sed ἀράχινον. Et Theo-
dorus rectius fecisset, si hîc Plinium esset sequu-
tus: Qui, Araneū, olearum morbum narrat, cum telæ
obductæ fructibus, eos corrumpunt.

745 Εἰάν ᾧ τὸ πυρῖνα διαφάγη, ὠφελεί. Theodorus. At
si in ipso nucleo erodens, prodest. diceret vt Theo-
phrastus: Nucleum erodens. aut adderet: eum: quod
Plinius fecit. Si enim non indices quemadmodum
erodat nucleum, statim putes erodere fructum: nō
igitur

igitur prodest. Lege *κωλύεται*: non autem, *ἐξ* λύεται ex Plinio.

746 *Ἄνω χειρὸς ἰς πλὴν ῥύσιν*. Theodorus, Qui ad iacturam peiores deprehenduntur. Verum, *ἀνω*, refertur *πρὸς τὰς ἐλάϊας*. Sic Plinius. Quæ maturescen-tes tunc sunt præcipuè caducæ. Theodorus legit, *ὀνω*, & refert ad vermes. Sic, *ἀνω*. At Plinius ad oliuas. legit enim *ἀνω*. Etiam, inquit, si non ceciderint, fastidiendæ. Et caducæ, verbum aptum oliuis: non autem, iactura. Caduias etiam veteres dicebant.

747 *Ἐκ τῶ ὑγρότητος, τὸ ὑπὸ τῶ φλοιὸν σιωσιταμένως*. Theodorus, corticibus subdito gustu dulci. *ὑγρότητᾶ* gustum est interpretatus, & neglexit illud: *γινόμενος*. & *σιωσιταμένως*, subdito congestum, & concretum significat. Addidit, dulcem. propterea quòd dulcedo facit ad generationem.

748 *Ἔνα ἢ πάλιν ἤν κτὲ τὰς ὄρας*. Haftenus morbos percensuit. Nunc quædam tractat, quæ negat esse morbos. & tamé ait, interficere. Noluissém tantum Philosophum tam otiosè loqui. Quis neget *ἐκπληξιν*, esse morbum? Item *καυθμόν*? *καυθμόν* vredinem Theodorus valde bene. Plinius vredinem, rubiginé, carbunculum, idem ait. Theodorus legit, *ἐκπληξιν*, non *ἐκπληξιν*. Sic etiam Plinius, macies, tabes. Hoc incommodum subitaneum ingruit: quale à vento Olympia. Momento enim *υἱτ*. *ἐκπληξιν* auté erit, vt *ἀπόπληξιν*. Sic mox infra, *ἐκπληξιν*. quod distinguit ab vredine. Theodorus tamen etiam ibi tabem interpretatur malè. nanque *τὰ ἐκπληξιν ἀναβλασάω*: tabefacta, nunquàm.

749 Κατά

749 Κατὰ τὰς ὥρας. Theodorus nimis amplo verbo usus est, Temporia. omnia enim fiunt in tēpore. At hīc ὥρα certam anni partem dicit, & monstrofam vocem alibi reiecimus.

750 Ἡμεῖς τροπὰς χειμερινάς. Theodorus, post solstitia hyberna. Alibi meminimus apud latinos, qui castè integrèque in eloquendo sunt versati, nō dici solstitium, nisi de æstiuo. Nam tametsi motus eadem proportio cum hyberno: tamen id Romani nunquàm dixere, sed Brumam. Rationem suo loco posuimus.

751 Δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα. Theodorus, anno quadragésimo. Nō impleuit Græcæ orationis vim. τὸ δὲ, significat tractum temporis. αἰῶνες. Plinius, conualles. Penè dicam, in eius contumeliam Theodorus, interualles.

752 Narrat incommodum, quod euenit: atque iccirco dixit, ἐπόνησεν. quare Theodorus malè, infestatur. Lege, ὡς ἰπείν: non autem ἴπεν. nihil enim dixit.

753 Ἀναβιβρώσκοντες. lege, ἀναβιβάσκοντες.

754 Ἄνευ ἴδου βάλαν. Theodorus, Sine vlla iactura. Id est, tametsi antea folia non amiserint.

755 Αἱ πέριδες. Theodorus squāmulas interpretatur. Legit igitur πέριδες. Plinius subtricit. Hīc Theodori codex valde mutilus. Obseruabis quæ defint. Hæc sunt quasi ramenta, cæterùm latiora, quæ visuntur ferri per aërem. Vbi cecidere, soluuntur. πειρόντα ἢ διαμίνετ. Theodorus, cassa non durant. magno vitio latinitatis: quasi cassum sit à cado. est enim à carendo. Cassum lumine, & cassa nux, non qua

quæ cecidit: sed quæ inanis intus est. Idem etymon
Caxæ diximus in originibus, excavatis rupibus: nisi
eadem origo quæ & caui, χαβς, χαινει.

756 Ἀλλ' ἔχ' ὁμοίως παρατηρήσαι. Theodorus affir-
matiue, sed credo equè id obseruatū habetur. immò
è contrario. Nam cum suprâ negari scriberet mor-
bos aggressibus attribuendos: hîc destruit eam sen-
tentiã. Quinetiã, inquit, haud ita semper ἐνκαρπίει.
Si, fructum ferre, obtinet proportionem operis in
plâtis: sanè id erit morbus. Ea enim est morbi defi-
nitio. Verùm id ita iactatū temerè fuisse, propterea
quod agrestes minus, quàm vrbane obseruatę sunt.

EX CAP. XVIII.

757 Ἀοιπὸν δ' ἰσπεῖν. Haecenus quæ cæli iniuria
euenire possint. Nunc eã commodorum,
quæ ab hominibus proficisci consuevere. Plinius
item sic, Quæ iniuria hominum constant, secundas
habent causas.

758 τὴν σάρκα σφόδρα πίση. Theodorus, carnem,
vehementer presserit. Plinius, Si non simul inci-
datur, & corpus. Nam eximendo corticem non fit
compressio: itaque πίση, ferro scilicet fecerit im-
pressionem. Non autem simpliciter, presserit. καὶ τ'
μέλλοντα καρπὸν διακόψη. Theodorus, germen futu-
rum luxauerit. vt καρπὸν germen sit interpretatus.
Quin luxari germen non potest. Luxatio est, vbi
trāsferitur os è sede sua. λύει. sed διακόψη, cōtuderit.

759 Πλὴν ἐπ' αἶρα φιλῆ. Theodorus, itaque verius
fortè excepta subere, dixerim. vides calamistros.

760 Ἀλλ' ἔχ' ὁ κύριος. Theodorus, non vitalis. Sic
infra Theophrastus. κλειώταται τ' ζῆν. Circūscribas
ad hunc

ad hunc modum. Eum corticem, qui vitæ custos ac dominus est. alibi vocem eam exactius.

761 Φυλλορρηγία. corrigunt, φυλλορραγία. vtrunque malè. φλοιορραγία. reponendum est. corticis ruptio, vt supra quoque dicebamus. ἰηγυμένον τὸν φλοιόν. Et vox, μία, non conuenit huic loco. Theodorus interpretatur, cōmunis. dele, ἀνδραχλος. pone ἀφράχην. Quidam mutarunt in casum genitiuum. Sanè prudenter: verùm hīc autor, vt sapè monuimus, nihil pensi habet.

762 Lege, καὶ ἐκ ἀπόλλυθαι. ἀλλὰ τὸ φλοιόν, ὅτι πωρῶσαι, καὶ ἰδίαν δε. πάρον, hīc pumicem interpretatur Theodorus. At in historia animalium, tofum. Sanè ita viderur ex lib. Theophrasti de lapidibus. πάρος enim densus, pumex rarus.

763 Καὶ εἰς ἐτέροις. Theodorus addidit, στραментίς. καὶ ἰδίη φασίπτον φύνη. mutila vox. ἀναφύνη melius. Itaque Theodorus, etiam nonnusquam restitui, regerminarēque.

764 Δεῖ ὃ ἅμα τῇ τ' χρείας ἀρετῇ, καὶ τῇ τ' αἶρος κρᾶσι, τὰ ἐπιγενόμενα εἶναι. Sicui arbori, postquam cortice spoliata est, euenit, vt restituetur: necesse est & terram, & aërem fauere. Sanè ratio est. Nantque si nullo existente arboris corpore, arbores nascuntur, atque constituuntur: tanto cōmodius postquam quippiam subest principij: restitui queunt. Natura igitur arborum est, interire cortice ablato. Natura soli, & cæli fauere, ne intereant. Theodorus, sed præter virtutem soli, temperamentumque cæli, superuenientes quoque respondeant, opus est. Non dicit, præter: sed ἅμα. Ita vt τὸ ἅμα cōstituat

P

τὸ σωαίτιον. Et non potest reddere rationem, quia ausus sit ponere pro substātiuo (superuenientes) Videndū quid sit, χρείας. & an mutandum. & in quid. χώρας fortasse.

765 Λοπάσι. Theodorus, Cortice turgido sint: quia λόπος, cortex. idem verbum in principio quinti.

766 Χρονιώτερα ἢ τέτων διαφθορά. Hic χρονιώτερον, est ferius: non diurnus. vt sit terminus, non tractus. & tamen latinè Theodorus ita statuit. Interitus, inquit, diurnior. pessimè. Interitus enim est momentum inter viuere, & non viuere. vt τύπη dicatur. Scio enim quid litigent calculatores. Si διαφθορά est affectus ille ad interitum, χρονιώτερον, non significabit ferum, sed diurnum.

767 Ἐπεὶ ἀντις παντελῶς ποιήση, ἔθεν ἄσπον τὸ μὴ ἀπόλλυσθαι. Theodorus, Nam si angustā admodum feceris: nihil absurdum, si non interierint. Deest μικράν. neque diceré ἄσπον, absurdum. Nunquam enim absurdum est, arborem non interire. Sed non mirum est. Si mauiς λεπτεῶ, quàm μικράν: licet.

EXCAP. XIX.

768 **E**πιμοπίντα. Theodorus, Præcisa. addere debuit à cacumine.

EXCAP. XX.

769 **K**οινὴ ἡ φθορὰ πάντων, κ' αὖν αἱ ρίζαι. Tres ablationes sunt. Prima corticis. Secunda cacuminis. Tertia ab radicibus. Ita aut tria capita sunt, aut vnum ex tribus partibus: separatū autem caput.

770 Αὐταὶ μὲν οὖν ἐξ ἀφαιρέσεως. Morbi fiunt, aut ὑπερβολῇ aut ἀφαιρέσει. Vnde medicina definitio. nunc ἀεὶ προσέσει. Olei vim narrat. Plinius addit,

dit, pice & adipe. Aliud caput hoc item esse debet, aut altera pars superioris. Nam prima pars tribus constabat membris διὰ ἀφαιρέσεως.

771 Ἄρτι φυσόμενοις. Theodorus, in præfens nascentibus. recens natis. ἀπλεῖσαι κωλύεισι. Theodorus addidit, agricolæ, etiam non agricolæ.

772 Παραίρεισαι. Theodorus, alimenti rapina. Durum. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμποδίζειν. vt, spatio radicationis. & natura diuersa. & , umbra.

773 Ὀσφαίνεσαι, ἢ ἔλκειν. Plinius iccirco appellauit olfactricem. καὶ ἔλκειν, odorem. καὶ ἀφορεῖν, auerti, Theodorus. Amittere vim fructificandi. Malè fecit, cum Plinium sequutus est. Maluit etiam saporem dicere, quàm odorem: cum tamen sit, ὀσφραντική.

774 Idem Plinius, Raphanum in xvi. non brassicam, πύ ράφανον est interpretatus. At in xx. Brassicam. Vide Galenum in Brassica.

FINIS LIBRI QVARTI.

P 2

EX LIBRO QVINTO

CAPITE PRIMO.

775



Οπᾶν. Theodo. turgere, vt in superio-
re. & mox μὲν τῶν λ πηθῶν. corrige τὸ λ ο-
πηθῶν, Nam malè dixere, κοπηθῶν. Theo-
dorus, λοπηθῶν, turgorem. Vascones λο-
πᾶν, estre en saua.

776 Ἐυπεριέρητοι. Theodorus, extricatu facilis. At
extricantur ea, quæ perplexa sunt, vt fila. A capillo
sumptis primordiis significationis, & aspiratione
dempta Æolum cōsuetudine, quos sequimur. τριλίαι.
Plinium tamen autorem habet. Dicam. Arbor facilè
deglubitur.

777 Τὰ ὅ τετραγῶνα. Theodorus, Quadrandam au-
tem post turgorem. Mollius dicas. Quæ verò mate-
ria petitur, vt quadretur: postquàm turgere desierit,
cædenda est.

778 Ὡς εἰ ἐναντία αἱ ὥραι καὶ συμβεβηκός. Quare tem-
poribus accidit, vt sint contraria. Non enim tem-
pus, quo germinant, est contrarium tempori, quo
fructus percoctus est, καὶ αὐτό. Non enim répus
tempori contrarium: quippe quantitas non habet
contrarium, neque temporum illorum qualitates
omnes inter se contrariæ, sed propter opus sunt
contraria. Propterea quod in vno quæritur facili-
tas decorticationis, & color decorus: in altero fir-
mitas operis. quæ fuit caussa, vt contraria quo-
que nomina institueret. ὠραίων, καὶ ἄωρον. & addidit
accidentia. ἄωρον, πρὸς τὸ σπυρεόν. ὠραίων, πρὸς τὸ φλοιισμόν.
καὶ τὸ ἐνεδίαν.

779. Εὐχέ

779 Εὐχρόστερα ἢ τὰ ἐλαίνα. Nunc sigilla^{uini} digerit narrationem per genera. In codice est: καὶ τὸν κρητικὸν κοσηλόν. Cædendi tempus significat.

780 Πηγάζοντες. Theodorus omisit. Suprà erat in quarto capite tertij, πηγός. Admonuimus, an esset πηγός.

781 Ὅσα ἐρύττεται. Theodorus, Quæ apta obrui sunt. non intelligebam. Omnia enim sunt apta obrui. sed sic. Quarum vsus est ad partes ædificiorum, quæ terra conduntur. vt infra capite octauo. δρυς πρὸς οἰκοδομίαν, καὶ ναυπηγίαν. ἐπί ἧ πρὸς τὰ καὶ γῆς κατορυττόμενα. Et postea de Iunipero. διὰ τὸ ἀσαπίε. Theodorus, ὀψιαιτάτω, ferilsime. Hoc est plus, quàm dicere linguam Latinam.

782 Ἀλιφλοῖς καὶ τότε φαῦλον. Theodorus, vitium mendum est librarij. vitiatum: Quod hic de Haliphlo, Plinius de Subere.

783 ὑπελιγῶσιν. Theodorus, germinare incipiunt. Sententiam agnosco: vnde eam deducam non video. Ignoro enim verbum ὑπερζῶσιν. Scio & alia quædam: hoc nescio. Et λεύκω scriptum est, πένκω corrigunt.

EXCAP. II:

784 **A**σάρκος. Theodorus, rigidior. Non bene. Est enim pinus rigidior, quemadmodum mox ostēdit in cōparatione. σάρκα, inquit, μάλα κνή, καὶ μανήν. Iccirco leuis, quoniam albidior, quia tedam non gerit. Sanè de Abiete hæc omnia. Et profectò Abietis caro rara admodum. ita natura compensauit: vt cui esset rara caro, ea constaret neruis, tum multis, tum robustis. Pinus autem rigida

caro est, quippe quæ paucioribus fulciretur nervis.
 785 καθ' ἑα ἰμαλώς. Theodo. singulatim, plenèque.
 Puto scriptum reliquisse, planè, lege ἀδενής. Πληρῆ
 γὰρ ἔτως, ἐκείνως δ' ἀφαιρέσις. Theodorus, hunc enim
 in modum ictus, illo demptio fit. Nunquam perce-
 pissen. Simplicissimè & candidissimè. Hoc enim
 modo tundi: illo decorticari. Observabis, quæ de
 Abiete dicit hic, debita fuisse narrationibus libri
 superioris.

786 Δύο κληδόνες ἴσι. Attende verbum proprium ar-
 borum, cum ramos edūt. eos κληδόνας vocāt. Theo-
 dorus ex Plinio, venarū cursus. Vnde mox ἐκ κλη-
 δόνες. Est tamen κληδών, omnis ἔκφυσις, non solum
 venarum. Neque bene Theodorus, Naturæ contra-
 riæ. nō enim hic φύσις, natura, sed id, quod ἔκφυσις.
 & aliis verbis excipienda. Sic pote, aut melius.
 Cū ex vtroque latere medullæ contrariis ex par-
 tibus enascuntur calli.

787 Πελέκιστον ἔστι διπλόν. Theodorus, securis du-
 plex. Non est securis, πελέκισσις. Neque securis esse
 potest duplex. πελέκισσις vna tantum est, & bis adigi
 potest: non autem duplex.

788 Διασπρέφειται. Peruertitur, Theodo. contorquetur.

889 Τῶν γὰρ ἐκ κληδόνων, καὶ ἀσπράθων. Theodorus, Qui-
 bus venæ egregiæ perfluunt: quæque in opere obe-
 diant. Quid perfluit in ligno? melius, constant. Et
 fanè Theodo. verbi huius est amātissimus. ἀσπράθεις,
 non est obediens in opere. Obedire, indicat pas-
 sionem. ἀσπράθεις resistant iam, constantiam, firmita-
 tem. Est pertinacia quæ opponitur τῷ διασπρέφειται.
 lege μονόζα, & alia similiter.

790 Νευνιώτερα. Theodorus, Adolescentiores. minimè. sed, valétiores. Aristoteles quoque *ἄμ. κόν.* pro robusto.

791 Παραβόρα, ἢ ἐν περιπνοῖ. Theodorus, quæ vno ab latere, aut in orbe perflantur. Cùm arbores neque frontem habeant, neque latera eis ascribi debeant: semper à fronte exposita erunt vento. Neque est à latere τὸ παράβορον. Sed sic dices. Quas abietes Aquilo praterradit, aut in gyrum perflat. Vtrunque horum euenit obiectu, aut reflexu rupium, aut eiusmodi.

792 Ἐπιτομα, lege ἐπιτομα. Theodorus, breuia. Quia earum vsus ad opera breuiora comparatus sit. Propterea quod directiones interpellantur. Præcisa. Plinius in sextodecimo, cap. 39. Nodisque concisa.

E X C A P. I I I.

793 **K** Αὶ ἔχου τῶν. Notabis vocem, de qua nemo. neque eis fraudi sit, qui post illum fuit. Sed eius negligentia ascribamus, quod neque scimus: neque nescire maximi dispendij est. ὄζων. Hic Plinius, ramosam. Theodorus, nodosam. Idem legit, κάλλινα: non μάλισα. & κακοστροφέντα. Verùm interpretatio huius eum fallit. Malè adulta, inquit. Malè nutrita potius, antè enim, quàm adulta sint, nodosa fiunt.

794 Ὅσον ἢ ἑυτραφήεις. lege συστροφί, καὶ κύκλοις. Orbes Theodorus. Plinius, spiras. Idem est sinus. Δυσσεργότερον τῶν ἀόζων. lege τῶν ὄζων.

795 Κίετρα. Theodorus, Stimulus, malè. Si punctum non vis, aliud quæres. Mirum Græciam tam opulentam, idem verbum assignasse agentj, & patienti.

idque eodem flexu. κέντρον est stimulus, qui pun-
git. κέντρον est punctum, siue nota, quæ à stimulo,
stimulive analogo facta est. In ligno, & alia mate-
ria, clauum rectè dicas, aut verrucam. Hæc etiam
lapidum vitia sunt. Plinius in marmore centra, du-
ritia clauo similis.

796 Εκλιθαδῆ λίθον εἰς τὸ δένδρον. Theodorus addi-
dit, alam. εκλιθαδῆν est proprium funditorū. Theo-
dorus, inculca teris, passiuo flexu maluit uti.

797 Λόγιον ἢν ἀλώναμ. Theodorus græcissat. Quo
succiso urbem capi, ac diripi, oraculum erat.

798 Δημήτριος. Mancus admodum Codex. & sanè
Plinius non pessimè explicat quantum satis est.

799 Καὶ ἄλλα ἄτρε ἢ ἀτρεῖς κερμησί, ὅ ἐστιν ἐν κοτίνω,
ἢ ἀνέθη τὸ πρῶτον ἐγκοιλιάζεις. Theodo. Et alia quæ-
dam Attici ritus, parte qua primum affixa fuere,
ad ramorum ambitum concavata. Καὶ ἄλλα ἄτρε ἢ
ἀτρεῖς, scilicet σκευασίας, nō ritus, apparatus. Quod
autem sequitur, κερμησί. Sic dicas alia quædam fru-
stulatum. Et lege, ἀ ἔστ. quæ extant, siue inuenta
sunt in oleastro ea parte, qua sunt appensa primū,
atque in cavitatem impressa. Appensa ocrea cor-
ticem premit: itaque ἐγκοιλιάζεις. deinde lateribus
circumacrescentibus: ἐγκοιλιάζεται. ita statuas: si
κερμησί non sit mendosa vox. Nam Theodorus omi-
sit. omnia verò hæc sunt exercendi ingenij causæ.

E X C A P. I I I I.

800 Τῆς ὃ ἐβένυς ἢ μήτρα. Non igitur tota Ebe-
nus nigra. μελάνδρουον. Theodorus, atrum.
Mirum quare non aliquid finxerit: poterat enim
cōmodius, quàm alia multa; Roboratum. Sanè al-
bumen

bumen, latinum est. Atrum, aut nigrum fert analogia. Item Querquattrum, vt Quinquattrum.

801 Αλλά χαλκὸν αὔρα. Theodo. omisit. Et paulò post ἀποβρέχεται legit: non ἀποβρίθεται.

801 Τὴν ῥά φησιν ἀνίσι δὲ πρὸ θερμότητος. Theodorus, Tincturam enim vi sui caloris perlatat. Nunquam intellexissem. βαφῆν, accipe, ferri cadentis in aquam. Quid autem sit, perlatare tincturam? ἀνίσι, est remittere.

803 Ἰτίνα. Theodorus poetatur. Lenta salix.

804 Τὰς σροφῆς τῶν ποσσῶν πλελείνης. Theodorus, vltimos cardines valuarum adiungunt. Valuis dixisset: postquam maluit, adiungunt: quam faciunt. Plinius simplicissimè. Ob id cardinibus assamētisque portarum vtilissima.

805 Ἐμπαλιν τινόντες τὰ ξύλα. Theodorus, Faciunt eos ligna permutantes. Quod radicè versus, quòdque in cacumine fuit. Ratio verbi, permuto, non admisit eam sententiam. Permutare ligna, est cum ferro, aut alia re quapiam. tamen Plinius ita loquutus est. Verùm ille nihilo scelicius hanc est exequutus partem. Inquit enim, permutanda tantùm sic: vt cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. Neque enim sic est. Sed bina assamēta ad cardines cum coassant, contrario disponunt situ, vt vnus pars quæ versus cacumen spectabat, alterius respondeat parti, quæ vergebat ad radicem.

806 Ἐν τῷ ἐκείνῳ καὶ φύτῃ, ἢ περὶ ἢ ῥοπήν, ἐνταύτῃ πάντως ἐν ἡ φασί. Vides orationem mutilam: ex qua nihilo faciliorem aspicias à Theodoro. Nam si alterum per naturam eodem tendat, quo momentum est: ruina

vtique eodem sequi facile possit. Sic explices: *ἰσθὶ ἐκείνο*. Illud scilicet lignum, quod inuersum situ contrario est: καὶ φύσει, intellige *διετέθη*, secundum naturam constitutum fuisset (quippe contra naturam fixum est, deorsum spectante cacumine) ἢ περὶ ἢ ῥοπήν, qua parte impetus cœpisset lignum ad flectendū, ex vtriusque concordia πάντως ἂν ἡ φορά: eam in partem tota contortio incubuisset. Non loquimur igitur de ruina: vt vult Theodorus, sed de contortione. Dicebat enim ἀσραβῆς. Illud præterea contemplabere, cum vltimum ἀσραβίσατον diceret: hoc ostendit esse falsum, qui tantum ponat curā, & operā, & artis, ne contorqueatur.

807 Τὸς ὃ θύρας ἐν ἰσθὸς σωτέλεισι. Theodorus, valuas non statim apponunt. Perficiunt, potius. ἀλλὰ πρῆξασθε ἀφεισάσι. Theodorus, sed compactas statuunt. Immò relinquunt: postquam compegerunt, abfistūt. Et omisit κάπελα ὑστερον. Tum repetūt opus, atque absoluūt. Atticissima breuitas. Vt apud Aristophanem Nubibus. κάπει τὰ πὸ τὰρ ῥῶ ἕπερ. Item omisit, ἢ ἐλάτης. Sed suppresso Abietis nomine, dixit: quod rara, carnosaque: Valuę ex Abiete. Cardines vlmei. corrige in codice Theodori. Facile aërem attrahunt humectum. Est enim scriptum, αὐτῆ ἀέρα ἐνικμον.

E X C A P. V.

808 Τὸ ὃ θύρον. Pondere debuit inter Ægyptias.

809 Ταῦτα μὲν οὖν ἰδιότητά τινα τέπων. Hinc alia materia aliud exigit caput. Declarat enim affectiones elementares. Graue, leue, densum, rarum, & eiusmodi.

810 Ἀεπιὴ ὃ φύσι. Diuersum caput, in quo affectus

ctus perdurandi, aut putrefaciendi.

811 Εξ ὧν αἱ θύραι τῆς νεώσι νεώ τεθησαυρισμένας τέτρα-
ρας ἔκειντο γενεάς. Ligna cyparissina è quibus valvæ
Templi Dianæ noui factæ sunt, cum reposita fuif-
sent, per quatuor ætates durauere. τῆς νεώσι, Theo-
dorus omisit. Vetus templum incenderat Xerxes.

812 Ait robur in fluuiis nõ putrescere, in mari pu-
trescere: cætera è contrario. Condiri enim quo-
dammodo falsugine. Quæras porro quare, vt alia,
robur non conditur. An quia falsuginem in se
habet? Dicebamus enim in libro tertio, nitrosum
esse eius cinerem. Verùm in libris de causis satis
diximus.

813 Τὴν μὲν γὰρ ξηράν. Theodorus legit πικράν. quia
subdit γλυκύτης. Et suprâ dicebat vermes ex hu-
more dulci oriri. Dubitamus tamen nos. Neque
enim amara Abies, sed sicciior, quàm Pinus. Itaque
ξηράν, lego: vt γλυκύτης non tam dulcedinem signi-
ficet pro causa, quàm humorem primo significatu,
vt opponatur τῷ ξηρῷ: & consignificet dulcorem,
pro cõcaussa. Præterea tedam scimus nos amaram
esse. Ad hæc in mari nascitur τερηδών. Salsum autẽ
& amarum, affinia. Tineam τερηδόνια videtur Pli-
nius interpretari. Terebinthem etiam dicit.

814 ὑφ' ὧν σπινθίται καὶ μικρὸν τὰ ξύλα. Lego στυ-
παίνεται, aut τιτραίνεται, sicut mox τιτραίνη.

815 Πιττακοπηθέντα σέγη. Τριπλοκοπηθέντα. Lego ἰσλαῶν
autem vt sit, docet. in mari enim curari. Hoc est σέγη,
non transitiuè, sed absolutè positum: quod neutra-
liter rudes dicunt. Significat autem, coire, coales-
cere, operire hiarum: quemadmodum infrâ de A-
biete. Si hiar, madefiat: tunc συμμύη, inquit, καὶ σέγη.
Plinius

236 LIBER QVINTVS

Plinius hunc tractans locum omisit. Theodorus diuersus abiit. Durare, inquit, nimirum valet.

816 Ὡσπερ οἱ μωδοῦχοι. Sic lege. Theodorus aliter accepit. Tu sic. Cùm ita excauauerint, quemadmodum latebras suas mores consueuere. Corrige in Codice Theod. colorata: & pone odorata. ἰσμοδοῦ.

817 Ἐλιμνώθη τὸ πεδίον βραχύντες ἢ βερέθρα. Theodorus, Cùm obstruis facibus lacus in campum redundauit. At βραχύντες ἢ βερέθρα, non est obstruis faucibus, sed ab imo erumpentibus scaturiginibus. Hoc enim βράσσειν, Ebullire, feruescere cum sonitu. Vnde βράσεια in mari. Itέ ὡς ἑρράγη καὶ ἀπῆλθε. Extruis obturamentis. potius, disruptis obiiicibus, disiectis.

EX CAP. VI.

818 Ἐν τύλῳ ᾗ. Hæc quoque reponeda fuere inter historiam arborum peregrinarum. Lege κατάγειται, frangi: non κατὰ γίνεσθαι.

819 Θάττον δύεται καὶ ὕδατος: καὶ ὅπινει μάλλον. Theodorus, Citius descendunt: vel si fluitant, plus deorsum versus sanè inclinantur: legit igitur ὅπινυει.

820 Ἐστὶ ᾗ τὰ μὲν ἔνεργα ἢ ἐξύλων. Hinc aliud caput de affectibus, quorum finis ars est.

821 Τὰ ᾗ μοχθηρὰ σιδήρια δύναται τέμνειν τὰ σκληρὰ ἢ μάλακων. Deest, μάλλον: aut subintelligitur. Theodorus non refert μοχθηρὰ ad σιδήρια: sed ad materiam. Vitiatam, inquit, duramque materiam. Tamen duritiam esse vnam ex causis, quæ vitii obfistunt, supra dicebamus. Melius est referri ad ferrum: ita vt etiam obtusum ferrum plus valeat ad dura, quam ad mollia.

822 Μόλυσά

822 *Μάλισα γδ ἔλκεσται.* Theodorus legit, *ἴσισα.* minimè, & sanè rectè. Nam si *ἔλκεσται*, est *συμπε-
είσασται κινεμένης ἢ μήτρας*; & negant eis medul-
lam esse: necesse est, vt etiam negent τὸ *ἔλκεσται.*
Theodorus omisit, *διωάμει.* Sed est vox peripa-
retica, & huic conueniens loco. Nanque in Abiete
manifesta est, in Buxo non est, sed *διωάμει.* At illi
hoc quoque negant. dele improbam vocè, *ἐλάττω,*
& repone *ἐλαφν.* & ζῆ γδ, ne interpretere in singu-
lari, quemadmodú Theodo. sed in plurali, tam de
olea, quàm de buxo. Hæc verba sunt à Philosopho
posita ad antipophoram. tollit nâque tacitam ob-
iectionē. Ablatis enim iis partibus quæ circa me-
dullam sunt, etiam diu queunt viuere. Eas partes
appellat *γυράματα*, quia in orbem circumstant me-
dullam. *Circos* vocat Theodorus nouo vsu.

EXCAP. VII.

823 *Φανερόν γάρ ἔστι.* Non debuit ab superioribus
separari. De medulla enim etiamnum agit.

824 *Παντός ὡς ἰπέιν, ξύλις σκληροτάτη μανοτάτη ἢ
μίτρα.* Theodorus legit *σκληροτάτη καὶ μανοτάτη.*
Quasi non agat de lignis durissimis, sed de omni
ligno. Nam mox vtranque partem de medulla exe-
quitur. *μανοτάτη μὲν σκληροτάτη δέ.* Et dixit *ὡς ἰπέιν.*
Quia quarundam arborum densissima, vt *Gaiaci.*
Plurimæ tamen eget animaduersionis, an τὸ *μανό-
τατων* sit *σκληρότατων.* Videntur enim hæ duæ naturæ
coniungi non posse.

825 *Τὸν ὃ ξύλων τὰ μὲν χριστὰ, τὰ ὃ πελεκητὰ, τὰ δὲ
στρογγύλα.* Miscuit actum Naturæ, cum potentia ad
artem. Dico miscuit, quia ex æquo fecit ex his dif-
ferentias

238
ferentias in speciebus. Abusus igitur est. Nam
στρογγύλον est actus. χριστόν, est aptitudine, & πελεκητόν.
At hoc ipsum χριστόν, & πελεκητόν, non est nisi
ἐκ τῆς στρογγύλης, καὶ ἐν αὐτῇ. Præterea πελέκειος usus,
tam est ad decorticandū, vt relinquatur στρογγύλον,
quàm ad dolandū in angulos. στρογγυλωτά debuit
dicere. Verùm quia teretes sunt, & teretes relin-
quuntur, non autem tales fiunt: iccirco usus est vo-
ce primogenia. melius infrà. ἀψαυσα. Adde quòd
πελέκεισι, etiam ad rotunditatem exercetur. Multa
enim columnæ rotundæ, non solo ablato cortice,
sed etiam ad veram & regularem circinationem.
Atque hinc caput aliud instituito.

826 Διὰ τὸ ἐξαπολείφθαι πλὴν μήτραν. Theodorus,
Quod medulla nulla in his, lateribus plenioribus
circūdetur. In nostro Codice nulla sunt latera illa.

827 Βάρος δέ. Diuersa materia, atque ab superiore
segreganda. Est enim à potestate actiua. Theodo-
rus omisit, ἀπαλαίτιθι μεναί. Et sanè infrà. Τεκτονικῆ
μεν οὖν ἡ παλαιότατη κρατίστη. Etiam vulgò architecti
id obseruant. Sublicas & columnas abiegnas in-
eptas esse oneri ferendo: Roboreas præstare lapi-
deam firmitatem. Longuriis & laquearibus, robo-
reas findi: Abietis usum eligendum.

828 Ἀλλὰ πρότερον σήπεισαι, καὶ ἄλλως ἀπαυδάσει. Theo-
dorus, Sed prius, quàm viribus, carie, aliásve defi-
ciunt. Malus autor, cum Plinio, latinitatis. Deficiūt
carie, non deficiuntur. Deficiuntur viribus, nō de-
ficiunt eo modo, quo deficiunt carie: itaque quas
vires addidit de suo, ea de sententiæ viribus puri-
tatem sustulere. Notabis etiam σήπειν pro carie.

ἀπαυδάσει

καρσίαν etiam Dioscorides dicit. Plinius quoque cariem interpretatur. Alibi σήπιδαι est putrescere, longè diuersa à carie ratione. Putredo ex accessione humoris peregrini: caries ex vtriusque defectu. Quod autem dicit Philosophus, ἴδεν ἡδ' ἐν διστάσει, intellige sanè. Falsum enim est, si exactius accipias. Immò verò ad eò cedunt oneri, vt inambulantes subcutiantur, & fluctuent. Sed ita cedunt oneri, ne succumbant. Ablato enim onere, ad directionem redeunt.

829 τὸ ἴσ' εὐβοϊκῆς κερύρας. Theodorus Plinium sequutus omisit cognomen, εὐβοϊκῆς. malè. Nanque si non addas: non erunt necessaria verba illa. γίνεται ἡδ' μέγα. Vulgaris iuglandis nostratis nò erat opus magnitudinem indicare. Lego φοφοῖ, Plinius etiam aliter scribit, τὸ γίνεται μέγα. Fiunt ex ea trabes. πρὸς πλὴν ἔρεψιν. Quod alibi ἔρεψιμον. Theodorus, ad opus tectorium. malè. Vides apud Vitruuium, quid sit tectorium opus, quid trullissatio. Plinius simplicissimè. firmissima in tectum.

830 Ἐχέκαλλον μέλισσα ἢ ἐλάτη. Theodorus legit πύκη, malè. Neque suum ducem Pliniū animaduertit, quot laudibus Abietem extulerit. Et verba hæc illis respondebat. πρὸς ἡ τὰς τεύλονων χρείας. & mox, ἐάν ἡ κολληθῆ. Et Plinius, fabricæ artis genere spectabilis. & glutino sociabilis. Puto multos errores hoc in loco esse apud vtrunque autorem.

831 Εὐτονώτατον ἢ φιλόκη. Theodorus obedientissima. Immò verò rigidissima. Plinius obedientissimam quocunque in opere fraxinum dicit, quia ducitur ab arte ad omnia opera.

840 LIBER QVINTVS

832 Τὰ εἰσφάνας. Theodorus, circos. Non intelligā flaminium, aut maximum, sed orbes. Qua ratione lentam materiam ad furculas præ aliis eligerent, considerandum est.

E X C A P. VIII.

833 Τὰ σφισμαῖα. Theodorus, segmenta. rectè: ut ramenta, & strigmenta. Veteres segmenta, pro lamellis ferè. Pulverem illum vulgus serraturam. ἐμπλάτσει. Theodorus, implet. rectè. Sed non implet Græcam vocem. Plinius, replent. vide Galenum.

834 Αναφέρεται. Theodorus, expui: nimis ambitiosè. Neque verum est quod ait Theophrastus: ob pondus. Quantillum enim est illud? Sed quemadmodum dicebat de Serraturis? ἐμπλάτσει. Lenta enim sunt, & hærent. Et notabis, ἐκ τῶν ἐκφυπτήματων. Ex-rerebramenta. Lege τῶν ἰξερῶν. non αὐτῶν, ἀρῶν.

835 Τὸ τερνιτήειον. Theodorus, Ferrum. nimis communis vox. Est dubitatio. Ait enim καὶ ἡ πελεκήσις εἶς τῶν μαλακωτέρων ἰσίων. At suprâ dicebat. μάλλον τέμνειν τὰ σκληρὰ τῶν μαλικοῶν. Ibi loquitur de vi τῶν σιδηρίων τῶν μοχθηρῶν. Si ferrum acutum sit, melius fecerit molliora. Si non sit acutum, efficacius agat in ea, quæ duriora sunt. Propterea quod acies in molle agit. At hebetè durum rumpitur: molle non recipit, sed cedit.

836 Ὀλως ἡ πρὸς πλοῖα. Hinc aliud caput. Nanque hætenus de affectionibus. ἐνφρισα, ἐυχισα, ἐυπελεκητα, ἐυξσα. deinceps de usu, ac fine.

737 Ἴνα ἀντὶχθῆ πρὸς τὰς νεωλκίας. Theodorus, ut cum in terram attrahitur, resistere possit. verbo latino

rino abstinuit. subducitur.

838 Καὶ ὅλως ἐκ τούτου τὸ χέλυσμα. Pollux in primo declarat quid sit. τὸ ἑπὶ πῶν πρῶτον προσηλέμενον, πρὸς τὴν μὴ πρῆεσθαι πῶν ὁρίων. Vides duplicem carinae spinam.

839 ἔχ' ἀπλεταὶ ἡ ἐδὲ κατὰ πῶν κόλλησιν ὁμοίως τὸ δριμύτων ἢ πικρῶν, καὶ ἐλ-τίαν. τὰ μὲν γὰρ πυκνά, τὰ δὲ μαλά: καὶ τὰ μὲν ὄμικρα, τὰ δὲ ἄ. Si non æquè glutino iungitur quercus cum pino, & cum abiete: erit quia alterutrum similius est quercui. scilicet pinus. Ratio similitudinis est, τὸ πυκνόν. Hæc est sententia. Plinius eam nimis laxè exequutus est. Glutinum abdicant quedam, & inter se, & cum aliis infociabili glutino, vt robur. Non est verum, quod ait in omni genere esse, quæ inter se non glutinantur. Nanque Abies vbi glutinatas partes habet, ibi difficilius disilit, quàm vbi solida est. Præterea exemplum vanum est roboris, vel auctoritate hoc loco Theophrasti: vel subsequenti narratione sua. Similia enim inter se glutino iungi. Quippe lapidi lapidem, & quercui quercum componimus: vt tueare Plinium, exemplum roboris sit alterius tantum partis, cum dicit: & cum aliis. Tamen id quoque falsum est: cum pino enim hic affirmat. συμφύεσθαι, Theodorus, Sociari, & conflari. Verum sociari, est minus, quàm συμφύεσθαι. Et Conflari, est metallorum, non glutinationis: coire, etiam mollius est. Componi est intra significationem. coalescere, est propemodum quod dicas.

840 ἢ ἡ τὸρνεία Theodorus, tornatus. Neque propterea scio quid sit. An significat omne opus tor-

Q

narile? Verùm nescio quare in Trochleis γληρότης
velint, cum etiam areas instituamus, Posset ali-
quis suspicari esse instrumentum, quod Arganá vo-
cant Itali, quasi organon aut ergata, quod est etiã
apud Vitruuiũ. Verùm puto Pollucem huius fuisse
facturum mentionem.

841 Τὸ ὃ σπείρωμα πρόσω τὸ χέλυσμα. Sic lege. σπ-
ρέωμα videtur appellare πύ προμβολίδα. Adunci-
tatem desinentis in prorã spine, ante rostra. ἔμβολος.
Intelligo spinam, primariã carinæ trabem, cui co-
stræ affiguntur, puto columbam à nautis appellari.
ὀπιωτίδες sunt; quæ eminent vtrinque partes, inter
quas etiam oculi: ibi quoque navis nomen inscri-
bebatur. In summo medio statuebant, aut Delphi-
num, aut Pristin, aut Sirenem, aut Harpyiam, aut
Centaurum, aut aliud tale. id pro naso habebatur.
Quare etiam apud Homerum licuit poni, παρεία.
Theodorus addidit, Nauibus rotundis. Et legit,
πιτύϊνον ποίεισι τὸ σπείρωμα, διὰ τὸ ελαφρόν τὸ δὲ χέ-
λυσμα, καὶ τὰς ὀπίδας. Nunc è pinu facit id nullus:
sed olim, vt apud Catullum, & Virgilium, atque
alios legimus.

842 Ἀδενὴς πάλμπαν. Corrige apud Theodorũ infr-
missima. Verùm infelicitèr addidit verbum, con-
stet. non enim cum ea infirmitate conuenit signifi-
catus constantiæ, & roboris.

843 Theodorus Τὸ σέλι, Rimis coniunctis omni-
bus continuat. Posuit verbum hoc, absolutè sine
casu. Nescio an dicam, rimam coniungere. Est e-
nim Rima hiatus, & canalis in mōtibus, qua aqua
fluit: ibi fuit origo significationis. Rimarum didu-
cta

ετα labia coniungere quis possit: hiatum non possit. Πλην είντε πάντασιν εξημασθη. Theodorus nisi quicquam penitus exaruerit. τὸ quicquam, non est hic necessarium. De Abiete enim loquitur.

844 Πρίστει τὰς κίττας. Theodorus addit, Funibus. Et corrige, quia scriptum est cuiusque.

845 Μίλος εἰς ὠρεκαλλήματα. Theodorus addit vocem felicissimam, tenuisectilia.

846 Μονοτρόφος ἀμάξας. Pollux non docet hanc differentiam. Nescio an sint plaustra birota. Præterea nescio quo cōsilio dixit idem Pollux ἀξωνας σρεφομένους. Axes enim neutiquam vertuntur. Theodorus, ad axes simplicis verticis. Rara hæc verticis significatio sic. Putabam aliquando hic τὸ μονόσρονον esse pro rota, solidum quippiam ad modum phalangis: quia dixit, ἄρος ἀξωνας. & addit, καὶ ἀμάξας, scilicet pro rotis solidis sine radiis. Theodorus mendum sic deterfit. καὶ ζύγας λυρῶν, καὶ τετραπύλων. διφροπηγίαν, interpretatus est, vectabula. Carpentū est, δίφρος. Cutrus cum sella duos capiente, δύο φορεῖν.

847 Καὶ γαλιάρχας. Theodorus, Prala, & torcularia. γαλιάρχα est cauea, & carcer. Si ita sit, ad clathros vtilem dicas.

848 Ἐλκιδθα. Theodorus, Burim. Ne huius quidem meminit vocis Pollux. Apud Hesiodum non est. sed ἔλκυμα. Burim interpretantur. Alij stiuam, malè. Nanque est, ἐν ᾧ ἐν μ. σ. α. ὁ ζυγός. At stiuā est manícula aratri.

849 Εὐβοϊκὴ καρύα. Theodorus omisit εὐβοϊκή.

850 Ἐδὲ φιλύκη. Hic abdicat à fabrica philicæ vsu.

Q 2

At suprâ, εὐτονώτατον ὃ φιλική. Puto iccirco legendum, φιλύρα. φιλυρέα.

851 Κήλαστρον ὃ, καὶ μία. Corrīgunt, μία. Neutrum agnoscit Theodorus.

852 Καὶ τὰς κίβας, καὶ τὰ κανᾶ. Vbiq̄ue κίβας hactenus, cunnas est interpretatus Theodorus. Nunc vbi sunt κανᾶ, id est cistæ, & canistra, poterat commodius cunnas, dicere. & cistas maluit.

EX CAP. IX.

853 **Δ** ἰήρηται ὃ πρὸς τὰ τεύχονικα. Non debuit hæc pars à superiore disjungi. Adhuc enim perstat in materiæ vñibus, ad instrumenta.

854 Διαφέρει ὃ ἔξ τῆς πόδας. Non est dubiũ quin statuatur à locis differentias. Sed pedem pro loco nysquam positum memini.

855 Τρεῖς ἄνδρας. Theodo. vnum addidit. Plin. nullũ.

856 Οὐκ ἔτεμον ἐν βασιλείς. Theodorus addidit imperitia. Quæ ea imperitia sit? cædendi, an transuehendi? Quis nescit Cedrum aut aliam arborem cædere? Quis separet vehendi imperitiam à difficultate? Nam tamen duo sunt: tamὲ δυσκόμισαν vtrunque capit. Neque Plin. quicquã, neque Athenæus: qui tamen ingentium nauium structuras narrat.

857 Τὰ ἐν τῇ κόρνῳ. Correxerunt, κορσική. κόρσις & κορσίκη apud Stephanum. Nunc ibi non sunt ea miracula arborum, quæ iactat Theophrastus.

858 Οὐδὲν ἂν εἶναι πρὸς τὰς ἐν τῇ κόρνῳ. Theodorus, quas Cornica gignit, pro nullo certè habentur. Verbis Ciceronis Græcam sententiam purius expressisset. ille enim. Sed nihil ad Lælium.

859 Βυλομίνας κατὰ σκευάσαι πόλιν. Sic lege, non

π. 1. 101.

καλοῖν. Nam mox, ἀποσπῆναι ἢ πάλιν ἀκίσειν. Item lege, διαχρίσειται τὰς ἰσύς ἐπὶ τὸ σπυκνόν. Theodorus, Nexus, denſaque malos perſcinderent. Nescio quid ſit hic, nexus. & mox, τῇ ὕλῃ. Immani arborum turba: nunquam dicam turbam lapidum, aut arborum. Et Romanos fatuos, qui à litore non abſiſterent prius, quàm arborum proceritate, atque frequentia, quas procul liceret (vt mos eſt nauigantibus) conſpicari, vela ſcinderentur.

860 ἢ ἐξελίσεισθε οἱ πεντήκοντα ἰσύς. Lege. ἢ ἐλκίσεισθε πεντήκοντα ἰσύς.

861 Διὰ πλὴν ἀνετη. Theodorus, ratione laxationis. non intelligo. Sed ob temperiem. eſt enim ἀνετος δόξο τῆς ὑπερβολῆς.

862 Τὸν ἃ τόπον ἢ) εἶπεν ἰς ἀνδρὸς θέσιν. Theodorus omiſit. Viderur deſſe quippiam ad hanc ſententiam. Locum hunc à Citce adornatum, aut conſtitum ad viri, ſcilicet Elpenoris monumentum.

EX CAP. X.

863 **K**αὶ μάλα οἱ ἄλλοι κολοῦν. Theodorus omiſit. Habes alia & diuerſa inter ſe ſignificata apud Athēnæum, & Pollucem. Nescio an tempeſtiuè admitteremus, κολοῦν. Homerus etiam, κέλον, pro, κολοῦν.

864 Καὶ οἱ ἐν ἀκμοτέραις ὕλῃς. Lege, ἐνικμοτέραις. Ex materia humidiorē, & ſpiſſiorē. Reddit rationem. ὑγροτέραις ἢ ἢ πυκνῇ. Et iam dixit, Carbonem ex ſpiſſiore meliorem. ergo ex humidiuscula. & fanè dicebat, ἐνικμον. Medius terminus ſyllogiſmi, eſt humiditas. Minor propoſitio, humida ſpiſſior. Igitur errauit Theodorus, qui dicebat: generis ſiccioris. Le-

Q 3

gerat εἰκμοτέρας. Neque putes contradictionem, cū petit ex apricis, mox ex humidis. Quippe ὑγρὸν significat humoris copiam. ἐνικμον autem mediocritatem. Itaque dixit, συμμέτρως. Et paulò inferius seipsum interpretatur. λέγω ὃ ὑγρὰ τὰ ἔλαια. Ponit deinde etiam alia ex causa præstantiorem. Inter ea, quæ densa sunt, sicciuscula maximè eligēda: quia ex densitate ἀντίχασιν, ex siccitate acutū edunt ignem. 865 Οἷς ἐν τοῖς σιδήροις. Lege, ὄψ. Theodorus omisit, ἐνθεοῖς, sicut sæpè hæctenus. Lego ἀδενέσφροι. Nam hoc tractat quem ad vsum οἱ μαλακώτεροι ex-
petuntur.

866 Τὰ ἑθία, καὶ νία. Theodorus legit, λία: læuia. Quia ex nouellis minus probus carbo declarabatur. Itē ex vetustis. Et ratio est τὰ λεία: propterea quòd ligna ipsa maximè contigua esse oportet. Idem legit, περιείψαι: non autem περιελείψαι. Oblinendo struem, obducunt fornacem. oblinūt ergo luto pyram ipsam. Sic Plinius. Acerui confertis paleis recentibus luto caminantur. Hoc est, περιελείψαι. accensāque strue. hoc est, ἐξάψαι. ὡς κεντύντες ἰδελίσκοις. hoc est, contis pungitur. πρὸς πῦρ κατὰ πλοῦξιν, lego κατὰ καυσιν.

867 Omisit Theodorus λίκλι, vt toties alibi monuimus.

868 Chæremonis. Carmen est iambicum senarium cum hemistichio præcedente, ad hunc modum

Ταῦτε δυσκαπνώϊατε

Φοῖνος ἐν γῆς ῥιζοφοιτήτας φλέας.

Theodo. apte interpretatus est; & anteposuit intergrū. Obseruabis verbum ἐποίησιν, quia erat ποιήεις.

Sic

Sic Aristoteles ferè semper.

869 φλογισθέντα. Theodorus, φλοισθέντα, & ὕρτικα. rectè.

870 Οικείας ὑγρότητος ἐξηρημένως. Proprio humore exempto: sanè propterea fumum non faciunt. rectè. At enim uerò quomodo μαλακωτάτην φλόγα; Hoc est superioribus contrarium. ἑξυτέρα φλόξ ἢ τῆς μανῶν, καὶ κέφων, καὶ αἰών.

871 Καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ἀλλήλοις ὄσσι χρῆσιμον. Nō videtur vox ἀλλήλοις hic quicquā facere. Quare Theodo. omisit. lege ἐμπυρεύεσθαι, ἐμπύρευμα apud Aristot.

872 Καὶ ἐ δίσκων. Theodorus, dimittit. Non: sed, transmittit: quia μανὸν ἔλκει. ἰὸ ὃ γλίχρον χεῖ: & non δίσκων.

873 Πυρία μὲν οὖν. Videntur veteres etiam aliaraatione, quā silicis, concepisse ignem. Terebrum faciebant ex ligno solidiore: deinde ei tabellam supponebant ex ea materia, qua ignem concipere ex attritu posset. Tabellam hanc ea de causa ἐχάρασαν appellabant, tanquam focum. Theodorus ab officio conceptaculum.

874 Εὐθύσει καὶ φύσιν. Theodo. omisit. lego, τῆς δει.

875 Αἰθέρι ὃ τῆς ξύλων. Hoc esse decet separatum caput. Est enim præter materiā ignariorum. Et affectus nature triplex declaratur, vt humorem edant, vt extumescant, vt regerminent. Lege ἰδρίων, sudare.

876 Ὁ ὃ καλοῦσιν ἰλείαν ἢ εἰληθίης, ἑσφδρον. ὑπὲρ αὐτῆς ἐκθύονται ἀπὸς τῆς ἐκατίνως. Theodorus, simpliciter. Quod vōcant Lucinam: & sacrificiis obseruandum aruspices iubent. Omisit, ἰλείαν, & ἑσφδρον, & ἐκατίνως. Extat igitur in lignis tumor ali-

Q 4

quando humorem continens. Iccirco non Lucinam vocat: sed quod vult Theodorus: Sed *ἑλίκια* Lucinae. Et est *ἑφουδρον*. Est autem *ἑλίκια* siue *ἑλίκια*, collectio, ac retentio. Nomen inusitatum, sicut & rara res. Et quia videbatur prodigium, arborem prægnantem esse, Deæ attribuerunt. *ἑκατίσσι* sunt Hecates sacerdotes, quæ & partus præest, & interitui. Tergemina enim est.

877 *τόπον ἔχει νεότερον*. Lego, *νεότερον*. *ἀργα*. Rudes Theodorus, rectè. Vacua, & otiosa ab opere. Sic in libro sequenti de Silphio. Otiosa ab usu. Diuus Paulus non semel vsurpauit pro eo, quod est priuare officio. Origo verbi ab opere & priuatione *ἀεργός*. Vnde ager Latinis, & sane talis est morbi definitio, Læsiō, aut ablatio officiorum. Hominem eiusmodi nullius operæ Thulci mira voce notant Scioperonem: quasi sine opera. Ad Græca vergit ligurum Taurinorum appellatio, Gargus. Herodotus in Thalia, Darium, *ἀργόν*, vocat: Cunctantem.

878 Hic animi atque eruditionis gratia monendum censui. Vsum arborum atque herbarum, præter eos omnes, qui positi sunt, esse etiam in viuentibus, quasi pro materia. Qualem videmus in salicibus ad opus topiarium: in vlmis ad vites. In spinis, Sambuco, Malo granato, Rubo, Cydonio, Aparina, ad sepes. A Iureconsultis proditum est in criminibus extraordinariis puniri apud Ægyptios eum, qui Sycomorum succiderit: propterea quod iis arboribus colligentur aggeres Nilotici, quibus aquarum incrementa retinentur.

FINIS LIBRI QVINTI.

EX LIBRO SEXTO

CAPITE PRIMO.



Ἰὰ τὸ ξυλάδεις ἔσσι. Est proportio fruticum 879
ad arbores in natura lignea, quæ utriusque
communis est. Idcirco de his prius, quam
de herbis. Hoc ex Theodori interpretatione non
potes agnoscere, qui interpretatur furculosum. At
non pauci furculi non sunt lignosi. Omne quod
è terra surgit surrectum, furculus est, etiam in her-
baceis: quare milium quoque nigrum, Surgum
est dictum.

880 Rhaphanon hic interpretatus est, Radicem.
ῥαφανίς tamen frequentius dicitur à Theophrasto.
ῥάφανος autem Brassica. Vtrunque à Plinio, ut su-
pra ostendimus.

881 Καθ' ἑκάτερα. De quorū utrisque dicendum est.
Theodorus omisit.

882 Τα ἢ καὶ ἄλλοι πλεὺς ἀκανθὰν ἕτερον ἔχει φύλλον. Theo-
dorus, Alia iusta folium aculeatum, altero quoque
conduntur folio. Quia dixit ἕτερον ἔχει φύλλον. Si al-
terum folium, ergo duo. Ceterum hoc nequaquam
verum est. Ononis enim à sarmentis edit aculeos
fatis longos, ac teretes, qui foliolis vestiuntur, ne-
que alijsmodi foliū habet. Quare ἄλλοι πλεὺς ἀκανθὰν,
non debuit interpretari folium aculeatum. Quid
autem hic agat ἕτερον, videndum.

883 Ὁ ἢ τριβόλος, καὶ ἢ ἀεικαρπία φιλύκαιθιν ἔσσι. ἔχει
ἢ ἀκανθὰς ἐν τῇ ἀεικαρπίᾳ. Theodorus, Tribulus
vel semine aculeigera constat. Habet enim in se-
mine aculeū, quæ nugatio. Semine aculeigera: quia

Q 5

350 LIBER SEXTVS

semine aculeum gerit. puerile. Et Theophrasti oratio morosa est. Ὁ ἢ τριβόλος, κ' ἢ περικαρπία, quomodo subdit, φυλλάκανθον. Quo pacto περικαρπία φυλλάκανθον, si περικαρπιον est, non φύλλου? ἀκαθάρτου potius.

884 Περθεύαντα. Vox rarior, Atticis ramū significans.

885 Τύπη. Theodorus, notatim: ineptè, κτώρετ. Casiam. Plinius Higini autoritate: aliud à Cneoro Thymelæa.

886 Φακός. Nescio quamobré immiscuerit his lentem: lego σφακός, prudentius diuideret in maiora genera. Quæ lac habent, quæ serpunt, quæ scandunt, aut ab aliis habitibus, γυζόφυλλα. & eiusmodi. Aculeum cultu cum multa deponant, non videtur omnibus esse differentia essentialis. Asparagus quoque è spina fit furculus.

887 Μυσοείον lege, non μυσοείον. Theodorus à Mure, muralem, pessimè. Nam à muro hoc, & nõ impleuit, φόνει.

EX CAP. II.

888 **A**ΜΦΩ ἢ ὁμοία τοῖς ἀρχαίοις. Theodorus addidit, ῥόδοις. Quia dicit πρὶν ἄσσημα. Alio qui hîc intelligas de urbana tātum edera eum scribere: quam cum syluestri comparet. Et sanè colicœpta fuit olim Edera ad delicias coronarum. Itaque alibi & urbanam, & syluestrem agnoscit. Meminerimus Theophrastū, tamen si superioribus commentationibus de Edera longam explicarit narrationem: tamen ibi de fuisse. quæ hic poneret. Theodorus omisit, διαρῶσι. malè. Oportet enim scire, Autoris ne sit sententia, an aliorum. Itaque φασι,
&

& λίγαι, & ποιῆσαι, & διαρῆσαι, legas. Corrige
λιπαρότερον.

889 Ὁ ἢ μέλας ἴσμος. Theodorus rectè agnoscit,
ἄσμος: quia disiungit à candido, quem statuebat
odoratum. Nisi velit dicere, ἰσμοῦδης, olens, odore
grauis. Niger autem odore bono.

890 Ξυλώδεις. Theodorus, furculosi: vt suprà. malè.
quia dicit ἀκρέμνας. Hoc significat substantiã, si-
cut furculus. Apponit quantitatem siue habitudi-
nem à quantitate, παχῆς. Deinde alium habitum
à substantiã. Ξυλώδεις ἀκρέμων, est à forma. Ξυλώδης,
à materia. Transfer Ξυλώδεις ἀπὸ πῶς δὲ, ad radicem
sic, μεγάλην ἔχουσι, Ξυλώδεις ἀπὸ πῶς δὲ. & legemus,
γλίχρως. quippe ad vincendum aptos. Theodorus
omittit προσλαμβάνειν.

891 Ὠσπερ τῶν οἰσῶν. Theodorus iunco. Vimen οἰσῶς
est, non iuncus. In primo Pollux οἰσύνῳ ἀσπίδα
narrat. Sic & Thucydides. Interpretantur etiam
οἰσύναν, ἰτέαν.

892 Εὐανθῆς ἢ σφόδρα. Theodorus legit, ἰψιανθῆς.
Quippe reddit rationem. καὶ γάρ. Verborum atten-
des poëticam dispositionem. & puto inuersa. καὶ
πρὸς τὰς καὶ γὰρ ἀνθεὶ χειμεινίας.

893 Διὸ καὶ ἐν ἀρκαδίᾳ γίνεται θυμβρατο καὶ ὀρίγανον.
Atticè Theophrastus: at non Latinè Theodorus.
græcissat enim sic, Nec in Arcadia Saturcia, & ori-
ganum prouenire possunt. Alius dixisset, nec Sa-
tureia, nec origanum.

894 Τριακοσίων σταδίων ἀπὸ θαλάσσης ἔπιάνω. Theo-
dorus, Trecentis stadiis non posse prouenire. Im-
mò trecētis ait Theophrastus: ἔπιάνω, negat. Tota
autem

autem sententia nunc falsa. Alicubi enim *εεμρ*.
In Plinij Codice alia numerorum ratio.

895 *Ελαττον*. Theodorus, contractius, pro eo quod
est, minus: ambitiosè. Plinius de Salvia duo verba
tantum, de Sphacelo nihil. de Elelisphaco nullam
speciem, aut faciem. de usu, bis. Lego *πραχύτερον*.
non, *βραχύτερον*.

896 *Τας εντομας εντόμας*. Sanè faceta loquutio.

897 *Τὸ δὲ ναρθικώδες*. Non ab re hinc secare ca-
put posses.

898 *Ἐἴτε τὸ αὐτὸ γένος ἀμφοῖν, εἴτε καὶ ἕτερον*. Nota
hic genus, pro specie. Siue eadem est species v-
triusque, ita ut magnitudine tantum differat. Nam
si accipis pro genere: falsum fit. Diuersarum nan-
que specierum idem est genus. Et loquutio malè
apta est. Neque enim queas dicere: *ἕτερον ἀμφοῖν*.
alterum ambabus: sed *ἕτερον ἑκατέρω*. Ambo copu-
lat, & non disiungit. Vterque, & copulat subiecta,
& partitur attributa. Non dicam, ambo diuersa sen-
tiunt: nisi addam, inter se. Alioqui referentur simul
ad alios, qui aliter sentiant. Sed vterque diuersa sen-
tit. Coniungit duos in comparatione: & disiungit
in sentiendo.

899 *Πρώτον μὲν ἢ φύλλον, ἔπειτα τὴν καυλῶν*. Er-
go non est *φρυγαώδης*, sed *πωάδης*, si folia prius
oriuntur.

900 *Καθάπερ ὁ μανδραγόρας* Nullum mandragoræ
caulem vidi similem ferulaceis. Sed caniculos bre-
ues, tenues, molles. Quem referrè ad cyclaminum,
ad asarum, ad chelydonium minus: cum asphodelo
nullo modo compararem: tanto minus cum ferula
auderem.

auderem. Præterea fructum *ραγώδην*, id est, ut ait Theodorus, racematim, ferre cum dicat: alium à nostrati penitus agnouit Mandragoram. Pomum enim noster gerit, & singularem, cui vinosus sapor nullus. τὰ ὅσ' ἐκνευρόκαυλα, Theodorus, Neruicaulia. Considerabis τὸ ἐκ. xquè verò est ratio neruorum in caule & ferule, & fœniculi, tametsi nō xqua. ut propterea distinxerit illis verbis, τὰ δ' & addiderit τὸ, ἐκ.

EXCAP. III.

901 **Μ**έγισται ὅ καὶ ἰδιαιτέτα. Aut hinc auspiciari caput, aut ibi. τὸ ὅ σίλφιον. Equidem continuarem sub titulo τῷ νερθηκωδῶν. Nanque in fine capitis sic dicit. πῶ μὲν εἰν νερθηκωδῶν φύσιν ἐστὶς τοιούταις θεωρεῖται.

902 Οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον. Infra dicit, καὶ τὸ καλέμενον φύλλον. τὸ δ' ἔστι σπέρμα. Quare illud, ὅσ', malè cohæret hic. & Theodorus omisit.

903 Παρατέμνειν. Neque enim licet cedere præter institutam ab artificibus mensuram. Theodorus addidit, deuiç. sanè denic.

904 Τετραμυθίαι. Theodorus, quatuor stadiorum milia, Plinius, quatuor stadiorum. Sanè in tanto tractu ab ea copia vile fuisset. Et mirificus fuisset imber ille quingentorum millium passuum, quem piceū pluuisse narrat Plinius. Strabo Silphij regionem longam m. stadia, longā ccc. Miror Hermolaū vicum doctrina summum, diligentia singularè, neque in annotationibus, neque in corollario quicquam de hac diuersa lectione. Auxit errorè Theodorus, qui dixit in hortis Hesperidum. Præclaros profec

profectò hortos quatuor milium stadiorū. At Theophrastus ἀπό. Plinius quoque circa. Monuimus aliis libris in Codice Theophrasti scriptum esse nō semel, *ἑσπερίδες*. quod nos, Hesperides. Euesperitā etiam in Melpomene Herodoti.

905 *θεὸν ὑπὲρ γῆς*. Theodorus fatali errore. ferè super terram. penè in superficie. Aërij errorem habes, qui lac Cyrenaicum aliud fecit à succo. hic est, *καλείδαι ἢ γάλα*. lege, *μέσα*. & *ἴσθ' ἴσθ'*.

906 *ὄρυττομέναις*. Theodorus, defossa. malè. Neque enim defodiunt, sed pastinant.

907 *ἐναντίον διέ*. Sanè contrariā sententiā. Si alteri pastinant: alteri docent, culta fugere. Præterea supra: pecus purgari. hic negatur ab aliis. Abire enim pecus & abesse vere, atque hyeme. Itaque Theodorus legit negatiuè. *τὸ μὴ καθαίρεισθαι*. Idcirco addit, *καθαρίσιν μὴ ποιεῖν*. Examinanda illa verba in tempestiua. *τὸ ἢ φύλλον τῆ ῥοιᾶ ῥυθισθῆς*. Neque enim hic locus, sed supra.

908 *ἢ ἡ καλιμένη μαγύδασις*. Ergo alia à Silphio. id quod & alij prodidere. & ipse in primo. At supra hoc erat, quod è caule nascebatur. Theodorus legit *μαλακώτερον*, non *μανώτερον*, Pliniū sequutus.

909 *καὶ ἐν ἐν κυρήνῃ*. In Codice Theodori: Nam apud Cyrenam, videtur scribendum. Non apud.

910 *τῆς ἢ ἀκανθιδῆς*. Non solum hic error Theodori, qui non diuiserit capite nouo, sed etiā Theophrasti. Qui cū spinosarum narrationem instituisset: intermisit, vt hic repeteret. Diuisionis autem parres cū tres sint: *ἀκανθιδῆς ἕδωρ, φυλλοκάνθον, & τὸ ἔχον ἀκάνθον ὡς τὸ φύλλον*. Theodorus non

non expressit. Primum membrum est, spinarum: neque enim aut folium habet, aut folij figurā, sed spinæ. Alterum folio spinoso: vt & folij figura sit, & spinæ simul. Theodorus Plinium sequutus pessimè dixit, spinosum foliatum. Nam tertium membrum diuisionis tale est. Sed diceret, spinofoliatum. aut melius, foliospinatū. Illud non prateribit acutius iudicium. *ἡ δὲ πλεὺς ἀκανθαν φύλλον ἔχουσα.* Melius *ἡ δὲ τὸ φύλλον ἀκανθαν ἔχουσα.* Prior enim ac potior natura est folij, quàm spinæ. Nulla enim planta habet folium pro spina, sed quadam spinā pro folio. Præter hæc, quarta natura est, *ἡ δὲ ἀκανθοάρπων*, vt tribuli. Et in genere Cinaræ non ab- similis.

911 Ἀσπάραγον. Theodo. Corrudam. sic syluestrem.

912 ἐν τῷ Γερμάδῃ τῆς ἰασσοδοῦντι τὸ ὑπὸ τὸ ἀκράτον ἢ ἀνάγθης. Lege τῷ ἐπαιδοῦντι ὑπὸ τὸ ἀκρον.

913 Μονόριζον, καὶ βραχυρίζον, καὶ βαθύριζον. Quo- modo possit esse radice breui, eademque profun- da? Itaque Theodo. omisit, βαθύριζον. Lego igitur ἐπιρίζον. Asparagus contra. *σκληρίζον, βαθύριζον, σκληρίζον.*

914 ἢ γὰρ ὀπιτεῖσκαυλὸν ἔστ. Necessè habuit dicere hæc: quia ἢ μόνον ἐκ τῆς, qui scilicet vere exit: sed etiam ἐκ τῆς πρότερον. scilicet qui antè ver ex- tabant. Neque enim caulis vita annuo termino fi- nitur. Itaque corrigo in codice Theodori. Nec an- nuo constat caule: vbi erat: Hæc & addes: enim: vt ratio reddatur. In nostris tamen hortis Aspara- gus, & in agris Corruda caulem amittit.

915 Δέγω ἢ ἀκαννάδες, ὅτι τὸ κύημα, ἐν ἑν τὸ αἶθε, ἢ καὶ ὁ

καὶ ὁ καρπὸς, ἀκανός ἢ ἀκανώδεις. Theophaſtus genus φυλλακάνθων ἀκανώδεις. Propterea quòd pars turgens in florem, & in fructum, eſt ἀκανός, aut ἀκανώδεις. Theodo. legit, ἀκανθον, ἢ ἀκανθώδεις. Ergo etiam ſuprà leget ἀκανθώδεις, non ἀκανώδεις: idque malè. Sunt igitur τὰ φυλλάκανθα τριείσα ἀκανώδη. quoniã τὸ κώνημα, & ſedes floris, at fructus ita ſunt. Quid autè ſit ἀκανός, apud alios non inueni: neque ex Plinio quicquam memini. Videtur ſignificare cõceptaculum illud capitatum, quod extat in Eryngio, & Scolymis, & genere vniuerſo Chamæleontum, & Cartama-ceoſũ, & ἀσφαλιθίδων. & eiufmodi. Sic etiam leges μοχ, κνίκον ἀκανώδη, non ἀκανθώδη.

916 Σκόλυμος. Theodorus, carduus. non malè. Verùm carduus, aut eſt nomen generis, aut ſpeciei: eius ſcilicet, quod appellant Labrum Veneris. Scolymus autem eſt, Cinara. Duum generum, agreſtis, & miris. Qui diuifere, vt eſſent diuerſa Scolymus, & Cinara, ſuo id fecere arbitrato. Athenæus tamen Cinaram carduum à Romanis dictam ſcribit. ἰνολειμωνία. Theodorus Beta ſylueſtris. Betam ſylueſtrem Latini Limonion vocant. Verùm ea non eſt aculeata. Scolymum etiam Limoniam appellatam cum tradant, non potuit tanquàm diuerſum genus digeri, ſed ita legendũ eſt. σκόλυμος, ἢ ἢ λειμωνία.

917 Τοῖς κρωτίσις ὕδατι. Theodorus legit ὕδασι, rectè. Sic eſt infrà in hiſtoria de Croco.

918 Διαφοραὶ δὲ τῶν μὲν ἀκανῶν ἐν ἑσσι. Multæ ſunt partes. βλαστῶσεις, καυλοὶ ἀνή, σπέρμα, ἀκανός. Itaque differētias cum dixit: Floris in Scolymo: ἐλαςσας, in tetralice, caulium, in eneco: ſeminis in eodem: acani,

acani, vbi dicebat, διαφορὰν ἔχει ἐν ἑαυτῷ. Quare nō putauit hic, ἀκανῶν. legendum Theodorus, sed ἀκαρνῶν. Nusquā tamen memini multas esse ἀκανῆς differentias, sed vnā tantū speciem. Neque ἀκανθῶν, reponendum. Est enim vna ex partibus spina, sicut βλάστησις, & cætera, quæ supra dicebamus. Et sanè spinæ differentiæ quam plurimæ sunt: neque enim secundū aut locum, aut situm, aut figuram, aut substantiam, aut quantitatem, aut ordinem, aut officia inter eas cōuenit. Delebis μὲν.

EX CAP. IIII.

919 Σ Πληνίσις. Colu, Theodorus Plinium sequutus. Qui ignotam Cnicon Italiæ scribebat. Cæterum syluestrem Cnicon non potuit ignotam quispiam profiteri: quippe quæ vel frequentissima est.

920 Διὰ τὴν μαλακότητά τῶν φύλλων κατεκλίνεται. Non potest mihi persuaderi, plantam vllam inflecti propter foliorum mollitiam. nisi quid deest aliud: legerem τῶν κυλῶν.

921 Κερπὸν ἔχει πικρὸν, πύργινος. Deest, τρέπον: aut, αἷς: aut tale quid. Theodorus etiam videtur legere, πυκνόν, frequentem. Quippe mox, πυκνοτέρως.

922 Ἡ δὲ ἀκάρνα. Acarnam facit hic similem miti cartamo. Acornam in primo, docuit, habere spinam pro folio. Ergo Hermolaus non benè eandem fecit, cum dicit, Acarna, siue Acorna. In Indicis nauigationibus agnoscunt etiam Acarnam: aut illi non absimilem. Apud Vascones frequentissima est.

923 Ὅτι ταύτην ἀρίστην ἔχει εἶναι ἀνθεῖ. Mira natura, & à cæteris diuersa, ac notanda aduersus vulgatos

R

canones ῥιζοτομίας. Florescentibus enim aliis radix deterior.

924 Ἡ ὃ κύριος ἐν ἀκανθώδης, ἀλλὰ φορομήκης. Lege ἀκανθώδης. Theodo. legit, ἀκανθώδης. Cōparat enim ἀντιπρομμένως cum Chamæleonte. idque duabus ex partibus. τῶ ἀκανθίσει, & τῶ φυλλακανθίσει. Itaque mox etiam lego ακανθίσει, non κακανθίσει, vt scriptū est, neque ἀκαρνθίσει, vt emendant.

925 Παρακολυθεῖν. Adde ἔωθε, vel ἔσιμε. Aut lege ἀποκολυθεῖ. Et tria ponit. κυοῦν: hoc primū. Deinde ἀνθεῖν. Tum autέ σπυρμιόθειν. Sic lege. Consequuntur hæc inter se ad ætatem vsque. Primum concipit. Deinde floret. Tum semen instituit: idque non sine aliquantulo humore per initia: mox etiam aculeum addit. Itaque leges, κίντηεν; non autem μέτηεν, διαχέεται. Theodorus, remittitur, soluitur, deponit rigorem.

926 Καὶ ἔτό ὄσιν ἢ ἀκάνθη καὶ ἢ μασίχη. Lege ἢ ἀκανθική μασίχη. Ex Plinio.

927 ἐν τῇ ἐλλάδι ὃ ἐκ ἔσιν. ἴδιον ὃ ὅρα τὰ ἄλλα τὸ αὐτόν. Theodorus. Græciæ nusquam habetur sui generis planta. Si interiecto puncto separes: oratio sanè mutila sine verbo, sic, Græciæ nusquam habetur. sui generis planta. Τὸ ὃ φύλλον ἔχει, καὶ ἀκανθώδες. Theodorus legit, πλάτυ, καὶ ἀκανθώδες. Item deest, κάκιστος. καλῶσι ὃ τὸς κανθῶς, κάκιστος. Et, ἀειλιτόμειοι, lege: non, ἀειλειπόμειοι. Theodorus, decquammati, decorticati. Squammas enim habent nullas. Lege ἀλμη: non, ἀμη. & , παππωδῶν, non παππωδῶν.

928 Τὰ μὲν οὖν φυλλα. ανθα. Hinc aliud caput. Theodorus

dorus omisit, παντοδῶρα. Et spinamurilis ab eo dicta est μυακανθος. Muspina cōcinnius: vt, Muscipula.

EX CAP. V.

929 **Ο** ἴν' ἀφίκοι ἢ ἴτο τὸ φύλλον. Sic lege: non, καὶ αἰνισι atque ita agnoscit Theodorus.

930 Μονόριζον δέ. Theodo. vni stirps. De hoc alibi.

931 Καὶ ἐν ἐκλίσις τόποις. Theodorus, loca plana. quia mox opposuit: ἔρειπῶς. περὶ τοῖς itaque legit.

932 ἐν τῇ γλίχρα καὶ γανώδει. Theodorus, Lento, plenōque solo. vfitatius, & purius, & exactius: Vdo, latōque.

933 Ὡθεῖ τὰ κάτω ἰσθός. Theodorus, Protinus sua infima pellit. Illico demittit radices.

934 σαθεία μὲν ἔστω ὄλη. Theodorus, effodienda tota, extirpandaque est. Deest igitur verbum: aut mutandum, σαθεία.

EX CAP. VI.

935 **Τ**ὰ ἡμέρα. Hæc est pars secunda libri huius. Et Theophrastus minus satisfacit.

Primum, cum agrestia submouet à coronamentis.

Deinde, aut malè coartauit ad φρυγανιά: aut malè

recensuit iam Ederam inter arbores, aut malè

repetiuit inter φρυγανιά. Ad hæc illud animaduertendum:

cùm sub accidenti tanquàm sub genere

communi cogit genera diuersa. Coronari, accidens

est: idque arbitrarium. Genera diuersa, πῶρα, φρύγα-

νον, Ἰάμονος, Ἰνδόν. Quasi si diuidas Nigrum, in

Coruum, & Æthiopem.

936 Ἐνια ἢ ἴσ' ἀνθῶν ἀπλά. ὅς. Sic lege. Theophrastus

omisit albas in genere hoc. Et Luteas in eodem:

ignorauit enim. Neque verum est quod ait,

pluribus variati coloribus lilia, quàm violam matronalem. Lilia alba, purpurea, punicea. Viola præter eos colores, excipio purpureum, etiam luteæ, etiam varia ex puniceo & candido.

937 Ἐπειτα καὶ τὰ ἐν γῆ τριαύτα γινόμενα ποιεῖ τινὰ παραλλαγὴν ἑσομίας, καὶ ἀσομίας. Theodorus aliter legit. Nam quæ in eadē tellure proueniunt, diuersitatem bonæ exilisue olentia nullam ostendunt. Legerem secundum ea quæ in Græco posita codice sunt, ad hunc modum. ἐπεὶ καὶ ἐν ἄλλῃ γῆ τὰ αὐτὰ γινόμενα. ἀσομίας, malè interpretatus est: exilis olentia. efficacius est, τὸ ἄ. tollit enim. Neque, bonam olentiam, tam aptè dicas: quemadmodum bene olere.

936 Ἀπλῶς ὃ καὶ τῶν ἰων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν, ἀκρατοὶ μάλιστα δι' ἰκτείνε καὶ ὀσμάι, διαφερόντες δὴ τῷ ῥέονα. πλείστον γὰρ οὕτως δοκεῖ ποιεῖν ἀλλάττειν. Hoc totum paucissimis Theodorus. In plenum verò violarum, & reliquorum florum ibidem sinceri sentiuntur.

939 Κνικῶδες, ἢ ἀνθῶδες, Theodorus legit, ἀκανθῶδες. Itcirco legemus, γνοῦν. &c., τῶν πρώτων σπερμάτων. Non est ordinis significatio, sed loci. Ut non sint prima semina quæ primum prodire, sed quæ imo loco existant.

940 Σαρκόφυλλος. Viola nigra folia carnosâ dicit, eoque differre à viola alba. At albæ folia multò carnosiora. Ut hæc emollias, sic excuses. attribuas utrique densitatem. maiorem albæ, sed lignosiore: minorem nigre, sed carni propiore.

941 Βλαστάνει γὰρ τὸ ἄριον. Theodorus, Pars enim postrema effundit. De te iacente, postremam dicas partem,

partem, quæ longissimè abs te aberit. De re erecta, non postremam, sed supremam. Animaduertes minus diligentem orationem. quippe duas cum statuat partes. ὅτ' ἐ μὲν ἔν. ὅτ' ἐ ἢ πλείω. Quod subdit statim, βλας ἀνει γ' τὸ ἀκρον, nō refertur ad propinuiorem, sed ad illud. ὅτ' ἐ μὲν ἔν. cum vnum tantum gerit florem, is in summa sedet. Cōmodior fuisset sic. ὅτ' ἐ μὲν πλείω. ὅτ' ἐ ἢ ἔν. Adeo autem sunt, vt ait, σπανιώτερα: vt nullum viderim μόνον.

942 Ποιῖ δὲ τι, α καὶ διακρούειν συρροῖν. Theodorus, facit & lacryma cæcum quoddam confluuiū. Minus apta lectio: nostra simplicior. Mirum de hac lacryma nihil à Plinio. Alba lilia iisdem omnibus modis feruntur quibus rosa: & hoc amplius lacryma sua, vt Hippocelinon. Plin. Qui tamen Hippocelini lacrymā ab hoc eodem autore obseruari eius natura, cum sit ignota nobis, non potuimus iudicare, an vox illa, Cæci m, rectè interponatur.

943 Ασφαλίδες. Lege ἀσφοδελίδες.

944 Ὁ ἢ καρπός. Lege κρόκος.

945 Καὶ ἐν τοῖς κροττοῖς. Theodorus, iusta fontes. Plinium, nō Theophrastum sequutus. κροττάς, sunt loca pedum stipata plausu. Sic igitur dicam, Iusta semitas, aliāque loca pedibus trita commean tium. Sic etiam Lucretius. Pieridum loca trita.

946 Φεῦρε. vbique alibi, ἴφεν. Lege αἰσαῖ: nō αἶνα.

EX CAP. VII.

947 Τ' ἄ μὲν οἶν ἀκάνθηα. Lege, ἀνθηα.

948 Καλεπατέρως παρ' ἐγίνεσθαι τῆ φυτῆα. Separatice, τῆ ἢ φυτῆα χεῖνται μάλλον. vt παρ' ἐγίνεσθαι, referatur ad seminationem.

24^υ Ἀδων. Sic legit Theodorus. διόνον αὖν ὅτι
 πάντε πῶ γένησιν διτὸ σπέρματι λαμβάνει. ἀδρ. ἔνον δι
 μῆλλον διτὸ ρίζις, καὶ παρασσάδος, ἢ διτὸ σπέρματι
 βλαστάνη. χαλεπῶς διτὸ σπέρματι. Quæ sententia
 conuenit cum iis, quæ alibi dixit. Quæ semen fe-
 runt, ex eo semine generare posse. Atque hæc est
 maior propositio demonstrationis, qua concludat
 aduersus eos, qui dicebant. ξηραίναι, καὶ δροσίζαι.
 Cæterum cum doceat, minus διτὸ σπέρματι pro-
 uenire: quare subdat, χαλεπῶς ὅ διτὸ σπέρματι: Ita-
 que sic lego, χαλεπῶς διτὸ καὶ διτὸ παρασσάδος, ἀλλὰ
 προμοχέμελλον ἐν ἐστάνει. Melius igitur auulsione,
 quàm semine: quinetiã auulsione, haud ita facilè.
 Declarat difficultatis rationem: quia in testas in-
 dunt surculos adhuc hærentes matrici, vt postea-
 quàm radicem emiserint, transferantur. Hoc est,
 προμοχέμεν: id quod etiam fit in moro. Nescio
 quomodo Theodorus semen in testas mittat, vt
 fiat viuiradix. Fiet enim planta potius. At eius ver-
 ba sunt hæc. Semine enim difficulter exit: & hoc
 testis antea viuiradicis causa intimati. Audis etiã
 verbum, intimare. & mox, Adonidis hortulos e-
 moluuntur. nihil molimur quod molem non sit ha-
 biturum. Quare Adonidis hortis minimè couenit:
 minus igitur etiam hortulis. ἢ ἄδρ. adde πείρηται.
 250 Ἐμπίδων. Theodorus, cum coualuerit. Quia di-
 xerat, ἐπιήκρον. Quòd si non interierit: si ea incom-
 moda vitauerit, & fuerit superstes.

251 Ἐπὶ πολλὰς, καὶ πολυοειδῆς. Lege, ὑπεροχάεις. Id
 est, superficiarias: quia dixerat καὶ βάθος ταίρηδον.
 Theodorus torridas. ταρρεῖ, sunt fiscellæ, & ciste-
 Dices

- Dices igitur, perplexas : si non sit mendum. ◊
- 952 *Ἐξέλιξος*. Exquisitus. At Theodorus legit, *ἑναυξέσας*, rectè. Corrige in Codice Theodori, Satureiaceum, non Satureiatum. *θυμβρώδης*.
- 953 *Φιλοίκια*. Theodorus, *φιλίσκα*.
- 954 *Ἐξίσαδα*, Corrige: ubi est, *ἔξιξασα*. Exire à specie. ab sistere. Theodorus rectè, degenerare.
- 955 *Τῶν δ' ἀνθῶν*. Hinc secabo aliud caput. Florum nanque iractat tēpora. Lege τὸ μὲν πρῶτον: non autem, *π*. Item, *ἀμὰ δ' πρ' ἴφ*, ἢ μικρὸν ὑπερον, τὸ ἡριτερον, καὶ τὸ φλόγινοι. Theodorus non, ἡριτερον, sed κρινοι, legit, malè. Serò enim floret liliū. sanè post rosam: aut, quèadmodum censet Plinius, medio eius prouentu. Senecio incunte vere: vnde & nomen.
- 956 *Ὁ ναρκισσος, καὶ τὸ λείριον*. Quia duæ sunt species: ut mox. quas cum nondum declararit, & supra vni vtrunque nomen attribuerit: facit hic nos ad dubitandum attentiores. Suprà enim dicebat: *ὁ δ' ἡναρκισσος, ἢ τὸ λείριον. οὐ μὲν γὰρ τῶτος, οἱ δ' ἐπεινο καλέσσι*. Theodorus quoque hic cōiunctim legit. *καὶ*. non autem, *ἢ*. Notabis etiam *βολβῶ κώδιον*. quia folliculaceus est. Theodorus, flos.
- 957 Sic lego. *τῆ δ' ἑκαλὸν ἄνθος, ἄσμον δέ. μετ' ἴσως δ' τὸ λείριον, τὸ ἔτερον*. Item. *ὅτε ὁ εἰνὸς ἄσμος*.
- 958 *Τῶ δ' μάλατος*. Lege, *σμύλακος*. Et animaduertes oxyacanthi quoque fructu ad coronas vsos esse veteres.
- 959 Item, *τὰ φῶς πλεῖν ἀμύην, μὴ ὑπεκαυμένης δὴ κλονότι*. Et illa sic. *τὰ μὲν πάντα ἀλλὰ ἄσμος, καὶ αἰανθῆ*. Et infra: *καὶ τῶ καὶ καίρῳ τινὰ γινέσθαι*.

FINIS LIBRI SEXTI.

R 4

E X L I B R O S E P T I M O

C A P I T E P R I M O .

960

F

Πέρην δι. Vides historiam discerptā. Quippe narrat hic herbas & herbacea. At priore libro iam coronamenta cum protheretur, particbatur in frutices & herbas. Præterea pridem dixerat de spinosis: quatu multa ab radice statim folia emittunt. Ad hæc, δὲ τῶν ποσειδῶν. comprehendi λέχαια dicit. Verum enimvero quodcunque ex hoc genere comeditur, olus est. Itaque etiam thymbra, etiam hysopus olera sunt: at herbæ non sunt.

961 Εἰσὶ θεοῖς ἀρεῖ. Vix defendatur eiusmodi vltus à calumnia. Sanè σκάπηται potius τὰ κηπεύα, non arantur.

962 μετὰ τροπᾶς χειμερινῆς. Theodorus, Solstitiū æstiuum. Nempe dixit, ἡ σπορά ἐν ἐναντίοις γίνεται. Igitur oportet, ne χειμερινὸς ἀρεῖς sit ἐν χειμῶνι. Non enim à sementis, sed ab ortus tempore denominarunt. Quod si factus sit in contrariis temporibus: quæ in hyeme nasci debebunt, ea ferentur in æstate. Idque patet: cum mense, inquit, Iulio. Sic è cōtrario mox. τὸ δὲ δευτέρως πάλιν μετ' ἡλίου τροπᾶς, scilicet χειμερινῆς. Inde scribemus, θερινόν. pro eo, quod legitur θείει.

963 Ἐάν μὴ ἐλιχθῆν. Theodorus, Nisi conuoluatur. Quid est conuolui? Sed vti supra semina quædam subustulabantur, vt nascerentur: εἰάν μὴ ἐποπιεθῆν. Sic lego. ita etiam infra, semina exiccantur.

964 Καὶ

964 Καὶ ἔτι καὶ πάντας τὰς ὁρῆτας. Theodo. Quod etiam omnibus sementibus seri potest. Non est affectus sententiam Theophrasti. Sed est proportio sententiae illius. τεύτλιον θέρως μὲν ἐκταίον, χειμῶνες δὲ θηκαίον. Aestate nanque proueniunt celerius. At apiū tam morosum est ad proueniendum, ut citra quinquagesimum, ne aestate quidem. Igitur ita dices. Idque vel quocumque tempore fationis, ἐπιπείρουσι, Theodorus, adiungunt, adferunt. Inde enim verbitractus & significatio, & usus.

965 Ὅλος δὲ ὅλα καὶ πλείους χεῖρας ἀπείρουται. Lego, καὶ πλείους χεῖρας. Etenim de iis loquitur, quae ἐπιπείρουται ἀρότερος ἐπιπείρουται. Sententia. Quae admittunt cuiusuis sementis occasionem, eorum pleraque nihilo celerius propterea aestate proueniunt. Id quod profecto mirum est, si illius vi tempestatis nihil iuuentur.

966 Legam, ἀεὶ τεταῖ. in tertio casu. aëre minus libero. Palsiue Theodorus interpretatus est in primo casu, ἀεὶ περιπέτης, aëre circumdata. Idcirco est coactus addere, tristi.

967 Κατὰ τὰς ἀρότους ἐκείων. Sic lege.

968 ἐντε τοῖς σπέρμασιν αὐτοῖς. Theodo. addit (exempli gratia.) Non est exemplum hoc, sed ipsamet res, & ratio. Itaque enumerat omnes causas: locum, tempus, aërem, tum autem & aëris, & temporis euenta.

969 ἐφ' ᾧν δὲ παραλλάξουσιν οἱ χεῖρες, καὶ ἐφ' ᾧν ἔ. In quibus tempora differant, & in quibus conueniant. Non expressit verba: de sententia viderit. Non enim significatio est de temporū differentiis:

R 5

sed monet, in quibus tempora mutant celeritate
proueniendi. Rhaphani exemplo vtitur, qui cum
die tertia hyberna proueniat, nihilo celerius exit
æstate. Nihil igitur mutauit æstas.

970 Το ὅ τελευταῖον, ἀσπίρ ἔρηται, ἀλλὰ τῆσιν κατὰ
τὰς ὥρας. Theodorus, Ad hæc temporum, vt retuli-
mus, diuersitate plurimum differunt. Ad hæc, pro eo
quod alij dicunt, in summa. Et videtur sic Sallu-
stius loquutus. Est autem conclusio, quam non po-
test indicare oratio illa ad hæc: præsertim cum sit
ἀποτίλεσµα. Cōtrarium huic postremo exemplo de
rhaphano, non autem additio. At verba illa, ad hæc,
sunt notæ additamentorum similitudinis.

971 Διαφέρει γάρ. Lege, δι᾽ ἑπὶ τὸ θάψιν. Ἐ ἀδρυν-
τίνᾳ: non ἀνδρυντίνᾳ.

972 Πρῶτον ᾗ ἀσπίρων. Lege, ᾗ πρότερον ἀσπίρων.

973 ἔνια ὅ καὶ ἐνιαύσια φέρῃ τὸ κρπὸν, ἀλλὰ διήσασ.
Hic est disjunctiua. Non anno protinus, quo sunt
sata, sed sequente semen gerere. Theodorus con-
iunxit. Non solum anno, sed etiam bimæu: atque
ei fauet apij exemplum. Eodem enim anno fert.
Theodorus legit, κρᾶεν. non, κρᾶσον. Et paulo
post item.

E X C A P. I I.

974 **L** Ege, ἀλλὰ ὅτ τὸ μὴ χητίμας ἔῃ.

975 **L** Διόχα ἢ θαυμ. σόν. Theodorus legit affir-
mativæ. Omittit enim negationem. Mirum, inquit,
quare capitula ea, que ab latere primorum orientur,
non ferantur. Cæterum cum dixit, τείχα, magis pro-
bo nagationem. Non est, inquit, mirum: à porri ca-
pite maiori capitula deprimi: propterea quod for-
tasse

raste generis eiusdē sunt cū cepa. Quare cū ea commune id habeant. Et quia generis est analogi, non autem speciei contradistincta sub eodem genere statim vniuoco: degenerauit ita, vt inutilis sit ad fationem.

976 *Ἐπιγυρότερα*. Theodorus, terrā propiora constant. Quomodo plantā alia aliis possint esse propius terram, nescio quippe omnes, vt ex Platone didicimus, *ἴσθαι*. vt non tam reprehendas Theodorum: quā spectes Græcorum licentiam.

977 *Καὶ ὡσπερ ἀριθμὸς τις γίνεταί τε τῶν*. Theodorus, vel numero quodammodo hæc complecti possis. Veteres vocē hanc, numero, ponebāt pro eo, quod est, *ἴσθαι*. Qui significatus huic loco nullus conuenit. At si accipias ex vulgari consuetudine: sane misera erit sententia. Quippe in natura quid esse queat, quod numero nequeat comprehendī. Etiam id, quod appellant, transcendens, intelligitur sub vnitāte, adeo, vt ipsum quoque designet Deum. Diligentius sic eliciemus. Cum duo genera faciat *τῶν δὲ τῶν ῥιζῶν ἐπιβλασάντων*: Primum *φυγακῶν*, & *θαμνωδῶν*: hæc raro talia esse dicit. Alterum *κρομμύων*, & congenerum: in his naturam ait frequentiore. Hoc est, *ὡσπερ ἀριθμὸς τις*: atticissime. Tāquam turba quædam. *ἴδ' ἐν ἀριθμῷ*: In prouerbio.

978 *Ἀπενάυλων*. Theodorus, secaulia: vt secordia. Velim tamen scire, quæ sint *ἀπόκαυλα*. Non enim sunt, *ἀκαυλα*. sed quorum caulis cum recisus fuerit, non germinant. In Plinij codice: exceptis, quæ non scabrum habent caulem. Iam hoc falsum: neque conuenit cum hoc significatu. Ruellius dissimulato

eo error

eo errore sic scribit: exceptis, quæ caulem seorsum habent. Non queo percipere cuiusmodi sit plantarum genus, quod seorsum habeat caulem: nihilo melius quàm quemadmodum ego seorsum habeam collum. Hermolaus Plinij locum * non designauit. Et quæ sunt ἐπισειόκαυλα, docet: ἀπό-αυλα non docet.

Is est cap.
7.19.

979 Lege, ἰδίως: non, ἰδίως.

980 Αἱ ῥίζαι πλεονόντων. Theodorus scripsit, plurimum. librarius mendose, plurimum.

981 ἐδ' ἑίτις ἀφ' ἑλός πῶν σεσθγμένω γῆν. Theodorus legit affirmatiue sic. ἐμῆις, rectè. Non enim germinant, nisi super ingesta terra dimoueatur.

982 Ταῖς ἰσόπαχῆς παύταις. lego, ταύταις. vñtata numeri mutatione.

983 Εἰς ἃ ταύταις πῶν μίαν ἢ ἀπ' αὐτῆς τε καὶ ἀποφυάδος, καὶ μικρὰ καὶ ἡ ῥαφανίδος. καὶ αὐταὶ μὲν διήρασι φανεραὶ εἶς πῶν ῥεῖαν. Theodorus, Sed ad ipsam vnicam stirpem, fissionem eiusdem illius, lateralisq; agunt: & eas quidem ex vsu manifestas reddi affirmant. Principio videmus quot omiserit verba. Deinde quo consilio contradicat Theophrasto. Ille enim: ἐκ ἐσθῆς δὲ τῆς ἀρχῆς ἄρχης. ἀρχὴν, appellat initium stirpis sursum, & radicis deorsum. At Theodorus tam primarię (hęc enim est, quam illa voce, eiusdem, notat) quàm accessorię, siue, vt ipse vocat, Lateralis, ait agere fissionem ad stirpem ipsam. Verum non sic est: sed sic. Non statim à principio radix finditur. Sed ad vnicam illam pertinet ea, quæ ab ipsa exit parua in raphano, & rapa. & coniunctio illa, καὶ μικρὰ, habet efficaciam, vt non scissam maiorem, sed ab

sed ab illa ortam dicat alteram, quæ etiam parua sit. Exempla autem ponit raphani, & rapæ: propterea quòd eorum radices potissimum inter olera eximuntur ad vescendum. Idcirco dixit, *ἢ πλὴν ῥηθάνων*. E verbis Theodori nihil intelligas ex vsu reddi manifestas. Sed sic: Deprehensum autem hoc esse, propterea quòd ad cibum eximi consueuerit. Theodorus verò, qui nulla ponit exempla, non potest dicere hanc extremam sententiam: neque enim in Brasica, Beta, Lactura, aliis plurimis est radice vsus. Quare obscurior in illis historia ἢ *μονοῦ ῥηθάνων*. In his autem euidentior.

984 *Ταῖς ἢ μὴ ἐν ταύτων*. Lego, *αἱ ἢ μικραὶ ἐν τέτων*. Theodorus omisit, *γλυκεῖα*. Multa tamen sunt dulcia, eademque insuauiua: vt Satyrion.

985 *Ὅσον ὁ τῶν ἰπποσελίνων*. Aduerte diligentius. Videtur enim falli. quippe raphani substantiæ tres: ita & hipposelini. Lignosum in medio, quasi medulla. Circum eam coriaceum quiddam acrius. Extremo ambitu cuticula tenuissima. Facile eximitur coriaceum. Cuticula non nisi radendo. Par natura in Intubis, & aliis. Non igitur rectè ea differentiæ distinctus est ab Hipposelino Raphanus.

986 *Τριῶν ἢ ἡμιποδίων*. Theodorus, Semipedalibus ternis. Latine, Sesquipedes; vt alibi.

EX CAP. III.

987 **V**idetur minus commodè separata pars hæc à superiore tanquam caput à capite diverso. Quin potius eiusdem capitis pars hæc altera sit; in qua nihilò secius agit de radicum natura. Ac primum

num quidem de natura, ac germinatione stipitis ab ea: mox de germinatione radicularum à primaria.

988 Οἶον ἢ τριγλίς. Aut dicit, σαρκώδες μὲν: aut breuitas est concisa.

989 Ροκαύλων. Theodorus legit, πολυκαύλων, rectè. & τὸ ἀπλῶς non significat, omnino: sed simplici intellectione, non exacta. Propterea quod subdit. alia quoque τῆς μοσχορίζων, habere lignosam radicem. Quare illa particula, ἔχει γὰρ δὴ, exponit τὸ ἀπλῶς, quemadmodum intelligi debeat. Notabis vocem illam δασυλλάδας non ineptam, si sit alibi: quippe vbi de foliis fiat mentio. Hic δασυλλάδας reponemus. Sic mox τῆς ἑρβῆς, & ταῖς ἀποφυσόμεναις. Ita enim legendum est.

990 Καὶ ἐν τῇ ἀνω τὰς πολυκαυλότερα. Nota, τὰς. Scilicet tam ἢ ἀγρία, quàm ἢ μετὰ φουσειῖα. Theodorus omisit hanc diligentiam.

991 Ἀνθεῖ δὲ. Aliud caput, de ratione & ortu florum: tum autem de coloribus. Omisit tamen multas differentias, idque impræsentia. Quidam cadunt; quidam non. qui remanent, alij steriles: alij fœcūdi, vt in cucurbitis, cucumeribus, peponibus.

992 Ἀνθεῖ δὲ κατ' ὅσον καὶ ἄλλοις. Theodorus addit, ὁμοίως, rectè: aut tale quid. & adiungit paraphrasim. Cucumer, inquit, qui pepon cognominatus est. Sanè minus ex Plinij sententia. Ille enim ait, Cucumeres vbi magnitudine excessere, pepones appellari. At magnitudo non variat genus. Nullum enim accidens mutat substantiã. A libi fusius ostendimus eiusdem Plinij negligentiam, qui genera cum statuat tria cucumerum, nomina apponit sola:

nihil

nihil præterea docet. Quare dedit occasionem doctioribus suspicandi, an Melonum genera Cucumeribus attribuerit Melonis enim nusquam mentio. Peponis autè sub cucumere. Præterea errandi causam aliis, qui Anguriam, quæ Albatheca dicitur ab Arabia, pro Cucumere agnouerit. Rationem addunt ex illis verbis; cresceret in ventrem cucumis. Sanè, inquit, grandissima fit anguria. At profectò minus considerate. Principio cum genere Cucumerum illi nihil conuenit. non est figura totius similis, non partium, non enim feminum. non sapor, non color. non caro, nõ folium. Ratio autem nulla. non enim ventriosa, quæ tota æqualiter turget, sed Cucumeris species, quem Romani Citrullum, Lombardi Cecumolum vocant, collo tenui ac longo cum sit, in ventrem excrefcit. Qui sint Melopepones, quot Melonum genera, quot Cucurbitarum differentia, an Batheca nota fuerit antiquis, in nostra historia exactissimè persequuti sumus. Theodorus hic, *ἄνθελας δὲ*, interpretatur præpostere germinare. Sententiam expressit, vocem suo significatu defraudauit. Præposteri autem vox minus apta. Propius enim naturæ legibus est, vt prius ab imis initium florescendi fiat. Minus enim distat ab origine, id est ab radice.

993 *Ἐὐροῖον ἢ ἔθιν.* Hoc falsum est. Itaque Theodorus legit *ἰποφῶν*. Mirū verò, quædam enim olea tota sunt languinea, vt species betæ, & atriplicis. Omisit item cæsiū in cichorio. quidam etiam lineis variantur, vt Eruca.

994 *Τὰ ἢ ἀπέματα.* Non est dubitandum, quin sit hinc

hinc aliud caput auspicandum.

995 Γραμμώδης, Theodorus canaliculata, scitè admodum ex Plinio: quippe γραφειν primo significatu fuit, scalpere. Veteres enim stylo in ceris scribebant. Constat id ex Nubibus Aristophanis. Graeper Gallica vox ex iisdem lineamentis.

996 Τὰ ἢ ξυλώδης. Ligni colore intelligi posset. De coloribus enim agit. Plinius tamen ad duritiã accepit. quòd si ita est, negligentia arguatur Theophrastus, qui in mediis coloribus, longè diuersam intermiscuerit rem. Iceirco Theodorus postposuit, atque ambiguo reliquit significatu. Quaedam, inquit, ligno proxima. Sanè qui ligni color intelligatur, non est facillè dictu. Nisi quis pallorem velit: cuiusmodi profectò multa, vt panacea, anethi, cymini: quia omisit fuluum, & rubrum colorem, ἰρυθρώδης malim legere. Præsertim cum in floribus non agnouerit, in nasturtio notare potuit, raphano, & aliis. vt non sint ἰρυθρά, sed ἰρυθρώδης. Scribe ἰλλοβοσπέρματα, vt in primo inter arborum differentias, inclusa siliquis. Sic & Plinius, in folliculo. Quare malè corrigere voluere, ἰλλεποσπέρματα. Ea nanque sunt, ἰμφλοιοσπέρματα.

997 Ἰδεν ἢ καὶ ὀλέγισσι. De Cymino hic scriptum est. Item lib. 9. apud Plinium lib. 19. Cyminũ, qui ferunt, precantur, ne exeant. At τὸ κατὰ δασυ, καὶ βλασφημῶν non Cymino, sed Ocymo ibidem attribuit ille. Quare videbis an sic legas. πολλοκαρπότης ἢ τὸ ὀκυμαν. Sic enim respòdent illa Pliniana. Nihil Ocymo fecundius. Hermolaus in corollario nihil, nihil in castigationibus. Ruellius cum Plinij

nij sententiam de Ocymo referrer, addit à Theophrasto sumptam. In sequenti quoque libro Cuminum, vt fecundissimum, lenti comparat.

998 ἐχ' ὡς σῖτες. Theodorus, nec modo frumenti consistunt. Immò verò consistunt: quia neque excantur, & serò decidunt.

999 Καὶ τέ-ων ἐξ ἀφαιρούνης αὐτὸ ξηραίνεσι. Theodorus legit, ἐξ τῶν μάλιθα τὸ ὄνυμον. ἀπαιτὰ δὲ ξηραίνεμα εὐφορώτερα. διὸ ἐξ ἀφαιρούνης.

1000 Τὰ ἢ πλαγίκαρπα μάλλον. Theodorus omisit, μάλλον, malè.

1001 Προκαθήμενον. Notabis verbum. Theodo. incidens interpretatur, an verò sit, προκαθήμενον ὄζον, ille nodum hic. potius ramum.

1002 Ἐστὶ γὰρ τις ἀμὴ ἐξ τῶν. Certū tempus siue ætas, in qua plus valent, vigētve. Theodorus, prouenire, consumarique optimè possunt, laxiore paraphrasi. Et verbum, prouenire, non habet hic locum. non enim de prouentu nunc agitur, sed de feminum ætate stata, eiúsque efficacia ad producendum olus: itaque ne alterum quidem verbum, consumari, explet iudiciū acuti viri. Nam vetula quoque semina consumata sunt. At ea ab iis quæ ipse consumata interpretatur, distinguuntur hic per id quod ipse consumatum appellari vult. id est per ἀμίν.

1003 Ἀνάλογον δὲ τὸ ἄλλο: ἀκολουθεῖ ἡβ'. Lege τοῖς δὲ τῶν γινόμενοις. Si, inquit, æquè ritè colantur, quæ à vetulis, & quæ ab statæ ætatis proueniunt feminibus: hæc illis tanto sunt pulchriora, quanto ratio potior in vigēti, quàm in affecta ætate agno-

S

scitur. Neque verò temerè addidit hæc. Propterea quod cum è nouellis enascantur difficillimè, è vetulis facilius: quæ essent media, media quoque ratione sese habere debuissent. at non ita est. Et est atticum. *ἐὰν τὰ ἄλλα*, id est, *ἄλλως*, siue *ἐν ἄλλοις*.
 Lege, *εἰς τὸ αὐτὸ ἀφ' ὧν θεμελίον*. Plinius, *ὄθονιον*, Laciniis: & eum sequutus Theodorus.

1004 *Τιθέναι ὃ καὶ ἔν ὄθονίῳ πᾶσι τῶν*. Theodorus addit. Semen. subintelligitur enim. Quippe, *ὄθονιον*, suprâ erat cum semine. Iccirco dixit, *τῶν*, id est, supradicto.

1005 *ἢ γὰρ σπύρα*. Theodorus legit, *σπείρις*. Nihil fanè refert. Vtrunque enim verum est.

1006 *λαμβάνει καὶ τὰς χυμῆς*. Loquutus est de nascendi celeritate, idque à natura. Item de arte, qua meliora fiant. Tum de figuræ mutatione. Nunc de saporibus. Sic igitur legendum videtur: vt addamus aliquid ante verbum illud, *λαμβάνει*. Theodoro placuit prudenter sic apponere, *διεφορᾶν ὃ λαμβάνει*.

E X C A P. I I I I.

1007 *Ἐν δ' ἔστι φασί*. Hic falso negatur genera esse diuersa quorundam, iccirco dixit, *φασί*. Nam Ocymi genera multa sunt. Summa duo: Latifoliū, & alterum pusillo. Gentilem vocant Itali. Prioris species duæ: vulgare, & Aranciatum. Olet enim Arancium: idque natura sua, manu satum nostra. Præterea Blitum aliud Latifolium, aliud non. Item Lapathi differentia eadem. Habemus etiâ Nasturtium non vnum, & Erucam. Et Attriplicis Betæque modos tres à calore. Viridem, pallidum, sanguineū.
 Lege, *τῶν γὰρ ἔφασιν ἔῃ γένει*.

1008 *Οἶον*

1008 Οἶον ῥαφανίδος. Theodorus communem sequutus vsum, Radicis. Tamē hic cum dicat distinguui foliis, & radicibus: ob fugiēdam ambiguitatem malim Græca voce vti.

1009 Πίζαν ἔχει γυμνήν. Theodorus, Quæ vel stirpe constat detecta, obtundit sæpe cum suo (vel). Cæterum nihilo prudentius ludit nos: cum tam sæpè sub stirpis appellatione radicem capit. Neque verò, extirpare, tam est radicem, quàm plantam vellere.

1010 Πικύτεραι, ἢ ἡδύς. Sicut & supra: vbi Theodorus omiserat alterum. Sanè ἡδύς, est affectus saporis: ἡλικὸν, species.

1011 Φυτεύουσι τὰς ἐμφύσεις ἢ κατατίνας. Lege, ἢ ἕτως γίνεσθαι μεγάλης, ἢ τὴν λαίνας. Theodorus omisit hæc: atque ambitiosam vocem, plantatim cōmentus est. Notabis, τὸς ἀντισημῶν, id quod exit è semine. Et verbum, μὲν ἀφαιρούσιν, hoc enim est auferre: φυτεύουσι, exemptas deponere.

1012 εὐθίας. Lege, εὐδίας. Neque dicas cum Theodoro, serenis: sed tepidis. Nam auster, νότος, ἀπὸ πάλιν νοτίδα. Hoc aliis libris latius disceptatum est.

1013 Τῆς ἢ ῥαφανίς. Brassicam paucis nimium comprehendit differentiis. Nos nigram habemus, & exalbidam, & crispam, & planam, & laciniatam, & sparsam, & collectam, & capitatam. Hæc in hortis, & præterea agrestes. Hic opponit ἑλὸν & λεῖον, malè, si superficiem spectes. Sed oræ ipsæ considerandæ sunt. Est enim τραλύτης quædam orarum ἢ ἐλότης. Hic δειμὸν, Theodorus interpretatur asperum, pessime. Plinium tamen sequutus est: Qui alij saporem asperum appellauit. Verum id neque re-

ἐτὲ, neque ex vsu Philofophorum.

1014 Καθ' ἑτέραν. Theodo. id omisit. Fortasse significat, καθ' ἑτέραν φύσιν.

1015 Ευχλωτερον ἢ καὶ τῆς τιλλίων. Teodorus omisit coniunctionē male. Etenim disiunctiuam si ponas sine copulatiua, videatur sentium disiungere. At non facit. Alba enim Brassica melior est. ita etiam Beta.

Itcirco dixit, καὶ, & mox, ὡσαύτως ἢ καὶ θριδαίνης.

1016 Καὶ θύρας ἄλλοι. Theodorus, pro valuis. Plinius ait, ostiola olitoria, non autem valuas. Vt postes intelligas, non fores, aut valuas. Ostium enim est vacuum inter positos antes, vnde postes. ab ore ostium. Sicut ianua ab hiatu, & porta à transitu. Valuæ autem, & fores, materiæ ipsæ, quibus inane illud oppletur.

1017 Σικύα ἢ καλοκύνη, τῶν μὲν φασιν εἶναι γέννη, τὸ δ' οὐκ εἶναι. Rotundissima loquutio. Theodorus aliter transtulit. Cucumeris, atque cucurbitæ partim genera esse existimant: partim negant. Vtrique attribuit, quod foli cucurbitæ Philofophus. & ponit diuersa iudicia æqualia de vtroque. Theophrastus vnicum iudicium de diuersis. Sententiam de Cucurbita falsam esse vulgò notum est. Earum genera summa nō pauca, species etiam permultas in nostris historiis exactissimè persequuti sumus. Syluestria, Esculentaria. Syluestria duo. Medicamentarium, & hoc pensilibus hortulis topiario receptū opere. Esculentaria generis vulgare, hybernum, indicum, & vnū quod Melonis in modum extumentibus constat costis: apta figura sessile. Differentiæ in colore, figura, vsu multæ.

Καὶ

1018 Καὶ δηλονότι τῆ φύσφ γδ̄ χρισόν. Legit, & δηλονότι φύσφ. χρισόν γάρ.

1019 Μετά τ̄ κοιμήσεως ἀργόν. Nos sequuti filū orationis Theodori emendauimus sic, Μετά τ̄ κόμης ἐώσιν ἀργόν. Et pro, ἀφείργει, lego ἀφαιρῶσι. Animaduertemus breuitatem. & ὅλως πάντων δεῖν. Deest enim, ἀφαιρέθτων, scilicet θραπιύειν.

1020 Μόνα γδ̄ χρισά. Si ita est, τὸ χρισόν, non est genus distinctum ab Ascaloniis, sed affectus. Quare duo tantum genera suprà fecerit, sic. τὰ σιτάνια, & χρισά ἀσκαλώνια. Si ita sit, nequeat Theodorus addere coniunctionem ad hunc modum, & Ascalonia. Verum non sic se habet res. Nam mox τὰ δε̄ χρισά, & ἀσκαλώνια. Itaque addenda negatio, sic, μόνα γδ̄ ἢ χρισά. Et rectè: quia illicò subdit: & ὡσπερ ἀγωνα δὲ τὸ ῥίζης. Est igitur mendum in libris, & error Theodori. Plinius qui Græca voce vsus est tanquam proprio nomine speciei non tanquam appellatiuo: Schista enim vocat: cum hæc interpretaretur omisit illa, μόνα γδ̄ ἢ χρισά. Et reliqua posuit: velut steriles sunt ab radice. Leges igitur ἀγωνα: non, ἀθνα.

1021 Σπείρεισι ᾗ ἑψέ, πρὸς τὸ ἔαρ. Hæc omisit Theodorus. quæ tamen necessaria sunt. Nam si cum aliis eximuntur: & ait eas celeriter perfici: ergo serius factæ sunt. Nota loquutionem. τελειῶται ᾗ τοῖς ἄλλοις ταχέως. Theodorus omisit τοῖς ἄλλοις, quia mox ait, ἀμα τοῖς ἄλλοις.

1022 Ἐν νίσφ. Theodorus legit, ἴσφ. Apud Plinium scriptum est, Samo. τὰ μὲν ἄλλα ὅμοια τοῖς λευκοῖς τὰ μὲν ἄλλα, scilicet figura & magnitudine, & eiusmo-

di: colorꝛ autem illas superare. Iccirco addidit, σφόδρα.

1023 Κεφαλῆ ᾗ ἐκ ἰσθμ. pone, κεφαλὴν.

1024 Διαίρεσιν μὲν καὶ γένεσιν. Theodorus, nucleatim diuisum. Nam Plinius nucleos appellat. Scribendum est, καὶ γέλλεις, quia γέλλιβες, etiam dicuntur. Itaque etiam mox, τὰς γέλλεις, quod dum volunt mutare in, γέλλεις, corrumpere. Sic infra γέλλισθαι.

1025 Καὶ μεγέθει, καὶ μικρότητι. Altera differentia. Nam vnam dixit iam. ἢ τε σφόδρα ὀψίμων. Et mox, καὶ ἔτι πρὸς μὴ ἔχειν τὰς γέλλεις. Itaque Theodorus male omisit. Sic igitur quæ sequuntur scribes. καὶ γὰρ πρὸς μεγέθει γένος τι διαφέρειν ἔστι.

1026 Μυτιωτός. Quid sit, Dioscorides in secundo. Athæneus in septimo non semel. Sudas interpretatur ex allio, calco, ouo. Pulmentaria ruris appellat Plinius. Hermolaus ab odotis fastidio dictum prodidit, malè sequutus grammaticos: porius ab acrimonia ὡς τὸ μένιν. Theodorus atque Hermolaus Plinij verbis, ὄγκον, spumam sunt interpretari. Sanè vox illa, πνευματικόν, ita persuasit. intumescit concepto spiritu.

1027 Ἡ ᾗ γλυκύτης. Theodorus addit: Eorumque causa. malè. Neque enim causa à tempore, aut cultura est, sed ipsummet tempus, causa. Mox ἡλίκεω φράσκει. Theodorus caput accipit porri, non insuaui quidem oratione. sed periculosa, tamen apud exercitatos in historia Plantarum. Quippe qui notam habeat transitionem, atque transformationem plantarum in plantas alias: ex his verbis putet, ex allio porrum fieri. Itaque ἡλίκεω, sic circumscribemus.

In

In caput crescere, quantum porro esse consuevit. Plinius quoque circumspēctius. Porri crassitudine capite efficitur.

1028 Τῆς ὅριζης ἢ γένεσις ἔχ' ἰμοία. Theodorus addit, allij, aut cepæ.

1029 Παραφίσι, Theodorus, obducit. melius producit. Nam, ob, hoc in verbo significat, circum.

1030 Φέρει διέφασσι καὶ τὸ σκόρον ἐπὶ τῆ σφύειλος σκόρον, καὶ τὰ κρημμά. Corrupta, & omittenda potius, quàm distorquenda. Theodorus legit σφύειλος. Nescio tamen quomodo supposita fistula ferat allium: neque consilij rationem scio. Et ambitiosè φέρει, capitari. Ex Plinio nihil horū colligere quivi. Eius error est, qui allij differētias à tempore agnuit. Principio ipsemet Vlpicum sub diuerso ponit genere. Habemus nos maiorem amplitudinem, quàm quantum vola capi possit. Deinde duo genera videmus: alterum candidum, marinum vocant: alterum rubidum, duriore callo, sapore, & odore, longè acriore. Tum autem hycmalibus gelationibus longè minus obnoxium. Præterea est in Ægypto allium, quod nucleatū non est, sed solido constat capite. Ita errarit Plinius. Nam cum ex Theophrasto colligeret hæc, quod cœpit, non p̄fecit. Theophrastus enim & à tempore τὰ ὄψιμα καὶ τὰ πρόια: & à magnitudine, τὸ κύριον. & ab viti, ὅπερ ἔχ' ἔψισιν. & ab accidente, πνευματέμεινον. Et quæ est differentia, aut substantialis, aut non longè diuersa, τὸ μὴ ἔχον τὰς γέλγεις. Plinius duo tantum, tempus, & magnitudinem: etiam de spuma addidit, quod diximus.

- 1031 **T** Ἀχειμερινά ὃ ἔχ' ἥτιον ἢ θερινά. Non minus. Theodorus magis. Apertius mox, φιλυδρότερα τὰ χειμερινά. ἢ θερινά. Illud non est mirum, ut sint φιλυδρότερα τὰ χειμερινά. Sed quot sint φιλυδρότερα.
- 1032 Ἐάν τὸ παρὰ τὸν ἐγγίνηται δις ἢ τρίς. Adde ὕδωρ. Laudat hic aquam frigidam. At doctissimi quique olitorum è puteis haustam permittūt in sole, qua vespertina vtantur irrigatione. *δυσμανῶν*. Theodorus, rarefactu difficiles, diuinitus. scilicet quia non subeunt. Perpendes & illa, *διὸ καὶ ἐν τῷ ὀχέτῳ εὐχρηστα*. Intellige per, *διὸ*, quia non sunt *δυσμανῶν*. Tum infert causæ causam. *συμφέρει γὰρ τὰ σπέρματα*. Itaque aut, *διὸ*, est superfluum: aut addenda copulatiua. *συμφέρει ὃ καὶ τὰ σπέρματα*. Disputabis etiā, an propterea è riuus aqua præstantior sit, quia secū defert semina. Ea siquidē ad prata utilis expetitur. At hortis vel hanc ipsam ob causam maximè noxia.
- 1033 Τὰ θηρία, γινόμενα γόνιμα, καλεοδιόγνα. Theodorus omisit, *γινόμενα γόνιμα*. Ego adderem etiam articulum, *τὰ γινόμενα*. scilicet semina. De pluuiis verò aquis quod hic ait, non tam facit ad hanc sententiam, quàm contra. Nam si interficit, etiam gignit: quippe Erucas, & limaculas, & alia.
- 1034 Θερμῶ τὸ παρὰ τὸν ἀρδευόμενον. Theodorus, feruenti aqua, malè. Calidam nanque dicere, satis est. Non solum verò meridie rigamus ocymum, sed apposito panno laneo propè stipitem ad eum è pelui aquam perpetuam deriuamus interdium: noctu autem amouemus.
- 1035 Καὶ τὰ τῷ ῥαφανίδων. Raphanum translatione fieri ait grandiozem. Idem Plinius. Nos vidimus ac quoti

ac quotidie videmus genus quoddam, quod trāslarum peius habet. Idque animaduersum ab aliis quoque ante nos est.

1036 *Μάλιστα δὲ μετὰ φευτέως τὸς περιμαθίμης.* Theodorus omisit hanc postremam vocem. Lego verò, vt supra, *σπερματισμῆς*. Animaduertemus, si nihil desit, breuitatem orationis. Ait enim, *καὶ τὰ μὲν ὑπομένει*. Non posuit alterum membrum eorū, quæ *ἂλ' ὑπομένει*. *Ἰρίδαξ, γλίχρος*. Theodorus hoc vltimum non agnouit. Nescio an *γλίχων*, scribendum sit.

1037 *Ἡ κρᾶσις ἀθροισθεῖσα.* Theodorus, Humor collectus, rectè. Nā eo verbo luxuriat Theophrastus.

1038 *Φιλόπονον τὸ θηρίον ἀναδύεται.* Lege, *ἀναδύεται*. Intelligamus sanè, acruato fimo non interimi bestiolum, sed deprehendi, vt interficiatur. Iecirco minus fideliter à Theodoro translatum est. Sic enim scripsit, Humor collectus interimit, & fimus acruatim iniectus. Industria nanque bestiola condens sese, vt in stramento, quiescit in stercore. Non igitur sterco est quod interficit, si in eo quiescit. Sed Theophrastus sic ait, Humor collectus interficit, tum autem si fimum acruatum deprehendat bestiola, subit : & quiescit in stercore. Quare venari facile est. Idem est, bestiola nacta fimum : & fimus *καταλέγει* bestiolum. At illud mollius est. Et si bestiola subit : fimum illa inuenit, non illam fimus.

Animaduertes articulum ad substantiuum *φιλόπονον τὸ θηρίον*. Et obseruabis, *ἐν αἰς*, fortasse fuit *ἐνδύς*.

1039 *Πρὸς τὸ ὑπασσείρειν ὀρέθεις.* Emendarunt ex aliis Codicibus *πρὸς φρον τὸ ἐπισσῆεν*, mihi magis pla-

cer, *προσπεπαιρειν*. Theodorus interserere. Negat inuentum remedium ad prohibendam pulicem nationem. Nostrates pulices qua ratione non nascantur, docet superstitiosè Plinius in x x x.

1040 Κορίαννον ἡ ἀλμάται. Sic corrigūt ex Theodo.

E X C A P. V I.

1410

Tὸ ἡ ὑπὲρ γαῖν ἢ δ' ἢ χεῖρον. Litera γ, significat tria inter notas numerorum. Fortasse hic ita scriptum fuit: vt sit, τὸ δ' ὑπὲρ γ'. id est, *τριῶν*. Et notabis varietatem orationis. *διῖνα μὲν. διὰ ἡ τρεῖς.* τὸ δ' ὑπὲρ *τριῶν*. Lego enim *διῖνα*, nō autem *διῖ ἔνα*, vt scriptum est. In libri sequentis cap. ultimo, cum secundum hanc eandem sententiam loquitur, dicit *τὰ δ' ὑπερτείνοντα*. Dubito igitur, an hic malit quispiam, τὸ δ' ὑπερτείνον.

1042 Διὰ πλὴ ἀναπνοῆν, καὶ πλὴ κώλυσιν. Theodorus, vt quæ partim respirarint. Expirarint potius. Exhalarint melius. Semina vapida non sine eruditione & argutia dices. *κώλυσιν*, non est rectè scriptum. Neque verò ei voci vox vlla propior est, quàm *κάλυσιν*. Verbo *κάλυσειν*, frequenter vtitur Theophrastus. Si nomen non admittis, at repone *κάλυψιν*, aut quid melius pro nostris.

1043 Ἡκίσα ἐν ἡ πρὸ σκυῶν. Cū eueniat *φθορά* omnibus: atque aded, vt ne acria quidem immunia sint: mirum in cucurbitis, & cucumerum genere minus conspici. Theodorus autem verba hæc non agnouit: sed pro eis leges apud ipsum, *acerbis*.

1044 Περὶ ἡ τῶ ἀρχίων. Hinc caput aliud incipiendū est. Alia nanque penitus materia. Theodo. *ἀρχαῖα*, Arguensia, veteres, arualia, vt aruales sacerdotes.

Αὐτὸ

1045 Αὐτὴ ἡ σφειφρεςίρα. lege, αὐτὴ.

1046 Ἐν εἴνῳ αὐστηρῶ. Mirum in vino astringente dare ad aperienda mensura. Sicut & ponere σπληνίαν in hamagogo.

E X C A P . V I I .

1047 **Ε**Γειποιδίδες ὄντι, ὃ μὴ τυγχάνει βρωτόν. Lege, ἐγλυποιδίδες. Ut proxima sit herbaceæ naturæ. Tametsi igitur esculenta non sunt, tamen propter eam affinitatem post frutices tractanda fuerunt: & propter similitudinem, quam cum esculentis gerunt: hic potissimum locus ei historiarum debebatur. Itaque subdit: Non sunt λάχανα: quia non sunt ad vsum nostrum. Comprehendi tamen sub ea vniuersitate, par est ἐν τῷ καθόλου. Obseruabis autem misceri hic, καὶ τὰ βρωτὰ, καὶ τὰ ἀβρωτὰ. Idcirco mox cum dicit λάχανα, subdit καλεῖται: nō autem ἐστίν. Quia sunt æquiuoca, nomēque habent à similitudine faciei: vsum non habent ob dissimilitudinem succi: tum autem argutissimè adderetur copulatiua sic, λάχανα μὲν δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖται.

1048 Κιχώρα. Memineris Theophrasti libros Dioscoridis ignotos fuisse. Vtrunque enim autorem diuersis, aut nominibus, aut nominum flexu eandem plantam appellasse. κιχώρα igitur non est intubum esculentum, sed quod proximis lineamentis æmulatur, Dens leonis. ἀνδρῶραδα, caput monachi. ἀφάκη, hieracium. ἑσποχαιρίς, sonchus asper. Dixit κιχωριάδην, quia Senecio quoque folia habet eiusmodi, licet crispiora.

1049 Οἱ ἡ μυρία ἀλλα. Vfus est excessu poetico. Ex translatione Theodori additum est, ἐν οἷς καὶ τραγ*

πραγμάτων καλῶσι: numerāt scilicet inter λάχανα. Sicuti πάλιν καύκαλιν, & alia: ne referas ad κίχωνειώδη. Corrige, τὸν καυλὸν εἰς βραχύν. Puto etiam πωρονα, non παρητὸν legendum. Legunt etiam τοιαύτας τὲς μὲν ιδέας: non autem τοιαύτα.

1050 Ὁ δὲ ἐπιπάλιον τινες πρότερον. Hæc omisit Theod.

EX CAP. VIII.

1051 **T**ὸ μὲν πλειάδα. Corrigit ex Theodoro τὸ δὲ.

1052 **Δ**ιαφορα ἢ τῶν ἀνθῶν. Altera capitis pars hæc.

1053 Ἐπίπετρον. Hoc nomē ignotū nobis. ἐπίπετρον, notum. Δοσγραμάντες πάλιν τὸ πρότερον. Dele, πάλιν.

1054 Τὰ ἢ ἄλλα εἰ τοῦτο ποιῆ. Theodorus quāquam reliqua minus. Non rectè transtulit, δὲ, quanquam Nulla est aduersatiua. Non enim sunt eiusdem generis. Lege, οὗτοι ἢ ἄσμοι ex Theodoro. Crocum spinosum videtur intelligere Cartamum. Cuius duæ species, hortense, & agreste.

1055 Κοινὴ ἢ διαφορα. Aliud caput.

1056 Περιαλλόκαυλον. Diuina vox. par illa in tertio, ἐπαλλόκαυλον. παρίνη, ἀπαρίνη dicitur à Dioscoride. Theodorus legit πῆτινη, non autem πιτίνη.

1057 Κρόμμυον, παρῶσον, σκόροδον. ὡς περ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ὑπάρχει. Sic hæc exempla sint satiuorum, cepæ, porri, allij: male subdit, ὡς περ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις. Si rectè subdit: ergo illa syluestria. Ac de allio, & porro confessum est. Plinius autem negat cepas syluestres agnosci.

EX CAP. IX.

1058 **V**idetur pars hæc cum superiore continuanda. de caule enim agit. Fortasse inde caput aliud incipiendum est. εἰς ἢ τὰ μὲν ἀκαρπα. Cum quibus coniuuges

coniunges illa suprema verba. διαφοραὶ ἢ καὶ κτ' πρὸ
βλαδ' ἡσιν. Huic sanè capiti anteponendum erat ca-
put de radicibus.

1059 Ἐπιγείφυλλα. Theodorus, folia ab radice. Mi-
rum si herbæ definitio est ea, quæ ab radice statim
emittunt folia; quo modo ἑπικαυλόφυλλα quædã sint.
Intellige aucto caule folia in ipso esse, ad radicem
non esse omnibus. adde τὰ τὰ δ' ἀμφοτέρων. & dele
κτ' κτ' ἑπικαυλόφυλλα. Ex Hermolao petes iudicium
de Theodoro, qui ἀνθεμον, Nigellam hic.

1060 Ἐπιγείφυλλα ἢ κορωνόπους. Nequaquam hic lo-
cus negligendus est. κορωνόπους enim quod ego cor-
nu cerui, Romani herbam stellam vocant, ἐπιγεί-
φυλλον est. At Theophrastus alibi connumerat inter
acutas. Idcirco recentiores, quos equidem honoris
causâ nomino, putarunt genus esse graminis. Quod
tamen Plinius in vicesimo quarto aculeatum gra-
men cum vocet, coronopodis nomen ei non attri-
buit. Id gramen verò nō est ἐπιγείφυλλον μόνον, sed
ἐπαμφοτερίζον. At hic inter τὰ ἐπιγείφυλλα pro e-
xemplo est. In Anchusæ quoque stipite foliola ani-
maduertimus. φυλλανθίς lege ex Plinio, non ἀφυλ-
λανθίς, vt scriptum est. Notabis duplex ἀνθεμον.

1061 Τὸ κηώριον. Theodo. Iutubum, siue Ampulla.
Ambubeia scriptum est in codicibus Dioscoridis.
Quæ vox idem est, quod erraticū. Est & alius error.
Cum enim sic instituisset dicere: Id enim in cauli-
bus. debuerat verbū subnectere (fundit) aut aliud
tale. Verùm lapsus est in aliū rectū casum Emergit,
inquit, flosculus. Et omisit verba illa, πλὴν ἀκαν-
θώδεις κομίσθη. Sententia est, etiã in spinosis quasdam
inueniri

inueniri tales : modo ne spinosæ sint nimis. Veluti
 fonchus, molliore nanque spina est. Theodorus au-
 tem non temere videtur omisissè. Multa enim vel
 spinosissima, talia sunt, vt Scolymorum genera syl-
 uestria. Est & casus mutatio. ἔνια. & postea πλὴν ἀ-
 κανθώδεις. Illa verò barbaries est. Alia, inquit, vsque
 folia tantùm veniunt. & negligentia Theophrasti.
 Qui cum herbas quasdam, scriberet, Ederæ florem
 ferre, fructum nullum: nullum apposuit exemplum.
 Iris florem quidem edit, sed liliaceum: fructus nul-
 lus sequitur.

1062 τῶν μὲν ἐν τῇ βλαστήσει προτερᾶ. Antecedit cau-
 lis folia. Non igitur herbæ sunt: quemadmodum
 suprâ monebamus: aut aliam quaramus definitio-
 nem. Eadem ratione minus rectè dictum sit. τὰ δὲ
 ἐκ τῆς δένδρον προωθεῖται καυλῶσι. Non enim pars ar-
 borum, sed omnes emittunt primum ab radice cau-
 lem: ea nanque definitio recepta est. Theodori co-
 dex post ea verba habuit illa, ὑστερον δὲ φύλλων. aut
 tale quid. Sic enim addit. Frons deinde emergit. si
 non sunt: non desiderem. intelliguntur enim.

1063 Διαφέρουσι δὲ τοῖς ἀνθεσι. Hæc suprâ debuit po-
 nere: vbi de floribus agebat.

1064 κεχρησμένον δὲ ἀνθικῶσι. Hic defunt verba sic
 κεχρησμένον δὲ ἀνθικῶσι ἔδει. ἐν δὲ τοῖς ποσάδεις πολλοί.
 Theodorus, ἀνθικῶσι, ardentiori. Viuidiorem dicas
 mollius. & lege ἀκραῖσι, ἢ ὑκραῖσι. Id est, puri. sub-
 dit enim μεμιγμέναι.

1065 καὶ ἐνίων τὰ μὲν δένδρα πῶς ἀνθῶσι ἀθρόαν.
 Theodorus malè omisit, ἐνίων. Neque enim om-
 nes arbores cūctos simul edunt flores. Genere fe-
 minino

minino αἰθλω, dixit vt Nicander.

1066 Πολλὰ ἢ καὶ τῶν μίζων διαφοραί. Aliud caput facito.

1067 Ξυλοειδέες. Theodorus, Surculi speciem gerentes. Non, sed lignosa, vt Glycyrrhiza. Gentianaue autem minus. Nota, cum dixit ξυλοειδέες, repetit hic, ξυλοειδέες.

1068 ἐχ' ἀπασαί ἢ εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, ἢ ἕσμοι, ἢ ἐδάδιμοι. Videbantur odoratis, & dulcibus deberi natura, atque vsus ad vescendum. At rectè negat hoc: minus tamen perspicua loquutio. Nam ἕσμοι, est prædicatū propositionis. Iccirco obturbatur à particula, ἢ. Videntur enim esse quatuor membra æqualia, per tres illas notas disunctionis: mallet abesse sic, εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, ἕσμοι, ἢ ἐδάδιμοι. Elegantius quoque sic digererem. αἱ δ' εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, ἐχ' ἀπασαί, ἢ ἕσμοι, ἢ ἐδάδιμοι. Theodorus omisit, ἕσμοι: & simpliciter est, ἐδάδιμοι, interpretatus. Vtrunque tamen necessarium est. Nam odorata ἕσμοι videbantur esse debere omnes. Interpretemur ori gratas. Nam apud Tragicos est, auribus gratum, τὸ ἕσμον.

1069 Καναυρία. Corrige, κενταυρία. Et obseruabis quemadmodum ἀφίλιμον, non contra distinguitur τῶν ἀβρωῶν (ἔχ): sed τῶν θανασίμων. Itaque æquiuocè digeruntur.

1070 Διαφοραί ἢ καὶ τῶν πλὴν βλάστησιν. Hæc adiungenda erant superioribus πλεὶς βλαστήσεως: ac totum postponendum capiti de radicibus. Theodorus μετέδωκε, mediata. At Latini dicunt, media die, aut nocte, aut hyeme, ad hunc sensum.

Όιι

1071 *οιον ἐξύτην*. Theodorus addit, *λεμύτην*. Et *κῆ* τὸ μάλλον auxit paraphrasi. Ait enim, qualitatis remissioris, intensiorisque.

E X C A P. X.

1072 Δ *Ιηρημένων*. Et hæc pars cum superiore continuanda. De germinationis enim tempore loquitur.

1073 *ὑπὸ τῆς ὑδάτων ἐδὲν πύξ*. Theodorus, infestatur, malè. Hoc verbum Græcum comprehendit euenta omnia, etiam bona. Sic hic Theophrastus. Vult enim intelligere: Ne si imbres quidem plus attulerint humoris: iccirco præuenire tempus suū. Videbatur enim hoc ita debere esse. Siquidem *προβρεχθέντα* proueniunt celerius. Non est igitur, *πύξον*, infestatur: sed, afficitur: ita vt perficiatur ad celeritatem germinandi.

1074 *Ἔνια γδ θέρμα*. Corrigunt, *θερμά*: quia etiam Theodorus serotina.

1075 *Ἐγγύς ἢ βλάσις*. Theodo. omisit, τὸ ἐγγύς. At est necessarium, vt non tam *ἄμα*, quàm *ἐγγύς*.

1076 *καθίω ἐνιαυτίν*. Corrige, *καθ' ἔρον*.

1077 *μετὰ πλεῖν ἀφάνει ἔσαι ἢ ἀνεμώλια*. Theodorus crocum addit. Nota *ἀνεμώλια*, quæ alibi *ἀνεμώλη*.

1078 *Ἔνα ζῆ*. Theodorus omisit, & post *ἡλιουτρόπιον*, addidit *πύξον*.

1079 *Ἀφορισμένων οἷν τῶτων*. Satis liquet hanc aliâ esse materiam, atque diuersum caput.

1080 *Ὅσα ἡ κῆ πλεῖν ἰδίαν ἐκάστῃ φύσιν*. Viderur aliquid deesse huic orationi. Sententiæ autem etiam superesse. Repetitur enim *Dixit, τὰς καθ' ἑκάστῃ*: & statim *ἐκάστῃ φύσιν*. Diuisio autem mirabilis.

522

σαχιδῶν, ἢ σκανδυιδῶν. à florum ratione statuitur. Sanè τὸ σαχιδῶδες, vt in Phlomis, & Saluiis, & Botry. Altera verò diuisionis pars nõ responder. Cæterum apta erat eorum, quæ umbellam gerunt: qualia sunt fœniculacea. At ille, σκανδυιδῶν ab herba maximè ignobili: & mox σκανδυιδῶν exponit per κηχειδῶν. Sanè igitur dixisset, κηχειδῶν. quod & facit post, quàm τὰ σαχιδῶν exequurus est. Locus verò, præsertim Grammaticis minimè negligendus est, qui in Euripidis vita Scandycem herbam cum legunt, & quid sit, nesciunt: hinc vnâ è cichoriaceis intelligant speciem. In Codice Græco tertia diuisionis pars est *μοφῶα*. Quod & omisit Theodorus, & autor ipse nullo est ex eplo prosequutus, & mendum est. καὶ ἔτι ἕτερόν ἐστι τῶ κοινόν. Corrigit, *εἶτω*. ego malim, *εἶτω*.

1081 Η ἀνθεσσιν, ἢ ῥίζαις, ἢ καρποῖς, Rectè sane. Sequitur, *ἐκ γὰρ τῶ φανερῶν ὁ μερισμός, ὡσπερ καὶ τῶ ῥιζῶν*. Mira docendi ratio. Quin potius dicerem, ab occultis fieri partitiones, quæadmodum à manifestis, atque ita concludere: Igitur à radicibus, sicuti à foliis, floribus, fructibus. At ipse concludit notiora, per minus nota.

1082 Ἀχύνωψ. Theodorus legit, *εἰτωψ* ex Plinio. & omisit illa verba omnia. *ὡπὸ μίμος τελείας ἔχων ἰδέας ἐν εἰωτῶ*. Quia sub eo nomine ignota est hæc herba nobis, nihil auspicato geri potest. Notabis Arnoglossi species raris nominibus, *σελεφερος*, & *ἔρτυξ*. Lege *αἰθεριδῶν*, spicata enim sunt.

1083 Μαλακὸν χνοιδῆσερον. Theodorus legit, *δακτυλον*, καὶ *χνοιδῆσερον*. desciscens à Plinio, qui ei spicam mollem cū attribuit, *μαλακὸν* legit. Cū dicit

T

lanuginem densam, explicauit & χνοῦν, & comparatiuum gradum. Idem Plinius legit, Selepyros, non autem πυρός. Sic etiam Theodorus plantaginem interpretatur. mox tamen πῶς πυρός, tritico, transfert. Forrasse ita legédum est, vt apud nos scriptum est, de Selepyro enim nusquam quicquam. Stelephuros autem est ea, quam Lanceolaram vocamus, plantaginem strictifoliam. Ita habes genera tria. Dioscorides duo tantum nouit.

Ε x c a p . x i .

1084

Tοῖς ὃ καυλιῖς καὶ αἰμίξαι. Theodorus legit, ταῖς ῥίζαις. Scribe ἐλάτῃς, non θατίς, quia subdit ὃ ἡ χειρὶς μέγας, Et pone θεσμῶ, pro θεσμῶ. Adeo longa radix est, vt Veneti Radicium vocent. Emenda, λαμόν: & agnosce, λοβόν. Et ἰσοχειρὶς, vt supra; non autem ἰσοχάρσις.

1085 Χανδράς videtur ea, quam χενδρύλλαν vocant alij. In codice Serapionis scripta vox propius accedit ad hanc Theophrasti: terminatio autem ad illam Dioscoridis, Chandarel.

1086 Παράθει. Felix verbum. Significat enim praeter priorem florem alium subinde edere. Alia vis est quam in πῶς παραβένειν, & in πῶς λογιζέιν.

1087 Ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταύταις διαφοραῖς. Hic esto aliud caput. Neque enim iam πῶς καὶ ἕκαστον naturam scrutatur, id quod fecit haecenus in spicaceis, & cichoriaceis: sed καὶ γένοιτο, ab Radicū differentiis species partitur. Ita, quod & alibi ei contigit, hic fluctuat. Quin etiam repetit ea, quae supra dicta sunt. Deinde ab his radicibus retexet historiam denuo πῶς καὶ ἕκαστον.

1088 Α καὶ

1088 Ἄ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα. Theodorus legit, καὶ πρὸς
 ἑαυτὰ, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα.

1089 Ἄβρωστον, Inguftabilis, Theodorus, nimis arcte.
 Nihil est inguftabile, nifi quod sapore caret. ἄβρω-
 στον, cibo ineptum.

1090 Πρὸς ἣ πλεονάζειν αὐτῆς ὅταν ἀποφυλλώσῃ.
 Theodorus, Hæc vt incrementum capiat, cum fo-
 liis luxuriatur. Diuerfus abit. Foliorum vsum tripli-
 cem tradit Theophrastus Nam & esculentum est, &
 valet ad rupta. Tertia vtilitas est, non quam faciunt
 folia, sed quam fieri permittunt. ablati enim crescit
 radix. Ita πρὸς ἣ πλεονάζειν, est tertia vtilitas. τὸ πρὸς,
 est nota finis. Modus vtilitatis ibi: ὅταν ἀποφυλλώσῃ.
 Verbum sanè commodum: cum defoliauerint.
 Sicut ἀπανθεῖν. Illud quoque castigatius debuit de
 Aro: qua ampla spargunt. non enim folia spargit
 Aros. Et Græce sine ambitione. ἔχει μίζα τὸ φύλλον.
 & illa. ὃ καὶ ὅτι τῶν βολβῶν τινες ποιῶσι σιωπιθέντες,
 ait enim, quod vel in bulbis nonnulli in cōponen-
 do facere solent. minus Latinè.

1091 Πολλὰ δὲ εὐρίσκουσι ταῖς σκολοπείαις. Theodorus
 legit Scolopendras. Sanè, quia mox ζῶον. Plinius
 cum radicis vsum tractaret hunc, omisit Scolopen-
 dras. Quo loco animaduertes φάσγαγον hic cyperum
 ab eo appellari. Videbis Hermolam.

1092 Πολλῶν ἢ τε φαρμακώδεις. Theodorus, pars
 maior radicum neque medica, neque cibo idonea.
 Inconsideratè admodum. Quis enim ex Theopraſti
 veritate non videat médacium Theodoti? Aliud est
 πολλῶν, aliud, maior pars. Immo verò penè omnes
 aut in cibum, aut in medicamenta recipiuntur.

1093 **K**Αυ' ὃν δὲ τὰ μὲν ἔχει τὸ ἔλκεν, καὶ ἄνθος. Theodorus omisit. καὶ ἄνθος. Lego, τὸ ἔλκεν ἢ ἄνθος. Duo nāque caulium genera agnoscit Theophrastus, ab officio. Vnum vocat ἢ ἄνθος μόνον. alter est qui etiam fructum fert. Huius posterioris modi in multis inuenias; priorem autem in paucis. Quippe iris floret tantum, nullo subsequente fructu. Et Narcissus, de quo ipse. ἅμα τῷ κaulῷ τὸ ἄνθος καταφθίνει. Itaque Ari exemplum subdit pro iis, quæ caulem gerunt ob fructum. Quare peissimè contuluerit Theophrasto Theodorus, qui ἢ ἄνθος nō apposuit. Exemplum enim falsissimum esset. Quis enim Arum esculentum negarit caule præditum? Asparagi enim in modum exit, robustus sanè, atque fructū in racemo fert. Illa autem verba ἕνα δὲ ἔχει, cum suis exemplis disceptant. In Primo nanque diuisionis membro erat Arum, qui caulem quidem gerit, sed ἢ ἢ ἄνθος. In Secundo est Narcissus, cui caulis est, sed ἢ ἢ ἄνθος μόνον. In Tertio, ἕνα δὲ ἔχει. Quid habent? scilicet caulem, at vtrum? Nam exēpla varia sunt, atque inter sese dissidentia. Iris enim florem tantum fert, nullo, vt dicebamus, excipiente fructu. At Xiphion, quæ est spathula fœtida, fructum fert post florem. Præterea non omnia bulbacea, vel fructum, vel florem gerunt: quippe Bulbus esculentus neutrum.

1094 Τὴν ἀύανθον ποιεῖται. Theodo. legit, πλεὺς ἀνθῶν. Et mox eodem modo, vbi est ἀύανθῆ, legit ἀνθῆ. Sanè hæc contraria. verum Codicis nostri lectio vera. Nanque semen cadit astate, hiscente flore, quo tempore

tempore arefcit. Sic vermiculus per initia sine al-
lis: simul cum fructu crefcit, ac tum demum ala-
tus: cum arefcit, abit. Plinium eius naturam tractan-
tem auertit alia cura à vermiculi huius hiftoria.

1095 *Ἐμπτηγυμίνας ἢ μίγχα.* Theodorus detracto pe-
diculo. Immò verò infixo punici pediculo in Scyl-
lam. Lego, enim *ἐμπτηγυμίνας*, & fuprà monuimus.
Sic malè. *ἐν αὐτῇ.* apud ipsam.

1096 *Ἀθήρια αὐτά.* Theodorus, vniuerfim nafcun-
tur. At quid est, vniuerfim? aggregata, congesta.

1097 *Εἰς νέωτα.* Theodorus, anno fecundo. Post an-
num fcilicet id est, anno futuro. ita Pollux, &
alij. frequens Luciano.

1098 Sic feribes, *ἔυθυπρόωρον γδ τὸ ἀνθος. ἢ δὲ ἢ
σκέλλης καὶ αὐτὸν, ἐπὶ ὑσέρον δὲ τὸ ἀνθος ἐπίχρον ποροσ-
καθήμενον.* Scilla: caulis scorfum, mox infidentem
florem continens.

1099 *καὶ ὅταν ἀνανθεί.* Theodorus legit *ἀνθεῖ*, re-
ctè. Nam fi caulis simul cum flore tabefcit, post
πῶ ἀνθοῖς, non post *πῶ ἀνασιν* folia eduntur.

1100 *Προανθοῦντα τῶ φύλλων, καὶ τῶ κaulῶν.* Sic
etiam legit Theodorus. Cæterum quemadmodum
ante folia florere queant, fcio: ante caulem quæ ra-
tione flos exire poffit, id verò nescio. Et Amygdali
exemplum cum apponit, videtur non cōuenire cum
illis verbis. *καὶ τῶ κaulῶν.* Neque enim ante cau-
lem floret Amygdalus. Lege, *ἢ ἐυθύς*, ex Theodoro.
δὲ οὕτως ἀφίπσθη. δὲ ἢ λεκκουρώδης.

EX CAP. XIII.

Tὸν ἐπισηφύραν. Theodorus addidit herbarum. De 1101
Bulbis enim loquitur.

1101

T 3

1102 Πένδια. Theodorus, Toga. Tunicae potius, si
 πένδια sint, ποδύρεις, ac non potius alia regumenta.

1103 Πλείω ἢ καὶ τὰ βολβοῦδον, καὶ ἐλάττω. Theodo-
 rus legit, καὶ ἐλάττω. Sicut suprā. μικρὰ, ἢ καὶ με-
 γάλη. Herodorus autē χαρίσαται, vt semper. Nanque
 in Melpomene sic ait. ἔτεα τὰ συμπαγέα, χιλίων ἢ
 πλείω, ἀλλὰ ἔσονται. Theodorus legit, ὀπιτίων, vni-
 ca voce. Theoprastus autem nunquam persuadebit
 violam matronalem niti radice bulbosa: neque ea,
 quam adducit rationem, satis est. Inquit enim βολ-
 βοῦδον ἢ ἔσσεται, ὅτι σπογγύλα τῆς ῥίζαις.

1104 Ὁ καλοῦσι χειμῶνα. Quoniam hyeme augeat-
 ur. Multa quoque ex animalium genere ita crescūt,
 praesertim iumenta.

1105 Καὶ τὰ ῥῆθ' ταύτης ἔχει διαφορὰς. Hinc caput
 aliud. Maxime enim diuersa materia à superioribus
 bulbaceis.

1106 Οὐ δ' ἐπίδηλον ἔστι δὲ τὸ πῶς νοτίαν ὀπιμένειν.
 Theodorus, Nec quicquā adhaesisse humoris constat.
 Itaque dupliciter quis interpretari queat. δὲ τὸ ὀπι-
 μένειν ἢ νοτίαν. Propterea quod non patitur ab hu-
 more: hoc enim est, ὀπιμένειν. aut si legatur, ἢ ὀπι-
 μένειν, intelligas, quia humor non infideat.

1107 Ὡς ἢ οἰονταί τινες. Theodorus Trichomanes,
 fidiculam interpretatus est. Caro filiculam, plo-
 podium vocat. neque enim ad aluum deiciendum
 Trichomanes compararetur. sic etiā Plinius. Quod
 autem sequitur, ῥίζα ἢ ἄχ' ὑπέστη, falsum est. Theo-
 dorus emolliuit. radicem minimam.

1108 Τῶν ἢ καὶ μέρος ἀνθρώπων. Non accusabo ne-
 gligentia philosophum. manifestior enim est quàm
 vt veniat

vt veniat in iudicium. Neque enim erat is locus: sed vbi florum narrat historiam, atque differentias germinationis. Cum autem hic sit sermo ἀπὸ ἀπανθήσεως. Theodorus errarit, si ita scriptum reliquit, vt legimus. Inquit enim, id à summo incipit florescere. Idem supra semel atque iterum ἀνθίμον Nigellam est interpretatus. Hic ab seipso desciiuit: & Græca vocè vti maluit.

EX CAP. XIII.

1109 Ὅσπερ ἐπὶ τῶν γαλεῶν, ἐκ κριμῶν. Theodorus legit, ἐκ χειῶν. Nimis diuersa lectio est. Ego malim, κριμῶν. Genera sunt animalium marinarum, quæ σελάχη appellat Aristoteles. Mustelus, est canis. Quare Theodorus voce Græca maluerit vti (Galeis) quæ sanè Latinis aliud significat, nescio. Ita nimium operæ alibi posuit: hinc defecit. Plinius hoc nomen vbi ponit, alio flexu vitur: vt non queat vlla esse æquiocatio. Idque inter pisces.

1110 Ἀκολουθοῦν τὰς ἀρχαίας. Theodorus omisit τὰς ἀρχαίας. Quid igitur sequuntur? Quod autem ait ἀμα διὰ τὰς τρεπταῖς καὶ ἕτος: non animaduertat hortensem Scolymum non sequi τὴν ἀρχαίαν καὶ τὸν ἀνθήσεως. Habemus enim, qui nunc florent. Prodebamus autem hæc per initia hyemis. quique etiam hyeme media, qui Martio mensē. Satui enim respondent.

1111 Τοῖς ἀλοπεδῶν τοῖς ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν. Theodorus, planis parietinis. Intellige summa parietum, in quibus humoris aliquid tum colligi, tum

LIBER SEPTIMVS.

seiuari queat : aut ita legas, τοῖς ἀλοπίδοις, καὶ τοῖς
 ὄππῃ & cætera. Hoc enim persuadet vox illa, ἀδρα-
 1112 ὁ μέλις σῖτος. Theodorus, Melfrugum, ex
 Plinio. Is à Diocle medico, Panicum, Melfrugum
 ait appellatum. Nescio an δὲ τὸ μίλιτος, μέλιαν
 putarit quispiam dictum. Si ita est, errarēt Lati-
 ni, qui milium ὠδὲ τὸ μέλιαν, Eolenses sequuti
 nominarunt. verùm neque milium, neque panicū,
 est mel frugum, sed triticum. Neque si Diocles
 ita iudicauit: ex appellatio debuit facere pro-
 prium speciei Theodorus, extante vetere Latina
 Panici voce.

1113 Δωάμετ διτλαῖς. Theodorus diuersum viribus.
 Aliud tamen est, διτλαῖς. Neque tamen explicat
 eas. Tum autem si non sit mendum: Δωάμεσι,
 corrigendum. Et lego, ἔτιτε: non au-
 tem ἔτι. Illud Atticum,
 hoc barbarum.

* *
 *

FINIS LIBRI SEPTIMI.

EX LIBRO OCTAVO

CAPITE PRIMO.



N fronte octavi libri ad modum commentarij verba leguntur Grammaticis III 4
solemnia. Ἰσείον. Sententiæ duæ, vtraque
indigna viro in Philosophia exercita-
to. Prior hæc. Andronici iudicio librum hunc in-
scribi, *ἔχει φωνῶν ἰσορίας*: Quo nihil insulsius ex-
cogitari potest. Quippe vniuersi operis titulus est. Al-
tera est Hermippi nihilo melior, *ἔχει φρυγανικῶν, καὶ
πρωδῶν*. Cum tamen expedita sint *τὰ φρυγανικά: &
ἔχει σιτωδῶν*, Id quod ipsummet profitemem au-
dias, agat.

III 5 Δύο δ' αὐτῆς γένει μέγιστα τυγχάνει. Theodorus
addit, prima. Sanè si sint maxima, prima quoque
sunt. Rectè *παικίλον, καὶ πολύχου* negotium plan-
tarum dicebat. Nam *σίτον* partitur in *σιτωδες*, &
χέρροπα. Sanè omnis species obtinet ex genere.
Omnis enim homo *ζωῶδες*. Itaque etiam equus, &
alia. Ergo etiam *χέρροπα, σιτωδῶν*. Et tamen distin-
guit differentia specifica *τὰ χέρροπα, καὶ τὰ σιτωδῶν*.
Nomine quoque caruit tertia species, sub qua mi-
lium, & sesamum cōprehendit. Aded enim diuersa
sunt, vt nequaquam proxima natura contineri posse
videantur. Fruges summum genus à Latinis appel-
larum, satis constat. Aded vt Iureconsulti quidam
etiam ad vvas, etiam ad sylvas caduas, etiam ad
cretifodinas, atque lopicidinas diffuderint. Quos
rectè castigat Iulianus, qui etiam à pomis auter

.....

T 5

appellationem. Verùm idem malè frumentum definiuit, quod arista in se teneat. Aristam posuit pro spica: non enim cuiusuis frumentacei generis spica aristosa est. Præterea milium, surgum, panicum, quæ apud Iulianum cum neque spica, neque siliqua constet, quid sit. Ita habes errores, & Galli, & Seruij, & fortasse Alpheni.

1116 Ἀρορον, Theodorus interpretatus est, Satum. Et addidit, per excellentiam.

1117 Κύαμος, καὶ κίγγος. Theodorus omisit, κίγγος. rectissimè. Neque enim inter κίγγος est.

1118 Τρίγωνον. Corrige, τριμνον. Balliarcum Vascones vocant.

1119 Ἀφάνη. Quare Theodorus non verterit Vitiam, quætere potes.

1120 Ὅς ἔστι δυνάμει φέρειν. Dole negationem. Fit enim, δὴ γὰρ.

1121 Ἐν ᾧ τῶν ἐν τοῖς ἑρανοῖς. Theodorus retulit ad omnia: ad fabas alius spectaret. Mihi placet, omnium, quæ utrunque tempus admittunt, fieri comparationem. Quia mox etiam locorum commoditates inter se confert.

1122 Ἀνόμοια τυγχανεῖ, lege: non autem ἀνόμοια. ἐν ἀέρτι ἀέρι. Theodorus benigno cælo. ἐν ἀέρτι, malim. Et leges commodius, ἢ δὲ ἀύχμοδες ἐρα, βραδύτερον.

1123 Ἐν δὲ ἀν χειμῶνες. Theodorus addidit de suo, Res longè tardius agetur. pessimè. neque enim vna tantum causa est hic numerata, sed diuersa. χειμῶνες, ἀύχοι, ἰσθία, ὑδατα. Quare non est tardius: sed communiori voce, ἀδελφῆσι. mutatur ratio omnium.

omnium, aliis aliter, & ambitiosè, κίερον ἔχοντα, fimo refertum. Refertum? præstat non ponere fimum, quàm nimium aggerere. simpliciter, stercoreatum.

1124 Μὴ νήπια. Lasciua vox: sicut infra, διαγελώσης ἢ ἴρας. amœnitas supra modum Philosophi.

EXCAP. II.

1125 **E**κότερον ἐξ ἐκατέρου. Theodorus, vtrunque ex vtroque extremo. Sed ἐκὰς ἕτερον, & ἐκὰς ἕτερον. Neque enim & radix, & caulis (hoc enim est vtrunque) ex vtroque prodit extremo. Sed alterū ex vno, alterum ex altero, à crassiore radix, à mucrone caulis. Illa verò verba, πάντα ἐν τῷ στήθει πεφυκεν, omisit Theodorus. Quæ tamen aptè posita sunt: eaque sic leges. ὡς περ ἐν τῷ στήθει πεφυκεν. Vult enim Theophrastus docere situs proportionem in femine, & officij ad germinandum: quia radici debetur inferior locus. Ex ea igitur parte illam exire par est, quæ etiam in spica sit inferior. Hæc autem est crassior. Itaque subdit, κατὰ μὲν τῆ κατώ τῆ παχίως ῥίζαν. In pomis, ratio contraria.

1126 Καθὸ δὲ ἢ ἀρ' σφουσις αὐτῆς ἐστὶ ἀπὸς τῆ λοβόν. Theodorus, Quæ etiam nexus siliquarum consistit. Mala loquutio, neque nexus est: neque siliqua necitur femini: sed è cōtrario potius. Simplicitate Romana, quæ hærent siliquæ.

1127 Συμβαίνει ἢ ἐν τῇ τοῖς σπιδέσι. ὡς τὸ μὲν βλαστὸν ἐν αὐτῇ τῷ σπιδέσι βλαστάνει ἀπὸ τῶν ἀνέμοις διὰ διείσασθαι τὰ σπιδέσα. Theodorus addit de radice sic, In frumentaceis euenit, vt radix protinus extrahellatur. Germen autem in ipso semine augeri primum

num incipiat: aucto que subinde semina disjungantur. Vbi vides verba illa, βλας ἀρεν, augeri. Et, αὐξανόμεν, aucto. Et quod peius est, δις αὐται, disungi. Disiunguntur contigua, non continua. Sic dices. Germen intra semen nasci primum: deinde augefcenre eo semina hifcere. Lege, διμερῆ, non διμερῆ

1128 Δίβυρα. Theophrastus præceptorem imitatus est, qui Ostreacea sic appellat. Bifores enim sunt. Vix tamen fabam sic agnosceas. contrario nanque se habent modo. Ostreis corpus vnum, valvæ duplices. Leguminis corpus duplex, cortex vnicus. Theodorus, videbis, vt expresserit. Bino claudi corpore, neque enim id διβυρῶν est. Columella duplex semen in iis dicit. Animaduertes quemadmodum Theophrastus reddit rationem primæ partis. Prima nanque ostenditur per τὴ μὲν. Ratio est, quare δις αὐται. Quia, inquit, διμερῆ. & dicit, τοῦς: quia non penitus ἐν σπλάγχνοις. Et addit, ἔξ ταύτης. propterea quòd legumina sunt vere διμερῆ. Iccirco intulit, τὰ ἢ χερσὶν φαίνεται. Quæ autem sequuntur, τὴ ἢ ἴζαν ἐνθὺς ἔξω προωθίεται, continent alteram sententiæ partem: quæ pertinet πρὸς τὰ σπλάγχνα. Videnturque esse verba de radice, quæ Theodorus in superiorem trāstulit periodum. Ac propterea subdit, ἐν ἢ τοῖς χερσὶν ποῖς non ita contingere, vt in se ipsis germen alant. Sic enim leges, ἢ συμμείβεται. Ratio est, ἔξ τὸ καὶ αὐτὰ ἔξ. Intellige καὶ αὐτὰ. Quippe neutiquam ex duabus partibus emittunt, sed ex eadem. Et est obscura oratio, atque ambigua.

Διό

1129 Διὸ καὶ τὰ ῥοβώδη. Theodorus omisit. Necessaria tamen sunt. Infra enim πολλά τῶν ῥοβώδων. Neque sibi constaret Theophrastus. Sic enim diceret. τὰ σιτώδη πολυῤῥιζα. Idcirco sunt πολυῤῥιζα, καὶ πολυῤῥιζα. At est è cōtrario. Quippe ἐναντίως τις. Id est, ἀντιπροφία. Nanque τὰ μὲν χέδρα μονόριζα ὄντα πολλάς ἔχει δασύσεις. τὰ δὲ σιτώδη πολυῤῥιζα, καὶ ἀπαράθλαστα. Facit etiam exceptionem inter legumina quidem, fabæ: inter σιτηρά τῶν κριθανίων. Sunt igitur tria nomina, χέδρα, ὕσρια, ῥοβώδη.

1130 Ὅγκω φαιρόν. Theodorus, mole conspicuum. Moles de re magna semper. In nullo fructu moles, nedum in spica. Tumorem dicas: aut simplicius, magnitudinem.

1131 Σχεδὸν ἅμα τῷ καλαμῶδι, πωίσασθαι μικρὸν ὕσριον. Mira loquutio. ἅμα, coniunxit cum, ὕσριον. Itaque addidit huic, μικρὸν: illi σχεδόν.

1132 Διὸ πολλά τῶν ῥοβώδων τίλλεται. τὰ μὲν κατωτέρηκεῖα, τὰ δὲ ἀνω χλωρὰ πάλμπαν. Theodorus, Qua de causa multa ex Eruis euulsa parte ima defluxisse cernuntur. Superna vero esse viridia. Vult dicere: Eruium legi aliquando eiusmodi, ut inferiores siliqua intus habeant nihil: quarum summa pars nihilò fecius vircat. Ambigua oratio Theodori. Multa ex Eruis, & multa euulsa ex Eruis. & τίλλεται, ab aruo, non autem ab eruo, ut totum à loco: non pars à toto.

E X C A P. III.

1133 **X**Ωρατε χώρας. Usque ad satietatem inculcavit hoc. Ac de Ægypto non semel.

1134 Πυροὶ δὲ πᾶσι ἐλλάδα, πυροὶ μὲν ἐν τῇ ἐβδόμῃ. Theodo

Theodorus omnia omittit, præterquàm, *κυροὶ δὲ ἐν ἐβδόμῳ*. Ego lego, *κυροὶ δὲ πλεὶς μὲν ἐν γὰρ ἐν τῇ ἐβδόμῳ*.

1135 *ἕτε ὄψιμα ταύτα*. Theodorus *ὄψιμα*. coctu facilia. Et interpretatur *θεινὸν*, mancum, potius difficilem, & morosum: qui alia velit, alia nolit. Sanè manca regio non est. Nihil enim deest ei. Triticū abundè: item oleum. Vinum autem non penitus nullum, sed *μέτριον*. Etiam, si per doctiores liceat, potius efficacem dicam. Ita enim est, *θεινότης*. & rationes adfunt.

1136 *τόπον ἕτω θεοσίον*. Theodorus, locum iræ præcoquem. Præcox locus apud Romanos nusquam inuenitur. Dices, adèd tempestiuæ efficaciz.

1137 *Φανερά γδ ἢ τῶν τόπων διάστασις*. Theodorus addidit paraphrasin. Locorum enim discrimen summum longi causā interualli exultet necesse est. Sequitur: *πὸ δὲ, πλεὶς ἀντὶ τὴν διαφορὰν, ἐν ὅπερ ἡ ἀπαξ ἀλλῆ, συνόρον ἔσται, καὶ μίαν, θαυμασιώτατα*. Theodorus, contemminum verò eundemque loco, tantum differre à reliquis, mirabile. Expressit sententiam omisissis verbis. Præsertim illis, *ἐν ὅπερ ἡ ἀπαξ ἀλλῆ*. Vult dicere, si transferantur semina, hoc ratio fit: id est, ἀπαξ. At perpetuæ differentiz aliquando in propinquis locis: hoc est, *συνόρον*. Immo verò *μίας* eodè loco. Et notabis *πλεὶς ἀντὶ τὴν διαφορὰν*: cum tamen non fit ἢ *αὐτῇ διάστασις*. Nota generis mutationem *διαφορὰν, ἐν ὅπερ*.

1138 *Τὸ γδ ἢ τὰς ἀλλὰς χώρας ἢ πολλῶν, ἕδὲ μίαν τῶν γῆς λαμβάνειν διαφορὰν*. Theodorus omisit, *ἕδὲ μίαν*. Sensus est, quod ad tempus attinet, non est

est differentia secundum regiones, tamen sunt diuerſa. Neque enim mensium nominibus utimur, sed tempeſtatibus. Igitur ubi tepotius appetit ver, ibi verna aguntur. ubi serius, tunc. Non est igitur diuerſitas teporis. Interpretare, ἀλλας, diuerſas. Quia dixerat, σύνορον, καὶ μίαν.

1139 Διαφέρει ὃ καὶ ὅλα τὰ γένη. Hinc aliud caput. Nam haecenus de generatione. Nunc de partibus, quæ contemplatio, tamen aliis in libris antecessit historiã generationis. Obseruabimus loquutionem. τὰ γένη τὰ διηρημένα τῶν γενῶν. & καθ' ἑκάστον γένος τὰ ὁμοιογενή.

1140 Τὰ δὲ προμηκέστρον. Cùm dixit fabæ scapum teretem. (Sic enim melius, quàm rotundum, ut fecit Theodorus) voluit per hanc vocem producere τὸ πεπερισ, in modum minus compressum. Compressior enim fabæ, quàm pisi.

1141 Καὶ κοῖλος. Theodorus addidit, ὡς κυάμω. Animaduertes hic fabæ culmum ab eo dici. κάλαμος scriptum est apud Theophrastum : atque ita loquutus est de leguminibus diuinus Poëta carmine diuino,

Sustuleris fragiles calamos, sylvamq; sonantem.

Culmi autem appellationem hoc in genere nondum memini.

1142 Πλαγίωκαυλα. Theodorus, tendens in latus, inclinans potius. neque enim tenſa sunt.

1143 Ἐχει ὃ καὶ τὰ ἀνθη διαφορὰν, καὶ τῆ φύσιν, καὶ τῆ θέσιν. Sic legit Theodorus & rectè. Dicit enim χυλῶδες. Ea est φύσις, non θέσις. Idem legit, ἡ σαχυράδες; non autem χυλῶδες, intellige, γένος.

Τῶν

1144 Ταῦν πλείστων κολοβά. τὰ γὰρ πικρὰ κολοβαίνῃ.
Theodorus, & plurimis quidem minutis. Maior enim pars florem fessilem gerit. κολοβόν, minutum non est. & Phaeoli, satis grandis, faba grandissimus. Quomodo autem sit κολοβόν fessile, nequeam effari. alia omnino vox invenienda.

1145 Ταῦν μὲν ἔχει σάχων. Theodorus addit, ὡς σιτάδ' ἢ τετέε.

E X C A P. I I I I.

1146 C O R R E X E R E ex Theodoro, κελθὲς ενοφυλλώτερον. Emenda διυθλασώτερον. non autem διυθατώτερον.

1147 Ὁ κρόκος. Nusquam legi croco, auenam significari, κρόκος.

1148 Καὶ σάχων ἀπρητημένον ἔχει ἄ φύλλε μάλλον. Theodorus, Et spica plus discreta à foliis emicat. Discretum posuit pro eo, quod est, distare. Sublimior est à foliis tritici, quam hordei spica. Plus distat à foliis. Sic sublimes columnas ait Ouidius.

1149 Ἐγγυλώτερον γὰρ τὸ μαλακώτερον. Hoc falsum est. Quaedam enim molliora, quo minus madida: ut panni, & coria. Itaque Theodorus legit, καὶ μαλακώτερον.

1150 Ἡ μὲν σχεϊώδης, ὁ δὲ πυρὸς ἀσείγος. Falsum. Frumenta enim multa spicantur in versus quaedam ternos, alia etiam quaternos.

1151 Ταῦν μὲν ὄλω γένε. Aliud caput. Hic enim hordei narrat genera.

1152 Καὶ γὰρ τειρότερον γένος ἐστίν. Cum hæc verba de rebus dici soleant rarioribus: & hic scribat, πλείσται, καὶ ἐξείσται: non debuit illa addere.

Καθάρσις

1153 Καθ' ἑπομένην πάλιν Ἰνδικόν. Indicum hordeum esse καθ' ἑπομένην nō memini vbi dixerit, sine Indica appellatione suprā hordeum prodidit, δὲ γένεσιν ἑπομένην φέρειν. Plinius apud Indos etiam syluestre hordeum tradit, idque ad panes utile.

1154 Πολλά δ' ἔστιν γένεσιν καὶ ἄλλοις ὡραίοις. Aliud caput de generibus frumentorum.

EXCAP. V.

1155 **K**Αὐτὸν ἐπιβάλλει τοῖς γένεσιν. Toties decantatam, repetitam, inculcatam, illam cœli, locique attributionem, cum dixit, subdit & hoc: addi ab eis naturā generum, quantum aliis locis, aliōque cœlo desideretur. Si enim conueniat terre cum semine, ibi apponi, quantum desit alibi. In Theodori Codice suspicor mendosè legi, agere. scribo, addere.

1156 Ἐξω γὰρ ἐπιβάλλει. Facetum Philosophum, qui cum legumina ex quorundam sententia neget in species diuidi: eximit cicer, lentem, fabam, eruum. At præterea quid reliquum est? Quin & vitia duas habet species, quæ in florum colore discernuntur. Phaselus autem quot? Duo genera summa: alterum dolichum, qui an sit S milax Dioscoridis, prouisum est in historiis nostris. Alterum humile. Colores in his, Albus, fuscus, luteus, sanguineus, carneas, fuluus, cinereus, varius, niger. Ad hæc ait in fabis, & illis aliis nullam observari differentiam, nisi colore, & succo. Quid tum postea? quam aliam spectes in fractibus? adde etiam magnitudinem. Si quidem & pusillæ sunt, & grandissimæ alie. Bodescas vocant Vascones. Selami quoque non vnam esse speciem

discemus ab ipso, qui infra ait: ἔστι γὰρ καὶ σίλαμοι λευκόν. Lege, καὶ ποιεῖσι.

1157 Theodorus in Cicerum differentiis addit, odorem. Non est in nostro Codice, nec apud Plinium memini.

1158 Οἶον κειρὸν, καὶ ὀρεβιαῖον τῶ ἀνά μέσον Sic lege. Ut Arietinum ab eruaceo distet eo, quod in medio est, scilicet umbilico. Sunt enim rostrata arietina, tamen si alia quoque ratio est figuræ. Rotunda namque sunt τὰ ὀροβιαῖα. Arietina angulata. Pecioli dicuntur à nostratibus. Columbinum illud à Plinio.

1159 Lege, ἑλλοβα, non ἑλλέθορα. Siliquata, & ἀδιάφρακτα, non dissepta. Et λίαν: non λεία.

1160 Ὡς οἱ ἔριβου. ἔριβου γὰρ τὰ σπέρματα ἐκατέρωθεν τοιαύτα τῶν σπέρματι. Theodorus legit, καὶ ἔριβου, τὰ σπέρματα γάρ. rectè. Et omittit, ἐκατέρωθεν, non rectè. virique scilicet tam Piso, quàm Eruo, sunt rotunda. non lata, Plinius tamen Piso inæqualem attribuit rotunditatem.

1161 Dicit leguminum umbilicos inter se differre, aliquibus enim extare. Hoc enim est, πορεύσαν. Theodorus, eminere. A signat exemplum fabæ. Sane inter semen, & siliquam perpusilla ligula est, qua committitur parieti. Verum neutiquam ea est feminis pars: non est igitur, ἀρχή. Quare in faba quoque nota illa principij depressa est, non emittens: sed illi in vertice, huic ad dorsum, renunculi figura.

EXCAP. VI.

1162 **E**N τῶν ἀρόταις lege. Theodorus tempestivis sementibus. Id est, tellure, neque sicca, neque humore

humore enecta. Quare subdit, καὶ ἐν ξηρῶ. Et mox, ἡμιβόχοις. ἔπιπνις, infesta.

1163 Πυρραίων γὰρ ἢ Πυρραίων. Bigerones adjacent Pyrenais, eorum est tenue solum. terre Milium ubi mandant, in singula iugera feno quadrantes mittunt: Vascones in lato agro singulos.

1164 Βαθείας δὲ ἀροτριᾶν. pro βαθείας. si non sit mendum: ergo esto ut ἀρότριον.

1165 Ἐν ταῖς χέρσις, καὶ ἐν ῥοῖς κενεμένοις. Quod a libi ἀργὸν vocat. Sic & apud Sophoclem.

1166 Καὶ ὁ λευκὸς ἢ πυρραῖ. Theodorus melius, καὶ ὁ πυρραῖ ἢ λευκῶ, ex Plinio.

Ἡ χώρα σπανίως. Lege, ἢ σπανίως.

1167 Ἐπὶ καὶ οἱ κατὰ κυρήνιαν, καὶ ἐνεσπερίδας τόποι. Sanè concisa oratio, aut etiam mutila.

1168 Εἰδὲ μὴ, πλῆθος ἢ ποιῶσι βολάνης. ὡς κατὰ πνίγητος, καὶ ἀποφθίν. Theodorus, Quod si minus: herbae luxuriant: nam mouere luxuriam, nihil est híc.

1169 Τῶν μὲν ἄλλων σπειράτων. Negat vllum semen satione mutari præter triticum, & hordeum. At Brassicæ semen rapum fert. Addit etiam mox è lino lolium. Quare nõ est hinc caput abscindendum.

EX CAP. VII.

1170 **A**πειρώνται. αἰτιώνται γάρτις. Theodorus ita legit, απειρώνται γάρτις ἢ το λέγειν. Sic mox, ἢ γὰρ διασύτης καὶ ἢ ἀγίλωπος ὑπαίχες. infra γίλωψ. Et inferius, ἀγίλωψ. & supra γίλωψ. Dioscorides ἀγίλωψ. æquiuocum tamen cum specie Quercus. Theodorus omisit, ἢ ἦρος.

1171 Τα δὲ ἐν θεινοῖς ἀρότραις ἐλίγη δὲ ἢ σπάνια. Scili-

cer faciūt bonam noualem. Tdeodorus omisit hęc omnia. Breuitas mira, sicut & mox. μέλιτι δὲ καὶ χίγγροι ἐλάτεις ὑδατῶς.

1172 Φυλλομανεῖν. Verbum mirificū, quale ἵππομανεῖν. γωαμειμανεῖν. Pra amore foliorum insanire. Id est, excedere modum rationis, ac naturæ. ὡσπερ καὶ ἐν θετῇ λίφ. Theodorus addidit, quotannis.

1173 Καμακίαν. Mirum quare Theodorus non fecerit latinum perticarium, ob longitudinem scilicet. Sic prælongum hominem alicubi in Italia per contumeliam vocāt, Stangam. Videbis quid sit καμαξ apud Xenophōtem, ἵππομαξ. De hoc in originibus.

1174 Καὶ ὡσπερ τετραμένως. Theodo. legit τετραγμένως. Et interpretatur ordinatè, pro ordinariè.

1175 ἑκατογχα. Theodorus addit, Quinquaginta.

1176 Ἐμμένειν τὸ ὑδωρ. Cūm aqua diu permanferit, folui terram, ac rarefieri. Sanè superficies fit limofa: cætera, quæ infrà sunt, densantur.

1177 Τὸν εἰς κρᾶσιν κερρομένων. Lego, εἰς κρᾶσιν. ad vendendum pro farragine.

1178 Ἐκπαρῆ. Theodorus, concreuerit. Laxa nimis vox. Concrefcere aqua, aliusve humor dicitur. At feget non, sed gelauerit: verbum hoc ex agricolis.

1179 Καὶ οἱ ἑλίχου μικροὶ καὶ τίττοι, ἕς καλέσιν ἀρνας. Sic lege. Et spica pusilla his quoque: scilicet ficuti superioribus. Quos agnos vocant, ob imbecillitatem, atque exilitatem.

1180 Τοιαυτῶδες. Est eiusmodi. τοσαυτῶδες, tot modis τοιαυτῶ, ἢ τοσαυτῶ ἑλίφ. Inde aduerbium. Error Theodori.

E x

EX CAP. VIII.

1181 **Ε** Πομβροί, pessimè. Nam Ros, à caelo. At híc τὰ τῆς λωρῶν. Itaque per aduersatiuam: ἀλλὰ καὶ τῶ ἀέρι τῶ ἀερίχονι. Et vides, quoties iam hoc dixit. Theodorus quoque ira legit.

1182 Τοῖς σῆσι τὸ σῖτον. Theodorus frumentis. malè. Immò verò omnibus, quæ cum frumētis nasci possunt: ideo eximit silicem: neque enim est frumentacea, sed frumentaceorum comes.

1183 Τῶν ἰσπερματων ἕκαστα. Hinc aliud caput, neque suo loco. De seminibus enim, atque eorum affectibus prius debuit, quàm de saru, atque cumento.

1184 Πολυωσώτερα. Theodorus, grauiora, & suauiora. Nescio quid hic iudicem. πολύωσον, significat multi reditus. vox, ex communi vsu. ad hunc locum si applices, valde luxurians. Et tamen id hic vult, quod mox verbis illis. τὰ πλεῖστα ποιῶσι τὰ ἀλφίτα. Omnino hic neque grauitas queritur, neque suauitas, sed prouentus: quia supra εὐφορα, καὶ πολύκαρτα.

1185 Καὶ ὅλος μεταβάλλει πρὸς χάραν. Lego, καὶ ὡς μεταβάλλει πρὸς χάραν, ὡς τὸ τῆς δένδρων. non autè τῶ.

1186 Πλὴν τίφῃ, καὶ ὑάει. ζεία legit Theodorus. Sanè multo aptius. At cum dicit hic, καθάπερ ἐῖπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις: intelligas ea, quæ in secundo libro sunt prodita. In quibus tamen neque de Tea, neque de Típha, sed de frumenti in hordeum, degeneratione scribit. Alio loco, in quo agit de mutatione, nullam horum facit mentionem. Itaque sic legendum censeo, πλὴν τίφῃ, καὶ ζεία, καθάπερ ἐῖπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, ὡς καὶ ἡ αἶρα ἐκ τῆς στυρῶν.

310 LIBER OCTAVVS

1187 Ἐν δὲ τοῖς ἀφαικοῖς ἀρακος. Lege, φαικίς. Ara-
cus enim in lente.

1188 Ἐἴτε δὲ ἀλλῶ ἀντίαν. Quia non est satis dice-
re, telurem. Verum alia causa est: sicut ἡμῶν σωμαθρο-
πιουμένων. & cuiusmodi cancelli, & pinnae. Neque
enim regio ferret, nisi illa esset apta nata simul ferri.

1189 Διὰ τὸ μέλισα ἔντισον ἀδένειν. Theodorus le-
git, ἐυδένειν. Ergo referendum esset ad vim vitio-
rum. Graeca autem lectio ad plantas, quae inualida
sunt, & caetera ei fauent. ἐπικρατεῖ ἡμῶν ὀρόβων ἕξ: πλὴν
ἀδένειαν. Et in fine capitis, ἕξ: πλὴν ἀδένειαν.

1190 Ὁρόβον δ' ἔτερον ἀφαιμάγεται, ὡς τὸ βούκερας. Non
memini haec apud Plinium: qui tamen satorum vi-
tia profitebatur. Sed cum Orobáchen, & Pelecinon
enumeraret: non mirum si omisit hoc, cum neglexit
Hæmodorum. Cúmque Æram Graeco nomine pro-
diderit, quasi Latino careret. Putarem, ut fit, ita pla-
cuisset. Verum ubi ait Æra: amplexu triticum neca-
ri, omnem sustulit defensionem.

E X C A P. I X.

1191 Ἐν χαρίων ἐνία σιουρά. Lege, σύνορα.

1192 Καρπίζεται πλὴν γῆν. Ab hac materia caput aliud
incohandum. Theodorus, καρπίζεται, fruitur, rectif-
simè. mox, suggit, paulò asperius. Neutrū explet ani-
mū. & hoc, quod est asperiusculum, magis explet. Si-
gnificatio est magna. fruitur, qui ita fructū capit, ut
nihil tollat utilitatis ex dominio. Ita censentur no-
mine & iure boni patris familias. At hic καρπίζειν,
est, defraudare futuro succo: sanè vox faceta. Triticū
fructus est. & dicitur à philosopho, fructū capere so-
li. Ut soli fructus sit, succus, & vber agri. depascitur.

1193 Ἐυνοία.

1193 *Εὐψίαν*, *Lego εὐψίαν*. facilitatem ad putrescendum.

1194 *Μάλιστα καρπιζόμενον ἢ ζεία*. Theodorus, Maxime terram extenuans semen redditur. Nemo hoc intelligat. Videtur enim reddi semen à segetibus, & in area. Ita ambitiosum verbum, redditur, auget ambiguitatem significationis in ea voce: semen: *σπέρματος*, cum ea quæ est, *ζεία*. Videbis, an commodius subintelligas *πέφυκεν*, aut, *ὑπάρχει*.

1195 *ἢ ἢ τίφην*. Obseruabis an sine calumnia intelligas esse, Secalam. Plinius diuersis locis diuersa nomina statuit, tanquam de re non vna.

1196 *Ἔστι ἢ δύο ταῦτα, καὶ ὁμοίότατα τοῖς πυροῖς: ὅτε ἀγρίωψ, καὶ ὀβρόμος*. Theodorus longè melius legit, addit enim post, *τοῖς πυροῖς, ἢτε τίφην, καὶ ἢ ζεία*. Si nolis addere: satis habes voces illas duas: *δύο ταῦτα*: modo ibi sine statuas orationi, & legas, *ὃ ἢ ἀγρίωψ*: non autem *ὅτε*.

1197 *ἢ ἢ αἶρα ἀπνηχρωμένον*. Theodorus: lolium syluestre penitus est. Non allequitur vox Latina Græcum participium. Videtur enim agnoscere Loliū, frumentum degeneratione efferatum.

E X C A P. X.

1198 *Ἐγὼ μὴ ἐξ αὐτῶν*. Theodorus, Si non in ipsis Egignantur, nõ expleuit præceptiones philosophiæ. Multa enim gignuntur in ipsis, & non ex ipsis, vt ex rore: quare malè permiscuit differentias, quæ ab Aristotele, & à Theophrasto prudentissimè sunt discretæ.

1199 *Οὐ μικρὸν γὰρ παροσήμενα, καὶ μετέωρα, καὶ ἐρυσίαι, καὶ ἄλλοι*. Nota loquutionem deesse videntur. *ἐν τῷ ζεία*

1200 *Μάλλον ἐκείνη.*

1200 *Μάλλον ἐκείνη.* Lege, διὲ: non, καί. Et dele, & post, ἀδρ. εἶπω.

1201 *Εἰς ἀνεμῶσσι.* Proba vox. venti vi labi. vsurpata ab obstetricibus & matronis: quemadmodum in decimo historiarum de animalibus declaravi.

1202 *Εὐθὺς ἢ δάκτυλιζόμενον κάλαμον.* Theodorus omisit illud participium. Et sanè cum *σκόλυκα* vocet, & *πηνιον* sit, ut aiunt, culici similis, non conveniunt inter se. & penè esset idem, atque *ἰσθίος* ἢ *εὐθόμενον.*

1203 *Γίνονται ἐν τοῖς ὄχθραις, ἐν τοῖς λαβύροις, ἐν τοῖς πύλαις.* Theodorus. In cicris & cicerculis ipsis. lege, & pis. Item vrica scriptum est. Erucas tamen Latini vocant. Sic etiam supra vricarum. Mox etiam Impes, ἰσθίος.

1204 *ἐν τοῖς χλωροῖς.* In viridibus: pro eo, quod est, ἐν ταῖς χλόαις.

1205 *ἔως δὲ ἢν ὁ γένων.* Sanè quid sibi velit, nescio. Theodorus, Hoc autem fructus reddere, consumareque potissimo valet. Eo tamen non tendit sententia Philosophi. Sed bene malève afficere.

1206 *τῶν ὃ σπυρμάτων.* Expletis vitiis, aggreditur virtutes seminum. Idcirco hinc aliud caput esto.

1207 *Ταχὺ διὲ ἢ ἀφάκη, καὶ ὁ δόλιχος.* Theodorus, pereunt celeriter Aphaca, atque Siliqua. Nunc non de interitu, sed de germinatione agit: neque enim *βλαστὰς* est, pereunt:

1208 *καὶ ὁ κοινοῦς.* Legunt, ἢ ὁ ἀκοινοῦς, ex Theodoro. Et qua sequuntur ita digerenda. καὶ ἢ τὸν ὃ ἐν δόλιχαις κοινοῦς, ἢ ἀκοινοῦς. De horreorum parietibus

tibus inductis opere rectorio, videbis Columellam, & Palladium.

1209 Κοπλιόμενοι ἢ καὶ ἑκάστον ἴδιον. Theodorus addidit, sponte ut fit. Hic κόπλιεσθαι contundi. mox ἢ τὸ κόπλιεσθαι, ad corruptionem. Et infra, τὰ ἰμάτια κόπλιεσθαι corrumpi. Notabimus igitur differentias. Dicit enim, διαφθερομένοις, & σπυρομένοις, & κοπλιόμενοις. Primum significat corruptionem. Secundum putrefactionem, tertium conuulsionem. Si ita sit, esto sub flagro in area, aut sub equarum vugulis. & διαφθείρεσθαι, erit cum soluantur intus grana sine putrefactione. Quare κόπλιεσθαι non fit, corrumpi. De vestibibus autem, neque contundi, neque corrumpi, sed perundi.

1210 Τὸ ξηρὰ θριζεν, Theodorus metere rosta. At melius, sicca. Tostum enim nemo dicat. Primum significatus torrendi fuit in veru: τορεύειν: quemadmodum diximus in originibus: postea ad omnem ignis modum fusus est. Metendi quoque significato abusus est. leguntur enim multa. At θριζειν vtrunque optimè dicitur ab opere æstivo. Priuatim autè τήλειν, ut dicebat supra. Sicut mox, συλλίξαι. Idem tamen inconsultius mox. Metunt, inquit, legumina. Vbi ἐυχλωτέρα, vegetiora. non nimis bene. Sunt enim vegeta legumina magis, quæ paulò minus habent succi, quàm quæ paulò plus. At ἐυχλωτέρα, è contrario. Succulentiora comodiùs per paraphrasin, antequàm sole exucta sint: tunc enim disiliunt, & θρύπεται. Theodorus, franguntur. De Thecis hoc igitur dictum sit, & præponi debuit. Prius enim hiant siliquæ, quàm exiliant grana.

Intellige sanè τὸ ῥῶον. Nam sicca facilius vellūtur, quàm minus sicca. Verùm quia defluentia grana sigillatim ab humo legenda essent: iccirco hoc modo ῥῶον. Milij autem ratio alia. In area enim excutitur facilius cūm rore tactum est: iccirco antelucanis horis sternunt. Triticum è contrario. Sic animaduerti apud nostrates. Theodorus legit: τὰς ὅπουρὰς καὶ γένος τι κριθῶν. rectè: quia mox, πυρὶς καὶ κριθῶν εἰς θωμὰς, vbi verba corrupta, μάλλον ἢ λίανος ἄρα. Theodorus, Crassescere, quàm attenuari. Legit igitur, ἢ λεπύνηθαι, aut tale quid.

1211 Οὐκ ἐδίδεται σίτος ὁ ταυτεῖς ἀεὶ φῶν. Lego, ὅταν ἰδῆται. Et mox tolle, τὸ τρέπον. Et repone, ἄρα τὸν ἢ ἰδῶν γενέσθαι.

EXCAP. XI.

1112 Παρατάτθισι ὁ χοίνικια εἰς τὸ μείζονον. Theodorus, Sextarium ad modium illinere solitum est. Barbarum est, & quod minimè intelligas. Præcipiunt sextarij mensuram in modios singul. s. Vt videantur ita oblinere consueuisse, vt nunc saccharo coriandrum, atque alia.

1212 Ἡ ἀπλῶς πως θερμασία γίνεται, καὶ ἢ ἀψύχισι. Theodorus hæc omnia omisit. At est ratio, quare saliant. Quia, inquit, calefiunt. Calor igitur communis causa est, & his, & iis, quæ friguntur. At non idem, sed ἀπλῶς θερμασία. Simplex calefactio. Idè legit κοινὰ, non autem, ἐκόντες. Si ita sit, intelligas hæc, quasi imagines quasdam omnium videri.

1214 Διὸ καὶ ἐχ' ὑπαποροῦντες. Theodorus legit, ὑπαροροῦντες, ὑπαροροῦντες. Est cū iactō femine in sulcum, repetitur aratio: vt fiat è sulco porca. Atque ita femina

mina obruuntur aggesta terra. Miris verbis vocant hanc operam Valcones. Theodorus ad βοτάνω, addit, πρᾶξιν, aut διασείαν.

1215 ἐνιαχῆ διὰ ἀβλαστῆς ὄν, εἰάν γεωργηθῆ, βλαστάνει. Theodorus. Et nonnusquam quæ prius germinis infœcunda esset, si diligenter colatur, germinat. Intellige planius sic. Auenam satam in terra minus culta, enatam non esse: instaurato deinde opere arationis, & cæteræ culturæ germinasse. Huic respondet id, quod ait mox. παρ' ἐνιαυτὸν germinare. Non vt, ait Theodorus, alternis annis, sed præter eum annum anno sequenti. Sic mox, ἑξ ἑτέρου μέρους. extra ordinem aliorum, & proportionem aliis attributam. vt, ἑξ ἑτέρου λόγου. In sequenti libro vbi de Tithymallo myrtaria loquitur, παρ' ἑτέρας. Ibi quoque Theodorus, alternis annis. verum ibi ferri queat. Dicebat enim, τὰ μὲν νῦν, τὰ δ' εἰς νεώτερον. Contra quàm hic de auena prodit, euenit in terra Rufsia, quæ est Scytharum in Europa. Leniter ibi verso aratro ferunt, metunt valde maturam segetem: iccirco inter messem multum granorum cadit. Ea postea sine alia cultura germinant: præbentque anno altero. Sæpe etiam annus ille alter eodem modo dicitur tertium sine vlla opera humana.

FINIS LIBRI OCTAVI.

EX

EX LIBRO NONO

CAPITE PRIMO.

1216



Oc libro variã textit historia. Agit enim de partibus liquidis, quæ reliquæ erãt. In hoc minus sequutus præceptoris instituta. Is de animalium partibus dicturus in historia, diuisit eas in consistetes, & liquidas. Deinde post hanc narrationem, quæ partibus debebatur, longè diuersus abit ad plantas peregrinas. His interpositis ad succos redit. Post hæc immiscet herbas vernaculas, & medicamenta, tum autem reuertitur ad peregrinas. *δύναμις δὲ ἔχει. dele, δέ.*

1217 *Οὕτω ἀδένης, καὶ ἰδαρής τις ἐστὶ.* Legunt, τίσι, ex Theodoro, vtrunque rectè potest. Prior lectio plus sapit Philosophi. Est enim quidam, non similis aliorum.

1218 *Συμβαίνει δὲ τίσι τῶν φυτῶν.* Theodorus legit, *τῶν ἰπιδν.* Et sanè hoc magis conuenit. Et animaduertes opulentiam Græcam inter angustias æquiuocationis. *τὸ ὄπῃ* colorem ascribit, *τοῖς ὀπωδῆσι* albū aliis alium. Est igitur aliis, *καὶ ὀπωδῆσι* & tamen est *τὸ ὄπῃ*. In communi significatione accipies succum. In secunda, lac. Lege *κενταυρίω* non *κεντηρία*. Centaurea enim succum fundit sanguineum.

1219 *Πρίνης.* Mirum ni nostra vox inde emanauit. si tamen ea nostra sit Prunus. Sufinum Veneti, & Thufci: nescio an è Persis. *πρῦμον* etiã apud Gale.

1220 *Πιότις, καὶ λήπες.* Altero tantum contentus fuit Theodorus.

1221 *Καὶ γὰρ τὸ καυλὸν ὀπίσσει.* Theodorus, caulem liquare

quare consueuere: propterea quòd hoc verbo sibi placuit ille, sicut & *χυλίζην*: iccirco magis animaduertamus. Neque enim quispiam dicat: caulem liquare. *ἐπιζεν* est succum elicere, aut exprimere.

1222 *καίτνες ἀκρωτίδες, ὡς ἐν τῆ βερ ἢ σμύρνη, ἰγούνητα βλασάνειν ἐν αὐτοῖς ἰπποσίλινον.* Theodorus, Equarium apud se prouenire putarunt: quomodo putarunt, si penes se habent? si norunt? Lego *ἐξ αὐτῆς*: non, *ἐν αὐτοῖς*. Subdit enim, *φυτεύεται δὲ δακρύς.* Quare si ex Hippofelino vera Myrrha exprimitur: ex vera Myrrha sperari potest Hippofelinū quasi vicissim nasci.

1223 *ἢ καθάπερ ἢ σαμμωνία.* Theodorus legit, *καθόπερ ἢ κειωνία.* Id quod & supra dixit de Lili lacryma.

1224 *Διὸ καὶ ἀφέλωσι.* Theodorus legit, *κὲκ.* Et putat à trahendo *κὲκ* τὸ ἐλκεν: ego *κὲκ* τὸ ἐλκῶν. sicut infra de Resina. *ἀφελκωθεῖσης, & ἐλκωμα.* Non est autē verum quod ait: Amygdalinumgūmi nullo esse vsui. Hoc enim est, quod Arabicum vulgò vocant: ex amygdalo, & pruno, & ceraso, eius loco, quod ex Ægyptia spina manat.

EX CAP. II.

1226 **H**ερὰ *ἐξ αἰρεθῆ.* Theodorus, Teda detrahta. Et addit, Resinam hauriunt. Nō igitur legit *ηρα*, sed *ηας*. Neque enim aut *ηρα*, vox est significando cortici accommoda: neque si esset, *ἐξ αἰρεθῆ* potius, quàm *ἀφαιρεθῆ*, diceretur.

1225 *Ὁ γὰρ πᾶς ἀφορισμὸς ἰμοίως.* Quia dixerat, *γωσαωμ*: ostendit rationem. Non enim quiuis locus, vel designatur, vel comparatur. Prescribitur, ait ipse.

ipse. Theodorus secretionem vocat. Sic enim accipies, vt ἀφορισμός, sit scissio, aut sectio.

1227 Τῆς εἰς τὰς ἀκρόμας. Theodorus omisisse videtur breuitatis causā. Duabus nanque partibus propositis, stipite, ac ramis, & inter se comparatis: altera posita, altera subintelligi potest.

1228 Σπῆσαι, ἢ εὐωδέστατη, ἢ καφωτάτη τῆ ὁσμῆ. Theodorus longè aliter. Spissa nanque, & leuissima, & odore gratissima. Plinius quoque Terebinthi odorationem prodidit: itaque non erit καφωτάτη τῆ ὁσμῆ, si sit εὐωδέστατη. Nisi intelligas illum summum odorem adedò esse gratum, vt leuissimè tolleretur. Quippe talis Rosarum est.

1229 Πιτυ.νῆ, duplici verbo Theodorus est interpretatus, ελ Larice, & Picea.

1230 Καλῆσι γδ ἀρβύρα τὴν γε καρποφόρον. Theodorus legit, ἀκαρπον. In tertio libro præter marem, ac faceminam, tertium quoque genus addidit, quod appellant sterile. Idque non semel.

1231 Εὐκλειωδέστραν. Theodorus faciliore, & odore gratiorem. Plinius simpliciter gratiorem, εὐωδέστραν igitur legebat. ego εὐκλειωδέστραν. Item δαδεδεστραν.

1232 Τῶν μὲν ἀγαθῶν πενκὸν ἐνιαυτῶ. Theodorus, frugalis Pini anno proximo: mediocris altero. At proximum significat, alterum. Ita ergo dicemus. probata pini, eodem anno: mediocris, proximo. Nam μοχθηρὸν, toties dici vitiosum in arboribus, non placet. Hic significat naturam deteriore, vitium autem est præter naturam, & μοχθηρὰ πεύκη potest fieri vitiosa, si exedatur, aut affletur fulmine, aut

ne, aut quid aliud patiatur. Videbis huius vocis
vsum in Galeni commentario qui inscribitur, De
affectuum, qui in anima insunt dignotione.

1233 Τὸ πρὸς ἡλίον μέρος. Theodorus, à parte solari,
Plinium sequutus. Verum non item eiusdem iudi-
cium sequutus est, cum pinum, non piceam, tràstul-
lit, πείλευ, hîc vt ille. Observabimus hic à Plinio
redam, etiam hastulâ appellatam. Et notabis Theo-
dori vocabulum illud, paulatinam.

EXCAP. IIII.

Ο Γεώμετρον, καὶ ἑκατόν. Varia lectio. Græce sic. In
altitudinem verò maximam ad sexaginta, vel
etiam quinquaginta. Aut si reda pinguis fuerit, vtro-
que versus ad centena. Theodorus coniunxit cen-
tum cum quinquaginta. Et dixit, ambabus. Scilicet
largitudini, & altitudini. Nos, vtroque versusum.

1235 Ἐπάξαντες. Lego, ὑπεράξαντες.

1236 Καὶ ὑπεβάλλουσιν εἰς τὴν γῆν. Theodorus, terram
infundunt. Melius, adiiciunt, aggerunt. fundere ad
res liquidas accommodatius. Etiam in titulis Iure-
consultorum, De iis, quæ effunduntur, aut deiiciuntur.

1237 Καὶ τοῦτο ἀεὶ ἀλείφοντες. Theodorus legit, ἀεὶ
ἀπτοντες.

1238 Ὅρος δὲ ὄσιν αὐτοῖς, καὶ σημεῖα τῆς παύσεως. καὶ μά-
λιστα δηλονότι μάλιστα εἶναι. Certis autem signis com-
pertum habent, cum ab eo opere cessandum sit. Po-
tissimum autem argumentum, vbi desit fluere.
Theodorus omisit, τὸ μάλιστα. Et vnum tantum
posuit signum.

EX

- 1239 **E**N τῆ ἡρᾷ ἀρράβων χάρμα, νήσα. Theodorus legit, μίση.
- 1240 Σλειδὸν ἐ συμφωόνει. Theodorus legit affirmatiuè, non bene. Eam nanque negant altitudinem, quàm illi statuebant.
- 1241 Ὀνίξ ἡρώων ἐποιοῦντο κόλπου. Theodorus, ex sinu Heroum vehementer egressis. Nescio quid sit vehementer hic. vcherentur, putarem scriptũ, si conuenirent casus. συλλογῆν. Theodorus, Lectionem notasse. melius legendi modum.
- 1242 Αποξίτη, Depecti. sanè lana non est. deradi.
- 1243 Ὀμοιον ἐναίφασσι χροίνω. Lego, χροίνω. & χροίσι. χροίνιδες sunt Lentifci bacæ.
- 1244 ὑπαργίλον, κ. πλακώδην. Plinius fatis habuit, Argillofam. & è contrario addit, nitrosa. ibi. ὑδατὸς πηγαία σπάνια. Theodorus, subargilliam terram, noue, & minus concinnè. πλακώδην autem fabulosam, malè: si ita scriptum inuenit: non αἰμώδην, aut ψαμαθώδην. Ego nusquam vidi argilliam simul cum fabulo: neque enim coherent in eadem gleba natura hæ. Sunt sanè inconciliabiles. πλακώδης, crustofa est. Omnis nanque Argillacea terra, vbi aflu coquitur, crustatur. πλακώδης est, quæ reticulatim, siue plagulatim hincit. πλακώδης ad hunc significatũ inuenias apud Aristotelem. Crenaces, Galli.
- 1245 Τὸ ὑπὲρ σαδίων κερκίς. Theodorus, quæ super Sardes surrexit. τὸ πφουρς, nusquam pro eo, quod surrexit. Marcus Polus in Adena Indiæ provincia, Thus album stillare scripsit ex arboribus abieti similibus.

Πέφυκε

1246 Πίθουκε δὲ τὸ μόνον τὸ δένδρον ἰσομεῖας θεραπειῶν τυγχάνειν. Sic lege. Est igitur verè syluestre.

1247 Καλλίαν ἢ ἐν ταῖς ἐπιπέμασι. Theodo. καλλίαν, melius. Quomodo igitur illud suauius? Nam bonitas in Thure ab odore est. Finis enim crematio, cremationis odor. Finis autem à forma, & bonitas. Dicas pulchrius visu. mox enim declarat, σχηματισμοῖν. Nec me latet Thuris alium quoque vsum esse. verum hic de odore tantum, & facie.

1248 καὶ τάχα τέττις ἐν ἀπίθανον. Quia, inquit, qualem facies incisuram: talis erit receptæ intro lacrymæ figura. Quare igitur non liceat idem facere in continenti, sicut insulani? hoc amplius quaerendum est.

1249 Ἀργὸς ἢ κομίζεται. Theodorus, iners. non potuit incommodius. rudis. Grezo, dicunt alicubi in Italia: vt puto, à lana è grege, nondum lora.

1250 καὶ δὲν ταύτης πῶς ὁμόχρου λαμβάνουσι. Vbi glebam vnam gustarunt, aliàs legunt, quæ similem colorem gerant: ne omnes item gustu cogantur explorare.

EXCAP. V.

1251 Περὶ ἢ κίναμόμυ. Occasione peregrini generis ex proposita egreditur historia succorum, atque lacrymarum, quam ab initio instituerat. Quare cogetur postea repetere.

1252 Χρήσιμος ἢ ἔσσι. Theodorus, in quo summa gratia est. Pliniū sequutus. verum cum addit, ἢ τὸ ξύλον, facit comparationem ex vsu, non ex gratia. Videtur enim in ligno quoque esse gratia, at nō vsus. multa grata sunt, & nullo vsui: etiam damno quædam.

X

322

1253 Διακληροῦνται πρὸς τὸ ἥλιον: καὶ ἢν ἀν' ἀλάχη ὁ ἥλιος, καὶ ἀλείψουσιν. Theodorus, Quòdque ad solem forte illi cesserit, id solùm relinquere. Orationem sanè barbaram. διακληρῶμαι πρὸς σέ, significat: forte inter nos certamus, vtra portio eueniat. Sic dices: cùm tres in partes diuiferint: ineunt cum sole fortiendi rationem, tum quæ portio illi obtigerit, eam relinquunt. Plinius perspicuè, cum sole diuidi, ternâque fieri partes.

1254 Πάδες πάλυτέρας. Theodo. legit, παλυτέρας. lege πειλίψαι, non autem, πειβλεῦσαι.

E X C A P. V I.

1255 Παραδείσους, Theodorus, arbutta, malè. Neque enim arbutum, arborum frequentia est, sed arbores secundum classes sitæ ad vites recipiendas. Altinum dicunt Ligures Taurini. Plinius vt minus ambitiosè, ita fidelius, Hortos vocat. Qui Ægypti res ab se visas descripsere, ibi quoque aiunt duos esse hortos Balsami.

1256 Μεγέθῃ σχήματι, χρώματι. Theodorus omisit figuram. Idem ἐλευκον, candidum, pessimè. quoniam enim modo addat: perpetuò virens. viriditas enim nulla candida, sed exalbida. Philosophus ait, hic fructum odoratiorem, quàm lacrymam. quo vtimur, ægrè, vel affricatus, vel morsus sentitur.

1257 Καὶ τὸ ἐν τῇ ἐλλάδι πολλάκις εἶναι κερμαμένον. Hic est, πολλάκις. Et tamè supra statim, ἐφυτῶν ἀκράτων. Theodorus, Græciæ, dixit: sicut, Romæ.

1258 Καθαίρειν γὰρ καὶ τῷ δέ ἐνεκα. καὶ τῷ διαφόρῃ πωλῆσαι τίμιον. Theodorus, amputari quotannis, partim vt reliqua valentiora seruètur: partim vt emolumentum plus

plus comparetur. Vendi nāque vel eas magno precio posse. Legō, ἀωλείσθαι ἢ τίμια, & sic explicāda cenleo: καθαίρειν γὰρ καὶ ἢ δεῖνα: scilicet putari at bores, vt exonerentur: neve fathiscant. καὶ ἢ διαφόρε, scilicet & propter impensam. Nanque Attici τὸ διάφορον, impensam vocabant, vt est apud Thucydidem. & διαφορεσ συνῆ, preciosa dicitur ab Aristophane. Aliter vsus est Demosthenes cōtra Pantanetum. Ita illa, ἀωλείσθαι ἢ τίμια, ἀτίκωτάτως.
 1259 Δίς πρὸς ἄργυρον. Ita etiam Plinius. Theodorus, vendi sincerum argento ad drachmam. Non intelligo.

EXCAPVII.

1260 **T**Αῖς προσφερομέναις ἔθ) πρὸς πλὴν χώραν. Theodorus omisit. Legō ταῖς προσφερομέναις ναυσὶ πρὸς πλὴν χώραν. Nam quid esset illatio illa causā tollentis hanc opinionem? καὶ γὰρ ὁ τόπος ἔστι ἀπὲρ ἀπὸ θαλάσσης. Appellentibus igitur nauibus ad oram illam nentiquam peruenire potest odor. Distat enim nimis, sed ab Arabia, quæ ad mare pertinet. Icirco dixit, ἀλλ' ἐν τῇ ἀραβίᾳ.

1261 Τὸ δ' ἕτερον ἀναμίσησιν. Legō ὡν περ ἀναμίσησιν.

1262 Κασία, κινάμων. Primūm animaduerte Philosphinegligentiā, qui nominū cōgerie putat se historix legibus satisfecisse. Narum, & Narta: quod in ipso fuit: reliquit ignota nobis. Deinde mirabere Iridem vchi ex India hoc autore, qui nobis, quemadmodum & Dioscorides, Illyricam prafert. Tum autem Amaracum & frequens nobis, atque etiam vulgare est. Postremò non legam ἀνθησιν, cum

Theodoro. Nihil enim apud nos vilius anetho, Anifus rarior. ἀνηθς, magis placet.

1263 Τὰ γὰρ ἐν τῇ Θρακίᾳ φύονται ῥίζια. Videntur esse radices illæ, aut eiusmodi, quas Air vocant incolæ: nos falsò calamum aromaticum. Nascūtur enim in Thracia, & Ponto. Calamus autem trans Libanū. Qui non amplius conuehitur ad nos.

E X C A P. V I I I.

1264 Περὶ ὃ ἄρ' ὁπῶν. Vides intermissum repeti.

1265 Ἰὼτε μὴ πρὸς ταῦτα. Lego, ταυτά.

1266 Καὶ μικρῶ πρότερον. Theodorus malè omisit: ὀπισμὸς fit aut initio ætatis, aut post ætatem. Declarat igitur se. ἰσθὸς πυροβόλιαν per messem, aut μικρῶ πρότερον, quod erat ἐνισαμένον. & alteram partem, ἀρεὶ κλυβοῦς, declarat per illa, ἢ μετ' ἔπειτα.

1267 Ὅταν ἀμέρσωσι τὴν καρπὸν. Theodorus contrariū, prius quàm fructum amiserint. Si in his quoque intelligit ῥίζοβόλιαν: malè consuluit veritati: Radices enim petuntur, cùm sunt maximæ vegetæ. Vigent verò potissimum, vbi suum sibi succum retinent. Retinent autem amissis fructibus, à quibus non amplius exugguntur. Sin fructū hunc ad vsum vtilem agnoscit, non autem radicem: sanè nō oportet fructuum casum expectare.

1268 Ἡ τρίτη δὲ τὸ κεφάλαιον. Theodorus, aut è tertio capite. Non. sed, aut tertia ex materia, quippe à capite: quia duas narrauerat: à fructu, & ab radice.

1269 Ὡσπερ τιθυμάλλου, ἢ τὴν μνηκωνείου. Theodorus, Tithymalum, lactariam vocauit, Plinium sequutus. At enim verò Lactariæ nomen etiam alijs competere debuit.

Καὶ π

1270 Καζαπότιον. Notabis vocem. Potum enim hęc significat: non, pilulam.

EXCAP. IX.

1271 **E**πιπραωδιόντες. At de Thapsia verum prædicant. Non solum enim manus, verum etiam facies, ac pudenda tumescunt. Tum autem cutis vniuersa abit in pustulas. Hoc vidimus nos.

1272 Εξέλπειν γάρ φασι, ὡσπερ πύρ. Theodorus, quem admodum & Veratrum incendere, ignis modo. Male collocata vox illa, (Veratrum) ibi. Sed eo loco restituenda. ἐπεὶ καὶ ὁ ἑλλήβορος καρρήβαρεῖν ποιεῖ.

1273 Τὴν ἧ ρίζαν τέμνων ἐκπίπτει πλὴ ἕδραν. Theodorus græcissimè. Radicem autem secans sedem prociidet. Secanti prociidet sedes.

1274 Παγκαρπίαν μελιτώταν ὅταν ἧ πλὴ ξίριν τριμήνης μελιτώτας ἀντεμβάλειν μισθόν. Theodorus omittit μελιτώταν, ὅταν ἧ πλὴ ξίριν τριμήνης. Et addit, καὶ μελιτώτας. Varium, inquit, genus frugum vicissim terræ iniicere aiunt, & placentas. παγκαρπία, est omne frugum genus. μελιτώται ex Athenæo, & Polluce, placéta. τριμήνης autem neutiquam probo: sed τριμματὲ μελιτώδη. Illud cauebis, quod Theodorus, ἀμφίκει ξίφει, ense bina adacto acie. pure & latine, ensem ancipitem. Idem mox legit, τὸ ἕτερον τέμνειν: non autem, τὸ σφύρον. & rectè.

1275 Εὰν ἧ ἐγγύς μὴ διατέμνη, ὁ αἰετός δαποθήσκει ἐνιαυτῶ. Theodorus, Et si Aquila propè aduolauerit, morturum eo anno, qui succidit: augurium est. Omnia ex Plinio. Sic lego. εἰάν ἧ ὁ αἰετός ἐγγύς παρασιετῆ, μὴ τέμνειν, ἢ δαποθήσκειν ἐνιαυτῶ.

1276 **T**ὼν μὲν πάντων. Lego, πάντα. Quia mox, τῶν δὲ ἢ ῥίζα. non autem, καρπός. Theodorus omisit, ὡς περ τῶν ἄλλων τε καὶ τῶν πανάκων. Et cōfudit primam diuisionem cum secunda. Cum tamen exemplis mōneretur, vt contrarium sentiret. Neque enim cyclamini fructus in vsu vel est, vel fuit.

1277 Ἐνείσαντες ἢ ἐν γλεύκει. Theodorus, transfixos, in fumo suspendunt. Quia omisit γλεύκει, transfixionem tantum animaduertit. At infra de chamaeleontis radice: ἐνελεόμενοι ἐν ἰλοχοίνῃ. ibi quoque transfixa. At ἐνελεῖν, significat inuoluere. Inuolutos igitur musto, sic mustum noluit ponere. Contra Plinius vinum posuit, fumum omisit. Concisa, inquit, in orbiculos seruatur in vino.

1278 ἐν ἀγκύρα. Satis patet ex Plinio cap. 13. 25. & Satyris nostris, ἀγκύρα, legendum.

1279 Καὶ πρὸς τὰς φωνασκίας. Theodorus expressit, vt voluit: ad vocis languorem. At φωνασκία μὲν, etiā non languidi. & mox, πρὸς τὰς τῶν ἰσοζυγίων φύσεις. ad iumentorum morbos. φύσεις tubera potius, vt φύμαλα. Si non legas φύας, tormina ex vento, aut frigore, quod sanè probatur mihi.

1280 Καὶ πρὸς τὸ μεθύσειν. Theodorus, ad ebrietatem: quia dixit ad vlcera, id est aduersus: ita intelligeres ad ebrietatem, ne occupet ebrietas. Immo verò ad inebriandum: ex Plinio, & Dioscoride. Sparsum autem, minus aptè dicitur ab eo. διαβρῆχον, dilutum vino.

1281 Φιλεῖ ἢ ὀρενὰ χωρία, καὶ κοχλακῆσθ. Theodorus hæc omisit omnia.

E X

E X C A P. X I.

1282 **D**E Elleboris recitat sententias adeò absurdas, vt pudeat. Laurinum folia surat-tribuit nigro, & porri albo, pari mendacio. Album folio Gentianæ. Nigro digitatum: vt Crotoni.

1283 Φύλλον ὃ πλατύχρισον, ὁμοίον τοῦ ἰάβρακος, μήκος ἔχει ἰσχυρῶς. Hæc omnia desunt Theodoro. Quare cum non conueniant cum superioribus, sed ex aliorum sententia referantur: videtur ipse, qualis ille fuerit, ignorasse. Lego verò sic: οἱ δὲ ἀνομοίας, ἢ μέγανος μὲν φύλλον &c. quia dixerat: οἱ μὲν γὰρ ὁμοίως. Quid si reponamus, πλατύνχρισον; non autè πλατύχρισον. Platani enim partitiones imitatur: itaque etiam Plinius cum hinc hæc describeret, sic dixit. Hoc radicibus tantum intelligi tradunt plerique. Alij folia nigri, Platani similia, & minora, nigrioraque, & pluribus diuisuris scissa. Alij Betæ incipientis: hæc quoque nigriora, & canalium dorso rubescencia. Vtraque caule palmi ferulaceo. Vbi vides ἰάβρακος. & quot hoc loco desiderentur.

1284 Πολύριζον ὃ εἶν μάλα ταῖς λεπταῖς καὶ χηνοῖμοις. Multa radice niti, eaque admodum fibrata. In Codice Theodori apparet esse mendum. Radicem, inquit, largè multiplicem, quæ scilicet præternues consistit, & vtilis. Etiam accuratius transferendum censeo. Album enim radicem habet, initio non multiplicem, vt niger: sed simplicem, quæ postea spargitur in fibras: idque in verbis Theophrasti manifesto intelligitur. Dixit enim πολύριζον, non simpliciter: sed, ταῖς λεπταῖς. magna efficacia articuli.

1285 Ἀναρεῖν ὃ ἴσθι μίλανα, καὶ ἴππος. In Aruernis,

& Rutenis, Album penè omnia animantia, vel interficit, vel malè habet. Strangulat enim equos, & cæteræ iumenta.

1206 Ὅπως ἐνέμεση. Dura loquutio: non enim est ad quod referat. Commodissimè molliuit Theodorus, vt vomitio bene succedat, contra infra mox infelicitè. Parnasius, inquit, & Ætolicus, eo quoque in loco proueniunt. Quo loco? in Oeta monte Parnasius? Parenthesin confudit cum cætera oratione, nisi sit mendum.

1287 Καθαίρασι ὃ καὶ ὕας. Theodorus legit, οἰκός, ex Plinio.

EX CAP. XII.

1288 **K**αὶ ἀλείφοντες μετ' ἐλαίου. Theodorus, & vncta oleo. Nemo sic loquatur. Panace vncta oleo: sed soluta oleo, & redacta ad hoc, vt locus, qui serpentium morfu malè affectus est, ea vngatur. Φύματων, interpretatur, nascencia. Non tamen φύματι, tam à nascendo, quàm à tumore: itaque vt tuber à tumore: ita φύματι φύματι. Lege σήπας, non σήπας.

1289 Καὶ ἐλάει, ἢ μὲν ὑγρῶν, ἢ ξηρῶν: ἢ ξηρῶν, ἐν μέλιτι. Humidis vlceribus confert sicca: ficcis confert ex melle: sanè conuenienter. Vlceris enim curatio, exiccatio est: iccirco sicca inditur humidis. Propterea verò quòd siccata neque coeunt, neque coalescunt: ideo cum melle immittunt. Theodorus aliter digerit. Comoda, inquit, etiam ad vulnera sicca: & ex melle ad madida.

1290 Ἄλλη ὃ πανάκη. τὸ μὲν λεπτόφυλλον, τὸ ὃ πλατύφυλλον. Theodorus, vna folio tenui: altera non tenui.

tenui. Duo hîc animaduertenda. Primùm, quod illa verba, non tenui minus exprimunt τὸ πλατύφυλλον. Multa enim neque lata, neque tenuia sunt. πλατὺ planitiè significat fufam: quæ quidem esse fimul potest cum tenuitate. Tenuè enim notat diminutionem profunditatis, non latitudinis.

1291 Συνάυμοι. Hoc caput à superiore separandum cenfeo. & profectò materiæ valde sunt diuersæ.

1292 ὄρυθιομένω. Lego ὄρυθιομένω. Et transfero voces ad hunc modum. ὡσπερ αἶμα, ὄρυθιομένω. Ξηρανομένω ᾧ, λευκόν. Nam etiam Dioscorides rubrâ radicem prodit. Nô absimile legas de Pentaphylli radice infrâ. Theodorus non agnoscit ὄρυθιομένω. Præterit etiam illa. καὶ πυθμὴν μέγας. contra addit (faucibus) ibi χαράδραι, καὶ μνήμασι. Corrige apud Plinium. Thyro folia sunt ocymi: nô autem, tertio. Lego enim & hic mox, θύρον, καὶ ἔτορον. vbi est, θύρον. Dux nanque voces in vnam coaluerunt: illæ tamen apud Dioscoridem sunt. βρυόρον igitur frustra corrigunt, frustra positum à Theodoro. Idem ex Plinio περὶλλον, perillum vocat. Hic erat locus ditandi latinatam. Quippe hic, περὶλλον, Nimium, significat. Propterea quòd vim excedit ἢ ὑπὲρ μέτρον. Vterque hominem alienum ab seipso facit. Verùm diuersa ratio est, huic sopiendi, illi extinguendi: iccirco, περὶλος. Mortalem vocant pharmacarij, sanè rectè. Immortalem verò cum vicissim quæritat, errant. Theodorus omisit illa omnia, καὶ συμπεραμιγνύει φασὶν ὡσπερ κένταυρον. apud Plinium non sunt. Apud quem animaduertes, & ad infaniam, & ad mortem pondera variata.

X §

1293 Ὀσπερ ὀργύας. Theodo. legit, ὀργύας τέτταρας.
 Nos legimus, qui plus senis cubitis esset longior.
 Theodorus scribit, δασυτέραν, non autē, παχυτέραν.
 Hortensē omisit, qui alioqui ad medicamēta ma-
 ximè vtilis. Aduersus enim inflammationes, atque
 sacros ignes præstātissimus est. Capite Gethyi, cum
 tamen Gethyum non sit capitatum suprā.

1294 Τῶν ἢ τιθυμᾶλλον. Tichymallos esse cum Stry-
 chnis imprudenter coniunctos intelligemus ex fa-
 cie, exque natura longè diuersa. Itaque quod in no-
 bis erat, disunxissemus: verùm cum ille coniunxit:
 satis erit errorem demonstrasse.

1295 Μέγθος διπηχυαίον. Theodorus legit, πικυαίον.
 Dioscorides, cubito maiorem. Plinius à Theophra-
 sto discedit, quod attinet ad portionis quantita-
 tem, acetabulum dat. Theophrastus tertiam par-
 tem tantum. Hermolaus malè trāstulit in Characia,
 χυμῶς, sapore. succum potius. Animaduertes Pli-
 nium non semel. ὅταν περιελάσῃ σαφυλή. vna incipiēte.
 Non enim addidit: nigrescere. καθαίρει δὲ κάτω
 μᾶλλον. Theodorus omisit, μᾶλλον, malè. per super-
 na enim etiam purgat. Sic infrā. δύναται κ καθαίρειν
 καὶ ἄνω, καὶ κάτω.

1296 Τῶν ἢ νιβανωτίδων. Hinc aliud caput. Theo-
 dorus malè transtulit, Roremmarinum. Longe enim
 diuersissimæ sunt. Pudet verò me horum, vbi con-
 templor, quantum intersit & hic, & alibi, inter her-
 barum facies, quæ à Theophrasto, quæque à Diosco-
 ride proditæ sunt.

EXCAP. XIII.

1297 **Τ**ὸ ὄν μὲν γὰρ λευκὴ, καὶ γλυκίαια. Hoc non posuit Theodorus at etiā Dioscorides dulcem ait. Inueni qui negarent affirmanti mihi, idque scriptum relinquerent, hanc esse Carlinam vnico argumēto radicis: quam aiebant odore carere. Cum contra & Dioscorides, & Theophrastus odoratam scribant. τοὺς ῥῆς Theodorus alui profluuia. Plinius rheumatismos.

1298 Μετὰ ραφάνων μίγνυμένη. Theodorus omisit, ἢ δὲ ῥείων. Dioscorides raphanum admiscet nullum. Theodorus illa quoque præterit. γυναικῶν δὲ δίδονται ἐν πρυγῇ γλυκίαια, καὶ ἐν οἴνῳ γλυκίαια. Lege σκολιμῶδες; non autem, σκολιμῶδες.

1299 Χαρίαι ψυχρά, καὶ ἀργά. Inculta. Theodorus legit, ἰχθῆ. At verò siccis locis prouenire, ait Dioscorides.

1300 Μήκωνες δὲ εἰσὶν ἀγρίαι. Quid papaueri cū chamaeleonto? itaque separata capite proprio.

1301 Ταύτης ἡ φύλλον. ταύτης, scilicet, κεραιτίτιδος. Theodorus æquè negligenter. Quoddam autem nigrum est, folio constans verbasci nigri. De cornuto enim loquitur Philosophus.

1302 Ἐχλωρότερα ἢ μάλλον. Legitur cum adhuc viridiusculum est. Theodorus simul iunxit cum fequentibus: ἐχλωρότερα ἢ μάλλον καθαίρει κατω.

1303 Λευκαίνουσι τὰ ὀθόνια. Theodorus, splendorem linteis tribuunt. Oportuit meminisse, τὸ λευκὸν esse coloris τὸ τί. Splendorem autem esse colori τὸ ἐν-δεχόμενον. Etiam nigra possunt esse splendida, & alba non splendida.

τῶν ἡ

1304 τῶν ὃ μίζων. Hic quasi de integro sub communi genere ponit species, à partium differentiis, id est, radicum. malè lanè. Nanque & suprà dixit: & non erat hic locus: & iam de radicibus dixit τα καὶ ἕκαστον. Aliud igitur caput hoc esto.

1305 εὐθυγλυκεΐαν. Theodorus dulcem. Hic dimidiata vocis significatum est. Mendosus verò codex.

1306 Χρησίμη ἢ πρὸς πολλὰ, καὶ ἀρίστη πρὸς πλεῖν κεφαλῶν. Theodorus exemptis aliis vocibus: perutile ad caput. τὰ μὲν εἰν προσάγειν. Theodorus ea verba, πρὸς κεφαλῶν, & transtulit, & quasi commentario est profequutus. Intellexit enim, ἔλεγε ἢ κεφαλῆς. Sic infra repetens hæc Theophrastus, dixit: πρὸς τὰ κεφαλόπλασα.

1307 Αὐταὶ μὲν εἰν γλυκεΐαι. Non conuenit epilogus cum superioribus. Nam hæc est amara.

1308 Ἐργαζόμενος. Theodorus, suo fungens officio. Purius, cum esset in opere.

1309 Καὶ τὸν θάνατον ὑπνωδὴν τινὰ ποιῆσαι, καὶ ἐλαφρῶν. Hæc omnia omisit Theodorus.

1310 Ἄλλ' ἔνιαί ὀνοχρωῆτες. Theodorus, cæruleæ. Legit igitur aliter, quàm vinicolores.

EXCAP. XIII.

1311 **H** ^ἢ πενταφύλλω. Postquam multas coaceruauit sub ea prima diuisione: ἢ ὃ μίζων: adiungerem ego hanc quoque partem superioribus, eodem tenore capituli eiusdem. Præsertim cum & aliàs aggreget. Quod si hic secas ob colorum differentiam: ibi etiam secabis: ἔνιαί ὃ ἰδιόμορφοι.

1312 Animaduertas similem superioribus felicitatem: cum Rubiæ folium ederæ attribuit.

1313 Πασῶν

1313 Πασών ἢ ῥιζών. Hic etiam secabimus, si fecentur superiora. Alia nanque materia est : quippe quantum quæque duret radix. Theodorus nescio quid publici addidit de suo.

1314 Κενταυρίς. Theodori errorem hic viri docti animaduertere. De maiore hic sermo, cuius radix non est amara. Non igitur ab eo, Fel terræ, debuit appellari. Hoc enim nomen minoris est centaurij. Neque ob radicem : quæ neque seruatur, neque vlli vsui est.

1315 Σογκώδης. Lege, συμφοδης. Item lego, τὸς λύχνες non autem, τοὺς ἀνχνες. Theodorus non videtur agnouisse quæ sequuntur. φασὶ ἢ μόνον ὑπὲρ ἰνῶν ἀνω παεῖν ἢ φαρμάκων.

E X C A P. X V.

1316 **N**Ηθενθις καὶ ἀχολον. Homeri verba sunt. Theodorus valde apte, medicamentum hilaritatis, atque tranquillitatis.

1317 Καὶ τῶν ἐξω τόπων οἱ φαρμακωδῆσαι εἶποι εἶσι. Theodorus hæc omnia omisit.

1318 Ἐξ ἔ το ἵππομανῆς. Theodorus legit, ἵπποφαίς. Apud Dioscoridem herba hæc alia est à Titymalis, tamen si radix lacte plena est. Hippomanes etiam capparitis à quibusdam. Idem nomen etiam Apocyno attributum, quam possis putare eandem apud Hesiodum. In rabiem nanque agi equos ait.

1319 Φύεται ἢ καὶ ὄπιπλέον, πλείσον δὲ καὶ κάλλιςον γίνεται πρὸ κλειόριαν. ἢ ἢ πανάκεια γίνεται, καὶ τὸ περαῖον πρὸ ψοφίδα. Theodorus præteritis quattuor primis verbis legit, πλείς ἢ καλλις φύεται πρὸ πύ

πλω κλειστρίαν ἢ πανώκεια. γίνεται ἢ καὶ πετραῖον. In Græco exemplari scriptum est, φανεόν. In codice Theodori, Phucū. In corollario Hermolai, Phineon. omnia malè. Pheneum lege. Theodori quoque sententia à græca diuersa est. φασὶ ἢ εἶναι ὁμοιον ὡς ὄμπος εἶρηκε. Eius faciem talem esse aiunt, qualem Homerus dixit. Ille sic. Atque apud Cyllenem esse, quem admodum Homerus dixit, affirmant. Notabis πανώκεια, καὶ τὸ πετραῖον, ἀρίστη.

1320 Theodorus emisit, πρὸς τε τὰ ἀλεξίφάρμακα.

E X C A P. X V I.

1321 **Ο** γὰρ τῆς καρπῶ. At Dioscorides ait flore carere dictamū verum. Virgilius Theophrastum sequitur. Nescio an Dioscorides vera prodat. Nam & ipse castigat eos qui de bechio similia scripserunt. Et nostra lingua canis florem fert: ea, quam ille narrat, nullum.

1322 καὶ ἀπλῶς τῶν ὑπὲρ γῆς. Theodorus, Quæ se à terra minus attollunt. sanè rectè. Quare mihi nō satisfacit verbum illud, τῶν φύλλων: nisi quis intelligat herbas, quippe earum partes præcipuè folia. Itaque etiam Theodorus dixit, Herbarum.

1323 τὸ δὲ ἀκόνιτον. Nolim cum Dictamo diuina ac beneficentissima herba coniunctum pessimum venenum. Itaque aliud caput fecerim.

1324 φύλλον κλωρεϊῶδες. Non conuenit cum foliis Dioscoridis, neque cum veritate.

1325 πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι. Theodorus ad efficiendum melius, ad efficaciam. malè illa. καὶ εἰ πάντος εἶναι. Nec nosse quenquam. nimis diffudit sententiā. Nec cuius eam artem notam esse.

Λύκειον

Λυκόν ὃ φάρμακον ἔχ' ἰσθῆσαι. Negat, quod Arabes non solum non negant, sed etiam affirmant. Habemus apud nos radículas Vincetoxici aduersus Napelli maleficia. Nisi sic accipias, postquam est præparatum.

1326 Ἄλλο ὃ ἐφημέριον. ἐφήμερον nomen proprium est bulbi Colchici letiferi. Theodorus neglexit hoc, cum ait, Aliud quoque venenum vim diurnariam enecandi fortiens. & audis vocem absonam. Legemus affirmatiuè, vt Theodorus ὁ καὶ ἐφήμερον. τῷ αἰρίῳ Corruptum est, & à Theodoro prudenter præteritum.

1327 Κάπειτα ἰατρύειν αὐτὰ εἰς τὸ ἰσθῆσαι. Theodori verba nunquam intellexissem, Deinde mederi in hoc venientes. Sic malim: Deinde mederi solitos eis, cum hoc impetu capti sint: curari enim posse, si ita temerè sumatur: interitumque differre, atque interea torquere. At si præparetur: & intra diem interficere, & leuem afferre mortem. Iccirco subdit: ἐμὴ ἄρα διὰ τὸ ἐυθράπτειν καὶ ἐυκατασκευάσειν ἐστίν. Sic lege, non: ἀκατασκευάσειν. Facere nanque difficilior interitum, nisi cum adhibita cura, & arte, præparatum est. Theodori verba nullum sensum mihi exprimere potuere. Ea sunt, Nisi fortè quod faciliè curatu, cōfectuque sit. Sic mox, ἐξαιρεθῆναι, seruari: obseruari potius. Plinius ea de Porri succo, eiusque in portiones quantitate prodit, quæ non pessime huic loco queant comparari.

EX CAP. XVII.

1328 Ὡστε εὐλογον ἐστὶ πάνυ. Hoc loco, τὸ εὐ non auget, vt in ἐυμύκησι: sed temperat. Vt bona magnitudo

magnitudo sit ea, quæ facile sumatur in potu. ita à fine & vsu, τὸ εἶ. Iccirco Theodorus, contractum. Debuit igitur permutari situs verborum sic, Exiguum, contractumque ad drachmæ pondus.

E X C A P. X V I I I.

1329 **K**ινδυνεύειν ἢ εἶνα τῶν φαρμάκων τῇ ἀσυνθείᾳ φάρμακα γίνεσθαι. τὰλα δ' ἀληθέστερον εἶπεῖν, ὡς σινυθεία, ἢ φάρμα. Theophrastus recitat Antiquorum opinionem, qui aiebant, medicamenta esse medicamenta non alluetis. Ergo dicat bonus philosophus, medicamenta esse medicamenta per accidens. κινδυνεύειν, norat esse posse, & non esse. Quare subdit potius contrarium. Theodorus priore sententia ommissa omnia permiscuit.

1330 Διακρίνει τὰς φύσεις. Theodorus, discernēs. Plus est, διακρίνει. diiudicans. Verbum à causis ductum. Herodotus in iudiciis minus vsitata voce, διακρίνει.

1331 Ὁ ἢ χίος εὐδημος. Theodorus addit: ante minime laudatus.

1332 Ἐπὶ τῶν σκευῶν. Theodorus apud vasa. Super vasis, ad verbum. neque enim sedes alias secum afferunt circulatores, præter sarcinas, in quibus sedent: & è quibus concionantur. Et feci dixit: vt Terentius. Verùm illi licuit in risu & comædia, ea figura quæ ἀπολογία dicitur à doctis. Quemadmodum de parodia diximus in libris de re poetica. Allusit enim ad communem loquendi vsu: domi, forisque. Idem δειλίω vbiq; meridiem interpretatur in libris Aristotelis, & Theophrasti. Verùm crepusculum Atticis ea voce significari nemo dubitat doctiorū. Crepusculum inquam tum serotinum, tum maturum

num

num. Tantùm abest, vt meridies repræsenteretur. Idque ex Xenophonte, Thucydide, Luciano, Plutarcho, Pollucè. Cum enim *ἡλίη*, pro ambiguo tempore æquè stare consueuisset addebant aliquando, *ὁψία*, aut *φωρία*. Ratio quoque & origo vocis pro nobis est. *ἡλίη*. *δὲ ἡλίη*. deficiente sole.

1333 *Κίωπειν ὑπεράττων ἐπ' ἕξος δειμύ*. Theodorus, aceto acri aspersum pumicem bibisse. At queat nemo bibere aspersum pumicem: sed dilutum, & solutum. Et Theophrasti verba contrarium sensum colligunt. Aspersisse pumice acetum.

1334 *Αἱ ὃ ρίζαι, καὶ τὰ ὑλματῶ*. Hinc caput auspicandum.

E X C A P. X I X.

1335 **Φ**ύλλον ὁμοίον τῇ μαλάχῃ. Mihi non videtur similia folia Maluæ, & Bismaluæ. Itaq; Taurini Maluam vocant, Rotundellam. Theodorus post illa, *καρπὸν δ' ὅτ' ἐστὶν μαλάχῃ*, addidit: caulibus proxima: quæ mihi non intelliguntur. Verùm puto codicem mendosum. Hæc enim desunt. *ρίζαν δ' ἰνὸν δὴ λευκίν. τῇ γούσῃ δ' ὡσπερ ἡ μαλάχῃς ὁ κωλύος*. Saporrem narrat: quia cauliculis Maluæ, sicut & nos nunc, pro Asparagis vescebantur.

1336 *Συνεφομένην εἰς κρέασι, σιμάπλειν εἰς τὸ αὐτό. Καὶ τὰς μὲν σιγνύνας: τὰς ὃ καὶ ἔλκειν, ὡσπερ ἡ λάθος*. Theodorus, aliam, si carnibus concoques, in idem aggregare, ac veluti conglutinare posse affirmant: alias vim attractoriam possidere. *σιμάπλειν εἰς τὸ αὐτό*. nō est aggregare: aggregantur enim, quæ postquàm aggregata sunt, etiamnum discreta manēt, sed quod postea subiunxit: conglutinare. quod verbum si ad

Y

338

illud significandum comparauit: desit quod ponas pro eo, quod sequitur. *πηγνῦναι*. Dispicies verò, an τὸ *πηγνῦναι*, καὶ τὸ *ἐλκεῖν*, ad carnes tantum referenda sint: nam minus propriè dicas, *πηγνῦναι*, de consolidatione. Item obseruabis tempus verbi *συμφομένῳ*. coquendam: vt voluenda dies, apud Poëtam. Theodorus autem illufit nostris auribus illa vastitate, In inanimibus.

1337 Τὸ ὃ *θηλόφορον*. Placet hinc aliud inchoare caput. Agit enim noua historia de his herbis, quarum efficaciam experimur in corporibus animatis: itaque transitum orationis fecit illis verbis: καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις.

1338 Οὐκ ἀλόγως σύγκειται. Quanquam videntur fabulosa, tamen eo vsque hærent rationi, vt fidem faciant. Theodorus, ἀλόγως, brutè, brutè profectò est interpretatus.

1339 Ἐν ὃ τοῖς ἡμετέροις. Aliud caput si feceris, non labere. transit enim ad hominem.

1340 Οὐ μόνον περὶ τῶν σωματικῶν. Theodorus hæc omisit, Et tamen in calce capitis vicesimi. ἀλλὰ μὲν γὰρ αὐταῖς διυμάμεναι πρὸς τὰ σώματα, καὶ ἐν σωματικῶν. Idem post illa: περὶ τὸ γεννᾶν, καὶ ἀγονεῖν: addidit, semen, sic: Generandi feminis facultatem. Verum non est ad generandum semen, in verbis illis; sed ad generandum semine. Neque enim quoduis semen generatum, generat. Itaque infra. πρὸς τὸ γόνιμον ποιεῖν τὸ σπέρμα. Non dicit simpliciter: πρὸς τὸ ποιεῖν τὸ σπέρμα.

1341 Ἐχει ὃ φύλλον σιλοφιδεῖς. Nihil ineptius, quam docere

docere Testiculi folia, per rem & ratam, & non notam omnibus. Præterea Dioscorides huic olea folia attribuit. Læteri, apio similia omnes. Nescio an sit mendum: & legendum, ἐλαιῶδες.

1342 Ὁμοιωτάων ἀπίω, ἀπύρω, ἴτοι ἀκάνθη. Theodorus legit ἀπίω τῆ ἀκάνθη.

1343 Ἄτοπον ἔ, ὡσπερ ἐλέχθη, τὸ δὲ μιᾶς φύσεως, καὶ τῆ αὐτῆς. Videtur inquit, absurdum: ab vna, eademque natura hoc euenire posse. Scilicet vt contrariis polleat potestatibus. Addidit τῆ αὐτῆς, vt intelligeret speciem vltimam: non autem eam, quæ in alias diuidi possit. Hæc cum dixit: subdit. ἐπεὶ τὸ, δύο ἔστι τινὰς τριαύτως δυνάμεις, ἐν ἄτοπον. Theodorus, Nam vim eiusmodi esse duplicem: minimè absurdum putari debet. Ergo manifestissimè contradicit sibi. Suprà enim ἄτοπον, esse duplicem. hic esse duplicem; καὶ ἄτοπον. Ne dicas hic, δύο, duplicem: sed duas. Duplex enim potestas in principe eodem est: damnandi, & ignoscendi. At hoc in herba illa videbatur ἄτοπον. in duabus autem diuersis herbis, non est ἄτοπον. Quia non est duplex, sed simplex in singulis, sua cuique: altera alteri contraria. δὲ μιᾶς, ἄτοπον: δὲ δύοιν, ἐν ἄτοπον. Ne præterea facerem illam orationem. Atticum est, δύνασθ δύναμιν, & alia eiusmodi. At philosophus, δύνασθαι πῶ ἀδυναμίαν. posse impotentem Veneris efficere. διὸ καὶ καλεῖσσι φῶλλον. Theodorus, herbam, interpretatus est. Iam suprà monuimus.

1344 Ἐὰν γὰρ ἐκτελέσῃ πῶ πένον. Theodorus omisso Atticissimo λακωνικῶς εἶρα inclusit per: Sic.

1345 Τῆς ὀπλῆς τῆ ἡμίονο, καὶ τῆ δερμάτος. Theodorus

legit, *πίσμαρος*. Plinius omisit. Notabis hic Scolopendrium à Theophrasto foliis non polypodij, sed longis describi. Itaque rectè linguam ceruinam interpretatus, malè reprehenditur, Theodorus. Nam Hemiono folia longa cum agnoscat Dioscorides: etiam longa erunt Scolopédrio. Habes apud Dioscoridem longas duas: Hemionitin, & Phillitin. Hic totidem eiusdemmodi: Hemionon, & Scolopendrium. Quare inter fidem Græcam multa nobis fluctuatio. Animaduertes etiam ad Lienes vsus clymeni: quem Dioscorides non posuit. Et contempleris an conferre queat. Refrigerat enim: & , quod plus est, inspissat.

E X C A P. X X.

1346 **H** *ἡ θηλυπτερίς*. Non debet pars hæc disungi. est enim adhuc materia eadem *ἡ ἀγονία*. Et mox epilogum facit. *τάτων μὲν εἰν αἱ δυνάμεις πρὸς τὰς γενέσεις*. Theodorus omissa partitione redegit ad breuitatem.

1347 *Μετ' ἀλφίτων*. Theodorus addit, hordeacea. Plinius vtrunque neglexit ponere.

1348 *Αἱ δυνάμεις πρὸς τὰς γενέσεις*. Theodorus. Harum igitur vires addixisse sterilitati. malè. Est enim epilogus omnium supradictorum, in quibus comprehenduntur sententiæ non solum sterilitatis, verum etiã fœcunditatis. Et *γένεσις* hic significat modum generationis: scilicet tam habitum quàm priuationem. Et minus placet: naturam addixisse vires sterilitati. Si vires faciunt sterilitatem; ipsi igitur imperant: nõ igitur sunt addictæ. addicitur enim semper minus validum.

1349 *Θαυ*

1349 Θαυμασιωτάτη. Tametsi epilogum rēcti, tamen hoc quoque addidit.

1350 Ἄλλ' ἀλειψαμένοις. Theodorus, tangentibus. ἀλειψαμένοις, legit: nisi sit mendum. Vngentibus. improprie tamen. nanque est vngere, apud Latinos; & λῆπος, apud Græcos de re pingui dicitur. Linentibus.

EXCAP. XXI.

1351 Πρὸς ἃ πῶς λυχν. Theodorus. Animo vero yvesficariam adnotant. Nimis durus. Neque latinus sic loquatur.

1352 Ἀυτὸς ἃ μέγας, ὡς θάμνος. Theodorus omisit hæc. Quæ tamen præter etiam folij argumentum, redarguunt herbarios, qui suam muscatam, quam nominant, Onotheram esse contendunt. Pusillam sane plantillā, & odore nullo, nedum vini. Omisit etiam quod sequitur. ῥίζα ἃ ἐρυθρά, καὶ μεγάλη, vt hinc quoque refellantur. omisit & illa. ὅζει ἃ ἀνανθήσιν ὡσπερ οἶνον. Interpretatus est, προσφορά, recreationem rectè. accelsio. Lego, ἀπιθανότερα. negatiue. hoc omisit Theodorus, aut illud: ἐυθέστερα. Et absurda transtulit puerilia, & minus fide digna.

1353 ῥίζα ἃ ἐχ' ὑπεσι. Etiam in capillaribus hæc audacia à nobis supra animaduersa est. Dura sane res si sine radice sit. Theodorus hic quoque emolliuit. Radice mipima, & pene nulla. Nō nego quibusdam nullam subesse radicem, si vera de Malobathro fabulantur. Sed hic non est locus.

1354 Theodorus hæc omnia reliquit: αἱ ἃ ῥῆ ῥιζῶν, καὶ τῶν καρπῶν φύσεις, ἐπεὶ πολλὰς ἔχουσι, καὶ παντίαι διαμέμεις: ὅσαι ταυτὲ δύναται, καὶ τῶν αὐτῶν αἰτίαι. καὶ πάλιν, ὅσαι τιναντία. διαπορίθει δ' ἄντις κοινόν ἰσως

ἀπόρημα, καὶ ἐτέρων ἀπίρων. πότερον ὅσα τῷ αὐτῷ αἴτια
καὶ μίαν τινὰ δύναμιν ἔστιν, ἢ καὶ ἐτέρων ἐσθίχεται ταυτὸ
γίνεσθαι. τὸ μὲν ἐν ταύτῃ ἀπορήσῃ. ἰστέτινων καὶ ἀλ-
λων τὰς φύσεις, ἢ τὰς δυνάμεις ἔχουσι εἰπεῖν, ταύτῃ
ρητέον. Quæ tamen verba referuntur ad historias
superiores, & sumus interpretati in translatione
nostra.

EXCAP. XXI.

1355 Τὸ ὃ πίπει. Redit ad peregrina, quæ reli-
querat: & alia admifcet.

1356 Σπερματικά δ' ἄμφω. Theodorus, θερμαντικά.
Quia mox etiam θερμαντικὸν ὃ καὶ ἢ τῷ πικροδένυ ρίζα.
Quæ vides commodius inter radices historia supe-
riore tractari potuisse.

1357 Φιλῆσι τὰ δένδρα. Theodorus, defoliare arbo-
res. Sanè imprudenter. Φιλῆσι τὰ δέρματα. depilant
coria.

1358 ὑπόπια ὃ ποιεῖ, ἀλλὰ ἐκλευκα. Theodorus, sup-
purationes tamen alias exalbidas facit. Legit igitur
ἀλλα: non, ἀλλα. Dioscorides, ὑπόπια αἶρει, καὶ πτε-
κνώματα. Vides hic αἶρει, ille ποιεῖ. Præterea memi-
nerimus quemadmodum supra negabat radices ἐπι-
ξεσθαι. Et hic ἰσχυρότερος ὃ ὑπὲρ ταύτης. Et Dioscōri-
des hanc ἐπιζει.

1359 Τὸ ὃ πολυπόδιον. Observabimus, quàm extra
ordinem, ortum narret polypodij: vires taceat. Cum
tamen hoc hîc instituat: illud alibi. Nihilo cōsultius
ad Ebenum redit: &, quod peius est, ad Aristolo-
chiam.

1360 Οὐ πολὺ ὃ τὸ ὑπὲρ τῷ γῆς. Theodorus quod su-
per terram spectetur, non multum est. Quid igitur?
quod

quod infra terram? Sed hoc voluit. plus esse foliorum in caule, quàm ab radice statim. In montibus nasci recte autumat. Vineas enim nostras populatur pessimo vini odore. Corruptè Vascones, Storlonga. Lege $\alpha\upsilon\tau\eta$ βελτίστη: non αὐτή.

1361 Ἐν οἴνω ἰξίτη . Corrige in codice Theodori, acescente, non accrescente.

1362 $\text{Διαφέρειν πολυχρησία}$. Præstare multis utilitatibus. Theodori verba non intellexerim. Numeroso referre usu.

FINIS LIBRI NONI.


EX LIBRO DECIMO.

Quæ verò circumferuntur pro initio decimi, nihil noui vel afferunt vel promittunt. Diogenes tamen decem tradit ab eo scriptos historiarum libros.

GRATIAS TIBI

DOMINE IESV.

Y 4





IN EOSDEM
LIBROS VIRI MAXIMA
DOCTRINA PRÆDITI
ANNOIATIONES.

LIBRI I. CAP. II.

Kέμονας. Videtur Plinius lib. 17. cap. 14. arborum humeros: & Columella lib. 3. cap. 10. femina, i. Theophrasto τὰ φυτῶν ἄκρῃ de Causs. lib. 3. cap. 6. legenda esse ait ex locis humeros. ubi locus de arborum partibus.

Libri I. Cap. 8.

Ὁ ἴσχυρος nempe κωνία, quod repetendū ἐστὶν ἴσχυρος. Sic enim fungi ἴσχυρος, id est pediculum κατὰ χροῖαν ἰσχυρῶς uocat: negavit enim supra cap. 2. caulem habere.

102. in fine. ὅτι ἰσχυρῶς, subaudi κωνία.

Libri I. cap. 9.

ἰσχυρῶς uocat sæpe Plinius fruteta, ut lib. 18. cap. 6. ubi & frutecta scriptum.

ὅτι τὸ μὴ ἰσχυρῶς. Theodorus rectè intellexit Græca. Pinius item malè cum dixit lib. 16. cap. 31. aliis recto meatu radices descendere, ut lauro, oleæ: aliis flexuoso, ut fico. In Græco ἰσχυρῶς ad loci naturā in tota antithesi refertur.

Libri I. cap. 10.

Ὁ ἴσχυρος Ita passim legitur. i. octum. Plinius lib. 21. cap. 15. Et Indi hodie uocant hetich, uoce corrupta. Depingit Theophrastus

X 5

vetus in America obseruationibus, quomodo infra describit Theophrastus, cuius uerba non fideliter idem Plin. exposuit.

Libri 1. cap. 11.

Λουξίφ. Varro rei rustic. lib. 1. cap. 37. Aliæ enim radices angustius diffundunt, ut cupressi: aliæ latius, ut platani, usque eo, ut Theophrastus scribat, Athenis in Lyceo, cum etiam nunc platanus nouella esset, radices trium & triginta cubitorum egisse.

Libri 1. cap. 12.

Ποδέριον. Plinius libro 21. cap. 17. Opuntia uocat à loco: at si opuntia est quam depingit Matthiolus, nosque cum suo fructu ficus modo, sed spinoso uidimus, herbula non est: itaque ποδέριον non herbulam uerto: sed ut contemptim dictum, herbam quandam.

Libri 1. cap. 13.

Τὸν ἢ μέζον &c. Plinius tamen uocis ὄζος ambiguitate deceptus. cap. 30. lib. 16. passim de ramis ait, quod Theophrastus hic de nodis.

Libri 1. cap. 15.

Ἀγρία Δάφνη, Laurus syluestris, siue agrestis, quæ nullo hominum cultu sponte prouenit: uel quæ Laurus, Timus dicitur à Plinio.

Ρόδωνιά, ἰωνιά. Rectè Theodo. Rosacea, & uiolacea: nam ἢ ρόδωνιά ut κερωνιά dicit. Vide infra lib. 2. cap. 2.

Libri 1. cap. 16.

Γοψυωρία. Varro rei rustic. lib. 1. cap. 7. Itaque Crete ad Cortyniam dicitur platanus esse, quæ folia hyeme non amittat. Itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una. Item Sybali qui nunc Thurij dicuntur, quercus similis esse natura, quæ est in oppidi conspectu. Item contra atque apud nos fieri ad Elephantinam, ut neque ficus, neque uites amittant folia.

folia. Lege etiam Plinium lib. 16. cap. 21. & lib. 12. cap. 1.

Μηλίας. Alij legunt rectè μελίαις, id est, fraxini. legit tamen Plinius lib. 16. cap. 24. μηλίας: sed cum uideret mali folia non esse oblonga, mucronata esse dixit, quod generalius est.

Πειονώδην. Plinius lib. 16. cap. habet, insecta pectinum modo piceæ, abietis: Theophrastus cum ait εὐχίσα, καὶ πειονώδην, duo diuersa una clausula complectitur: & exempla, suum cuique, accommodanda sunt subiectis. εὐχίσα, uel εὐθύχίσα, id est, rectis lineis secta & fissa.

Σμιλακος. Verto smilacis aspera, non autem ut eruditissimus medicus Matthiolus Senensis Dioscor. lib. 1. cap. 104. Smilacus (glandifera scilicet, & ilici similis) nam smilax arbor τὰ φύλλα ἐν ἀκρονθώδην ἔχει, sicut author est, idem Theophrastus lib. 3. cap. 16.

Κέδρη καὶ κεδρίας. Plinius legit ἀρχίας lib. 16. ca. 24. Pungētia, inquit, pino, piceæ, abietis, larici, cedro, aquifoliis.

Τὰ πλάφυλλα, τὰ ὀξύφυλλα, καὶ ἀπέρ. Legi potest τὰ πλάφυλλα ὀλιγόφυλλα. τὰ μὲν τεταγμένα &c. Nā Plinius li. 16. cap. 24. semperque, cata rariora, disposita &c.

Ἐπιφυλόκαρτος. lege Lexicon Crispini.

Libri 1. cap. 18.

Δέρματος uox hic latius sumitur: complectitur enim putamen, ut in nuce, corium in castanea, crustam in glande, corium & membranam, ut in punica: & hæc omnia uocat δερματικά: cōprehendit & τὰ ξυλώδην operimenta. Carnis uerò nomine, cutis quoque continetur, ut cute teguntur uæ: cute, & succo cerasi.

Ἐναγλειώσπερματος generis esse uidetur nucis moschatae (id est, καρύε μωρελίου, quæ & ἐνώδες κ' ἔρπον Aëtio) arbor. fert enim nuces in uasculis: quæ macis cortex cōuestit.

ἔχει

Ἐλεῖ τὸ ἁρκώδες. Falsa lectio, & uerbi ἔχεται, non intellecta eis, errandi etiam Gazæ uiro Græco occasionem præbuit: hic ἔχεται adherere significat: quod Plinius optime percepit: ita scribens lib. 15. cap. 28. Quædam adherent, ut oliuæ, lauris: superiusque posuit: Quædam statim à ligno recedunt, ut nuces, & palmæ.

Κέγγαμος Vide quæ adnotata sunt in Lexico Græco Crispini, in uerbo κέγγαμος.

Τὸ μὲν γάρ. Vinacæ, acinis punicæ, & ficus granis commune quòd carne, carnisque inuolucro contineantur. Proprium uerò, quòd uinacæ, & ficus frumentis, ut loquitur Plinius, una caro communis sit: Acinorum autem punicæ, sua cuique propria & peculiaris.

Ὅθεν ἄεικός. Fagea glans Plinio, quæ uulgò faine, id est, κάρυον φηγύον, & φηγός etiam Athen. triangulacite includitur. Quare cautius hoc sic extulit author libri περὶ φυτῶν, qui tribuitur Aristoteli: ἢ γὰρ πάντες οἱ καρπὶ γωνιάδες, ἢ δὲ πάντες ἀπὸ γλαμῆς ἰσθείας.

Libri 1. cap. 19.

Χυλός. ut in Lexico Græco Crispini extat, χυμός proprie sapor: χυλός uerò succus. At hic χυλόν pro utroque sumit. nunc pro succo: infra pro sapore: unde ἀχυλὰ uocat insipida. ubi infra de libris περὶ χυλῶν, id est, de succis: adidit enim & alios περὶ χυμῶν, ut tradit Diogenes Laertius in eius uita.

Πιττωδής hic ἀντὶ τῆς πίσσωδής, id est, resinaceus Plinio.

Εὐαδία hoc loco pro saporis suauitate, quæ ἰσχυρία: ipsiq; etiam ἰσχυρία. Sic quæ rectè sapiunt εὐαδία infra uocat: quibus ἀχυλὰ, id est, insipida opponit.

Libri 1. cap. 21.

Τὸ δὲ ἰασώδες. Iasionem Plinius etiam concilium uocat.
nihil

nihil aliud autem esse videtur quam Dioscoridis ἡ σμύλαξ λεία, smilax laevis, quae & ab ipso Plinio conuulvulus dicitur.

Libri 1. cap. 22.

Ἀνθήμερον rectè legitur: idèmq; quod ἀνθήμερον (quam herbam describit lib. 7. cap. 13.) siue ἀνθήμερις Dioscoridi, & Chamæmelon Plinio: corruptè Camomillam uocant.

Τὸν κλημάτων. Nota hic κλημά etiam dici de cucumere: siegella dicit Plinius: uiticulas Palladius ita in Martio: aliqui florem cucumeris cum uiticule suæ capite cannae inserunt.

Libri 1. cap. 23.

Μηδέαι. Plinius lib. 16. cap. 27. Biferæ & in malis ac piris quedâ, sicut & præcoces. Malus syluestris bifera, &c.

Κερατωνία est siliqua, siue siliqua Græca, siue siliqua dulcis, Plinius κερωνία uero siliqua Syriaca, quod hic ait Theophrastus σῦκα ἢ φέρη, non ex sua opinione, sed aliorum. uide lib. 4. cap. 2.

Libri 1. cap. 24.

Ἀιδῶσις hoc loco non simpliciter pro sensu, sed sensibus collecta notitia. His enim instrumentis præceptoris loco mens utitur, atque rerum cognitione instruitur: itaque pro consequenti ponitur antecedens ἢ ἡ αἰδῶσις ἀντιφρόσις ἢ ἀντιφροσύνη.

Πολυλέην (cui contrar. ἐλιγολέην) & uerbum πολυλεῖν, nomènque πολυλοία, de re dicuntur, quæ non unius modi, atque generis est, sed quæ ut multiplex, ac uaria latissime funditur, atque patet.

LIBRI SECYNDI CAP. I.

Γερέσις huiusmodi, semina uocat Varro lib. 1. de re rust. cap. 39. ubi ait: Quare cum semina ferè quatuor sint generū &c. De his modis prouentus arborum, lege Virgilium Georg. lib. 2. initio.

Ἀπὸ πα

Ἀπὸ ἀουλῶδός, id est, ex stolone, auulso cum sua perna: hoc & auulsionem dicere solet Plinius: quo genere culture carent quæ μονοφυῖ καὶ ἀπαράβλαστα, id est, unistripes, & quæ ab imis non repullulant: de quo Theophrastus de causis lib. 5. cap. 1.

Τὸ ξύλον καὶ τακτέντες ἐς μικρὰ, id est, ligno minutatim confecto, quod sic fieri dicit Plinius lib. 17. cap. 10. Confecto arboris trunco, Varro clauelas uocat, & taleas: & Columella taleolas. Palladius clauem, & taleam nonnihil distinguit in Martio cap. de Citro.

Τέχνη. Arborea (inquit Plinius lib. 17. cap. 10.) quæ cura hominum atque arte proueniunt. Idem lib. 17. sic exorsus est, Natura arborum, terra, marique, sponte sua prouentium dicta est. Restat earum quæ arte & humanis ingeniis fiunt uerius quàm nascuntur.

Τὸ ἐνδεχόμενον contingens uocant, τὰ ἀδυνατόν. Quintil. possibile. Quomodo inter se differant, lege apud Plutarchum libello ἐν ἐμαρμένῳ. Vult autem quod accidat nonnunquam ut fieri posse iudicetur. Nam cum Contingens impossibili & necessario opponatur, si tamen ponatur seu fiat, licet necessarium non sit, nihil sequitur impossibile, ut ait Aristoteles lib. 1. Priorum ἀναλυσίῳ.

Ἐκ τῆς ἀραράς. Hæc uocem inuenies expositâ in Græco Lexico Crispini.

Ὑπόρριζον. Plinius libro 17. cap. 10. Auulsique arboribus stolones uixere. Quo in genere & cum perna sua auelluntur, partemque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. legendum fibrato.

Libri 2. cap. 2.

Φύεται δὲ τῆς ἑξ ἡλάματος. Harundo seritur bulbo radicis, qui & oculus dicitur: item transfersa toto prostrato corpore,

pore, quin & calami talea. Lege Columellā lib. 4. ca. 32. Plinij lib. 17. cap. 20.

Ῥαδὸν. Videtur legendum Ῥύων propter hæc uerba Plinij lib. 17. cap. 10. Nam folia palmarū apud Babylonios feri, atque ita arborem prouenire, Trogum credidisse demoror; sed idem etiam lib. 13. cap. 4. de palmis ait, & ab radice auulſe uitalis eſt ſatus, & ramorum tenerrimis: ubi & trunco feri docet, ſicut & Conſtantineſis Ceſar γερονικῶν libro 10. ait, ὅτι ἡ φοινῆ δὲ ἀπὸ Ῥαδῶν φυτεύεται, quæ μοχύματα uocat. Lege de cauſis libr. 1. cap. 2.

Libri 2. cap. 3.

Ὁμοίαν ποιῆν. Nota improprie hominibus tribui, quod nature proprium eſt. Plinius eleganter dixit, tranſlatam plantarum naſci noluiſſe.

Φεροποιός, ſiue φεροφόρος, ut lib. 1. de cauſis. cap. 9. dicitur piceæ ſpecies, quæ minimos fert nucleos: nam & φείρις uocatur τὰ μικρὰ τροβύλια, & Buſtathius in Homerum adnotauit. Itaque Plinius lib. 16. cap. 10. de nucleis loquens ait: Piceæ uerò totis panniculis, minoribus, gracilibusque minimos, ac nigros. Propter quod Græci pchiorophoron eam appellant.

Μεταίνους, quaſi trāſmotio. ut diſtinguatur à μεταβολῆ, quæ plus eſt quam κίνους. Dicitur uerò ut μεταλλάξις, id eſt, tranſmutatio. Quintiliano.

Libri 2. cap. 4.

Ἐκ τῶν ὀπίθεν τῶν Ῥφῶν legend. ex lib. 5. cap. 3. de cauſis. id eſt, à tergo foliorum, ſiue ſub foliis, quod idem ualet. Lege Plin. lib. 16. cap. 26.

Καὶ ἀμπελος. Quod hic uidetur de uite aſſerere, negat de cauſis lib. 5. cap. 3. initio. Confer Plinium lib. 17. cap. 25. ubi ἕρπον per ficus male expoſuit.

Libri 2. cap. 5.

Eis $\mu\lambda\iota\theta\lambda\omega$ siue $\iota\sigma\epsilon\ \mu\lambda\iota\theta\alpha\upsilon$, ut infra de Causis. li. 2. cap. 8. ubi & hoc confirmatur, & cap. 21. Item histor. lib. 6. cap. 7. ubi & $\mu\lambda\iota\theta\theta\omicron\varsigma$ uocatur. Quare ita mendosè legitur apud Plinium lib. 19. cap. 10. Namque & ocymum senecta degenarat in serpyllum, & sisymbrium in calamintham. legèdum enim mentham.

$\Pi\eta\pi\omega\sigma\iota\varsigma$, & $\alpha\phi\alpha\iota\pi\epsilon\sigma\iota\varsigma$ hoc loco sic differunt, ut $\pi\eta\pi\omega\sigma\iota\varsigma$ nature uitium sit, ob partis priuationem, atque absentiam: $\alpha\phi\alpha\iota\pi\epsilon\sigma\iota\varsigma$ uerò sit ab externa iniuria partis detractio, atque amissio, quæ & detruncatio à Plinio uocatur.

$\Delta\omicron\zeta\epsilon\iota\upsilon$, nempe $\tau\omicron\delta\delta\prime\ \alpha\iota\tau\iota\alpha\delta\zeta$, quod supplendum est: alius tamen fortasse legat, $\alpha\iota\tau\omicron\tau\omicron\upsilon\ \delta\iota\prime\ \alpha\upsilon$, uidelicet plantas sic mutari, uel senectutem commune uitium esse.

Libri 2. cap. 6.

$\upsilon\delta\pi\omicron\upsilon\ \epsilon\pi\iota\tau\epsilon\gamma\epsilon\iota$. legendum $\upsilon\delta\pi\omicron\varsigma\ \epsilon\pi\prime\ \epsilon\chi\iota\upsilon$, ut apud Constantinum Cæsarem $\gamma\epsilon\omega\pi\omicron\upsilon\iota\kappa\omicron\delta\upsilon$ lib. 1. cap. 15. $\upsilon\delta\pi\omicron\varsigma$ uerò dicitur à Cicerone natrix, & hydrus à Plinio.

$\Lambda\iota\beta\alpha\delta\omega\upsilon$. Hæc uox potius poetica, ut latinè latex, latè patet magisquè quàm $\upsilon\delta\omega\pi$. In aquis itaque malui uertere, quàm in stagnis. hydri enim non in solis stagnis reperiuntur.

$\chi\pi\upsilon\alpha\lambda\iota\varsigma$. Lege Aristot. histor. lib. 9. pag. 279. Ait uerò Plinius lib. 11. cap. 32. de hoc insecto loquens, inde porrigitur uermiculus paruus, & triduo mox eruca: quæ adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantum mouetur aranei. Hæc eruca quam chrysalidem appellant, rupto deinde cortice uolat papilio. Idem cap. 36. inquit, ex quodam tinearum genere etiam fieri chrysalidem. Lege ipsam Theophr. de Causis. lib. 5. cap. 8.

$\epsilon\zeta\ \omicron\mu\epsilon\iota\alpha\varsigma$. Hunc locum etiam attigit Plinius lib. 17. cap. 11. ubi ait, Ante omnia igitur in similem transferri terram,
aut

aut meliorem oportet. Sic uero Cato de re rustica, cap. 46.

Et quam simillimum genus terrae ea, ubi semina positurus eris.
 Quod praecipit Virgil. Georg. 2. eleganter expressit,

At si quos haud ulla ueros uigilantia fugit:

Ante locum similem exquirunt, ubi prima paritur

Arboribus seges, &c.

Lege etiam quae scribit

Constantinus Caesar *γλωσσῶν* lib. 2. cap. pen. Dixit etiam ipse Theophrastus de Causis libro 3. cap. 6. plantas ἐξ ἰμοίας γῆς, ἐν ᾗ μὴ μὴ χεῖρονος ἀμῆανεν, quo loco, hic de prauius corrigitur.

Πυρὸς πορὸς εἶν. Legendum *γῆς πορὸς εἶν* id est, serobes praefodere: ut ex hoc loco uertit Plinius libro 17. cap. 11. Lege etiam Theophrasti. libro 3. de causis. c. 5. & 18.

Τετὼν ἡμῖν ὁδίων. De serobium altitudine consule Plin. lib. 17. cap. 11. ubi ait ex Graecorum auctoritate non altiores quino semipede esse debere: nusquam uero sesquipede minorcs &c.

Πύον μεμεχθουμένην. Pinus uetibus labefactata, ut loquitur Cicero, uel eruta, & exempta. Nam & arbores in translatione ex seminariis ita educere praecipiant, ut exemptas radices esse, non auulsas appareat. Lege Plinium libro 17. cap. 11.

Ὅτι ἐμβάλλειν. Ex hoc loco dixit Plinius libro 17. cap. 11. Radices inflexas poni melius. Notandumque inflexas non dixisse. Nam ἀδάμπτos πίζας esse uult. Infra δὲ *ἔκ τινος* intellige *αὐθαμῖν* post secundum *ἐπολάειν*.

Τίβηται. Hoc praecipit de situ atque positione arbuscularum quae transferuntur ex seminario, ita expressit Virgilius Georgic. 2.

Quinetiam caeli regionem in cortice signant:

Ut quo quaeque modo steterit, qua parte calores

Z

Austrinos tulerit, qua terga obuerterit axi,

Restituant.

Ex quo dixisse uidetur Co-

lumella lib. 3. cap. ult. Quinetiam quam caeli partem spectat genus quodque uineti plurimum refert: neque enim omni calido statu, nec rursus frigido letatur, sed est proprietas in furculis, ut alij meridiano axe conualescant, quia rigore uitiuntur: alij Septentrionem desiderent, quia contriscentur aestu: quidam temperamento letentur orientis, uel occidentis, &c. Idem libro de Arbo. cap. 20. Priusquam arbusculas transferas, rubrica, uel alia qualibet re signato, ut iisdem uentis, quibus antè steterunt restituas eas. Et Palladius in Februario cap. 19. Plantas, inquit, similiter notabimus, ut ipsis quibus steterant cardinibus opponamus. Quare, ut apparet, Plinium ita scribentem lib. 17. cap. 11. Catonis auctoritati, & diligentiae nimium tribuisse, atque fidsissime iudicandum. Non omisset idem, inquit, si attineret meridianam caeli partem signare in cortice, ut translata in iisdem & assuetis statueretur oris, &c. Constantinus Caesar etiam ἀπὸ μὲν τῆς φύσεως loquens, id est de translatione arborum ex seminariis, inquit lib. 60. Δεῖ δὲ ἐν τῷ φερέσειν τὸ δένδρον, φυλάττειν πρὸς ἀνατολὴν καὶ δύσιν ἀρχαίων ὄψιμα. Lege etiamque scribit ipse Theophrastus de Causis lib. 3. cap. 6.

Προμογεύειν, proprie est ex pullis siue stolonibus propagare. Vocantur autè stolones μογεύματα, ἀποβλάσται, αὐτὸς μολῆς, ἀποφυδάες, καὶ νεβροδέες. Propagatio, inquit Cato cap. 51. pomorum, aliarumque arborum. Ab arbore abs terra pulli, qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque. Primorem partem, uti radicem capiat: inde bennio post effodito seritoque. Et Plinius lib. 17. cap. 10. Natura, inquit, & plantaria demonstrari multarum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre, quas enecet. & infrà,

infra, Nullis uero tales pulli proueniunt: nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Vbi est stolonum genus aliud ostendit, non ab radice matricis, sed a corpore, quod παρασάδας. Græcis ab auulsione dicitur. Ait enim, Et aliud genus simile natura demonstrauit, auulsiq; arboribus stolones uixere. Quo in genere & cum perna sua auelluntur, id est ἐπιπρόσθηται, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum. fimbriato (legendū fibrato) corpore. Capiteque 13. inquit, omnia uero ceteris adolescunt stolonibus ablatis, unamque in stirpem redactis alimētis, ubi & propaginis duas rationes docet. Suprà diximus quid proprie differrent παρασάδας καὶ μοχέματα. Scripsit ita tamen Constantinus Cæsar Geoponicon lib. 10. que primum conducunt ad huius loci intelligentiam, παρασάδες ἢτοι μοχέματα καλεῖται, ὅλα ἀποσπίνονται τοῖς θένδοροι, καὶ ἐξ αὐτῶν ὑποσπίνονται καὶ φανερὰ μέρος ἔρριζος. Διὲς ὅ καὶ τὰ παρασάδας καὶ τὰ μοχέματα μεταφύσσονται. Nota uero quod infra scribit, τὰ δὲ τοῦ κλάδου ὅ καὶ παρασάδα μόνον φυτεύονται (ἀδύνατον ὅ καὶ παρασάδων, ἀλλὰ τὸ μὲν παραβάλλειν ἐκ τῶν ῥιζῶν μοχέματα) ἐστὶ ταῦτα, ἀμπερος, ἴτιάς &c. Que sententia est etiam ipsius Theophrasti de Causis lib. 5. cap. 1. ubi ait, ἀμπελον καὶ ἴτιαν βλαστῆσαι μόνον ἀπὸ τῶν ἄκρων. Fanteor tamen etiam stolones uitem emittere, sed inutiles propagini. Itaque ait Columella de uite lib. 4. cap. 24. & si soboles, quam rustici suffraginem uocant, radicibus adhaeret, diligenter explantanda, seroq; alleuanda, &c. ubi & sobolem repullescentem uocat. Idemque Constantinus de uitam translatione loquens, dixit, καὶ ἐν νεοπιδες ἔσεν ἐκφύττες, καὶ τῆς καθαίρειν καὶ. Idem Theophrastus ait lib. de Causis 3. cap. 6. Διὰ τὸ τοῦ ὄντι τῶν θένδορων ἐντο

μοῦ εὐνοῖν. ὅτι ὁ φρασεῖσι τῶν θαλασσιανῶν κλάδων, ὅπως
μὴ ἐξαπαλώσῃ τὴν δύ' αμιν ἐς τὴν βλάστησιν. Quibus
hic locus difficilis maxime illustratur.

Κλάδων. Ex cap. 1. huius lib. & ex hoc loco dixit Plinius lib. 17. cap. 17. Ficus omnibus aliis modis nascens, præterquam talca; optime quidem, si uasliore ramo pali modo exacuto adigatur altè, exiguo super terram relicto capite, eoq; ipso harena cooperto.

ἐν σκυλλῇ. Apud Athenæum libro 3. corruptè quod ἐν σκυλλῇ. Emendatius uerò quod libro 2. καὶ ἐμβλάσας γίνεται. Ait enim & ipse Theophrastus lib. de causis 3. cap. 7. ὁ δὲ ἐν χίμφ. (Sic enim scribendum, ut & cap. 11. ἐν χίμφ δὲ φυτεύματα, πάλιν ἢ τὸν σκυλλικὸν βλάσας. Dioscor. σκυλλικὸν ἰocat, Pliniusque squillam paruiam) φυτεύσιν, ἢ σκυλλῇ, - ἀντὶ δὲ ἐλάϊας ἐνεκα τῆς ἐστέρφιας φυτεύσιν. Palladius in Martio cap. de ficu, sic dixit, Aliqui multum prodesse confirmant, si plantam fici diuiso squilla bulbo intersitam, strictamq; uinculis collocamus. Plinius lib. 17. ca. 11. Ficus si scylla (bulborum hoc genus est) feratur, ociosissime ferre traditur pomum, neque uermiculatiōni obnoxium. Constantinus Cæsar lib. 10. de Agricultura. τὰ σὺν σκυλλικῆς ἢ φοῖβῆς, ἐὰν μὲν ὅν ἐν εὐνοῖν, ἐμπέξῃς σκυλλῶν τῶν κλάδων. Suprà etià sic scripserat, ἐν δὲ τις αὐτοῖσι σκυλλῆς κατὰ τὴν ἐν εὐνοῖν, καὶ τὴν σκυλλῶν ἐμβλάσας φυτεύσιν. Κάτω σκυλλικῶν. Plinius lib. 17. cap. 17. de taleis. Nèue tenuiores quam ut manum impleant, ne minores pedibus, ut ihibato cortice, atque ut sectura inferior ponatur semper, & quod erit ab radice. Palladius in Martio cap. 10. Curandum ne uirgula inuersa deponas. Alioquin, ut etià dixit Plinius ibid. c. 10. inseruntur & inuersi surculi, quò id agitur, ut minor altitudo in lititu linè se fundat.

Βλασος

βλαστὰς τῆς γῆς. Plinius lib. 7. cap. 17. Accumuleturque
germinatio terræ donec robur planta capiat.

ὄξυς, uel ut apud Homer. Odyf. lib. 4. ὄξυς, ὄξυς est
pyrus agrestis translata, quæ ante translationem ἀγρῆς,
id est, Dioscoridi, ἀγρῆς ἀγρῆς, pyrus sylvestris, siue syl-
uatica Varroni. De interuallis pyrorum, lege Pallad. libro 2. c.
ubi, Spatia inter pyros triginta pedum mensura discernat. in
generèque de interuallis arborum, apud Columellam lib. de
arbor. cap. 14. & Theophrastus de causis. lib. 3. cap. 8.

ὄξυς ἀγρῆς. Hæc ut supposititia delenda
sunt. Omisit etiam Plinius qui hunc locum ita uertit lib. 17.
c. 12. Quidam punicas, & myrtos, & lauros densiores seri
iussunt, in pedibus tamen nouenis. Malos amplius paulò,
uel magis etiam pyros, magisq; amygdalas, & ficus &c.

ὄξυς ἀγρῆς. omnino legendum ὄξυς ἀγρῆς, ut & de Cau-
sis scribitur lib. 3. ca. 8. ubi tota hæc reperitur sententia.
Hinc etiam transit Plinius, cum di. it lib. 17. ca. 12. iam per
se colles minora quærint interualla, &c.

ὄξυς ἀγρῆς. Genera autem uitium infinita esse,
quod & uinis probatur, satis præter Virgil. in Georg. osten-
dit Plinius lib. 14. ca. 2. & 3.

Libri 2. cap. 8.

Φυτίουος. Hunc locum ita uertit Plinius lib. 13. cap. 4.
Scribitur autem prouum, & bina iuxta composita semina, su-
perque totidem, quoniam infirma singulis planta est. Qua-
terna coalescunt. Loquitur autem de palmule nucleo: de
quo antè dixerat, postea lignum intus, hoc est semen eius.
Est autem oblongum, non ut oliuis orbiculatum. Præterea
cæsum à dorso puluinata fissura, & in aluo media plerisq;
umbilicatum, unde primum spargitur radix. In quibus mi-
rum, cur & εὐκρινος, εὐκρινος, quod constat ofsiculum esse.

sive cornæ substantia, lignum esse dixerit. Nam disertè Theophrastus histor. libro 1. cap. 18. de hoc loquens ait, εἰδὲ τὸ κοιλώτερον ἐξ ἧ τὸ ἐδμεῖον. (At in presenti ca-
 pite reposuerunt ex uersione Gaze, κοίλων: male. Legen-
 dum enim κοιλῶς, nisi per κοιλῶν intelligas cum Plinio
 dorsum puluinata fissura que ὄψια pars Theophr. κοιλῶν
 uero in qua umbilicus) ἀλλ' ὄλον ἐξ ὅσ. Itaque hos nu-
 cleos, etiam ὅσα τῶ κοιλῶν uocauit Leontinus libro 10.
 Geoponicon. Sed idem Plinius in eodem cap. de palmis, in-
 quit, Fructiferarum aliis breuius lignum in pomo, aliis lon-
 gius: his mollius; illis durius: quibusdam ossium, lumarumque.
 Sed expediendus est nodus. Cum lignum uocat Plinius, uide-
 tur Cuci inter palmæ genera compreendisse. Vide que in
 Greco lexico scripsimus, in uoce κωνόρον. Illud autem
 nascendi principium in palmæ nucleis, quod in fabis hilum,
 & in colocasia κωνόν σπιραμμένον dixit Theophras-
 tus, ut & adnotauimus in uoce κιδός, id est quod umbi-
 licatum esse dixit ipse Plinius, quod rectè oscillum, & um-
 bilicam possis appellare. Nam idem, Condi lupinos, inquit,
 ἐν σῆσοις maxime cōκύνει: quoniam in humido uermiculi um-
 bilicum eius in sterilitatem castrant. Columella libro 2. cap.
 10. Si humor inuasit, uermes gignit: qui simul atque oscilla
 lupinorum ederunt, reliqua pars nasci non potest. Apud
 Constantinum Cesarem γεωπονικῶν lib. 10. de situ palma-
 rum, sic lego, ἢ ἀ μίσω τῶ κοιλῶν τῶ βλάστη τῶ κοιλῶν
 κωνοίαν: ὅπως τὸν γὰρ τὸ δὲ ἐξ ὅσος ἀναβλάσκει, ἐπι-
 κωνοίαν, &c.
 ἢ δὲ ἀπ' αὐτῶν. Leg. ἢ δὲ ἀπ' αὐτῶν, nempe ἐπιλέγει
 ἰσότητά. Quod & Plinius ita uertit lib. 13. ca. 4. Seruntur au-
 tem palmæ & trimco duorum cubitorum longitudine, ἀ τε-
 τρεῖο ἴψο ἄρβωρος ἰριδὸς ἰσῶν διῶντο, ἀ τε ἰσῶν
 Τὸ ὕψος.

Τὸ ὕγρον. Sic uocat spiritus partem, in qua relictus humor, siue succus, quem salinam Latini uocant (nosq; uulgo Seue) quia lentor saluarius, presertim corticis quarundam, ut ulnis est salinosus humor, teste Plinio lib. 16. cap. 38. ubi, Humor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus &c.

Κατὰ τὸ. Lege πρὸ τῆς. Plinius lib. 13. cap. 4. Gaudet & riguis, totoque anno bibere cum amet, anno sitiendi. A fimo quidam etiam ledi putant: & Assyriorum pars aliqua si non riuis misceatur.

Ἀπάρτωται. Legendum ἀπάρτωται. Hunc locum sic transtulit Plinius libro 13. cap. 4. Ergo plantaria instituant, ammiculasque transferunt, & iterum bimas. Gaudent enim mutatione sedis, uerna alibi, in Assyria autem circa canis ortum. Nec ferro attingunt ibi nouellas, sed religant comas, ut in altitudinem excant. Robustas deputant crassitudinis gratia, semipedales ramorum relinquentes truncos, &c.

Γενήματα. Plinius ibid. Genera earum multa: sterilibus ad materias, operumque lautiora utitur Assyria &c.

Στάβλω. Dixit supra Theophrastus libro 1. c. p. 21. τὸ σταβλὸν τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἀνθῆς, τὸ δὲ θῆλυ καὶ ἀνθῆς, ἀλλ' οὐδὲ ἀποφαίνει τὸ καρπὸν. Et Plinius lib. 13. cap. 4. Mas in palmitate floret, foemina citra florem germinat. ubi σταβλὸν uertit palmitem: dixitq; ibid. Pomum est non inter folia, ut in caeteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum. & libro 16. ca. 26. ait, Palma, ut dictum est in Spalthis, habet fructum racemis propendentem. Vide tamen quid proprie σταβλὸν, quod adnotatum est in Graeco Lexico Crispini.

Σαχάρων. Legendum σαχάρων. Plinius lib. 13. cap. 4. Sicciores in hoc genere nicolai, sed amplitudinis praecipue,

ANNOTATIONES

quaternis cubitorum longitudinem efficiunt. *Muz. d.c.*
Tales margarides, sine potius margaritides. Ea breues, in-
quit Plinius, candidae, rotundae, acinis, quam balanis similio-
res: Quare & nomen à margaritis accepere.

Βασιλ. Legendum βασις, cuius meminit Plutarchus de
fortuna Alexandri. Plinius etiam ex hoc loco ita dixit li-
bro 13. cap. 4. de palmis. Clarissima omnium quas regias
appellauere ab honore; quoniam regibus tantum Persiis ser-
uabantur, Babylone natae uno in horto Bagon, &c.

Εν αὐτῷ. Plinius ibid. Caro maturescit anno. Quibus-
dam tamen in locis, ut in Cypro, quanquam ad maturita-
tem non perueniat, grato sapore dulcis est, &c.

Οὐδ' μεγάλαι αἰ μακροὶ μόνον, ἀλλὰ βραχεῖς, ἔτι. &c.
Sic enim restituo. Sunt enim & palmae procerae, sicut praeci-
pue syluestres: sunt & humiles fruticem non excedentes, ta-
les chamæropes Plinio.

Καρποφόρος. Plinius libro 13. cap. 4. Ferunt statim in
trimatu. In Cypro uero, Syria, Aegypto, quadrimae aliae,
aliae quinquennes, altitudine hominis. *ἔτι ποτ' αἰ τὶ ἄλλοι.*
Hoc genus cum priore non recte in unum conflauit Plinius
ibidem. Nam post illa quae supra adscripsi in annotatione
Εν αὐτῷ, attexuit atque assuit ista, & folium ibi latius,
fructusque reliquis rotundior, nec ut deuoretur corpus, ue-
riam ut exuat, succo modo expresso. Et forte scripsit
Plinius iniucundior, non uero rotundior.

Κύμας. Plinius lib. 13. ca. 4. In ipsa quidem Aethiopia
friatur haec (tanta est siccitas) & farinae modo spissatur in
panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio
latiore, pomo rotundo, sed maiore quam mali amplitudine.
Cycas uocant, triennio maturescunt, semperque frutici po-
mum esse subnascente alio.

Κακίπ

Κακαίσιφικ. Plinius etiam ex hoc loco ibidem sic scripsit, Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant, exemptaq; uiuunt, quod non alia. Vocantur autem chameropes, folio latiore ac molli, ad nitilia utilissimo. Copiosa in Creta, sed magis in Sicilia. Dixeratq; prius, Sunt & cædua palmarum quoque syluæ, germinantes rursus ab radice succisa.

Καὶ ἄλλοι τῶν ἀληθέτων. & infra ἀβατέρων. corrige, ἢ καβατέρων ἢ κ. μ. τῶν. & ἐβατέρων. Non est autem hic τὰ ἀνάπαλι εὐτεύειν, inuerso surculo, siue inuersa uirgula serere, de quo supra cap. 7. in adnotatione Κίττα τῆς ποικίλης. Sed cum Philosophus supra sermonem instituisse de arbuscularum translatione, & positione, inuenerit de palmis historia, rursus ad propositum de situ reuertitur. Quod etiam testatur Plinius libro 17. cap. 11. ubi de situ plantarum quæ transferuntur tractans, sic ait de Theophrasti sententia, quod e diuerso affectant etiam quidam in uite, ficoque permutantes in contrarium. Densiores enim folio ita fieri, magisq; protegere fructum, & minus amittere, ficumque sic etiam scansilem fieri. Alioqui τὰ ἀνάπαλι εὐτεύειν, est etiam (ut dictum supra) inuerso surculo, siue inuersa uirgula serere: ut infra de Causis lib. 2. cap. 11. de punica, Οἱ δὲ καὶ ἀνάπαλι κελύουσι εὐτεύειν τὰς ῥαδύδας, τὰς χαλκίνας, ὅπως αὐτὰ κατὰ τὴν εὐτεύειν. Et prohibet tamen Palladius in Martio cap. 90. ne punicas uirgula inuersa deponamus. Punica uero scio καὶ ἀνάπαλι εὐτεύειν εἶναι ἄριστὸν τὸ μὴ χαίρειν, in Geoponicis.

Psad. Vide quæ obseruata sunt in Lexico Crispini in uerbis κρεῖσσιναι, & παραῖσι. Κοτίνας, Γαζα κωτίνας. sed legendum contendo κλίνας. Sic enim uitis capreolos translate uocauit, qui ἔλινας, id est Cicroni clauicula, qui-

bus vitis quasi manibus utitur : uel ut, dixit Plinius in proo. lib. 24. Clauicula quibus repunt uites. Similes sunt cirris polyporum (quos & licem pampinos appellauit) siue cincinnis puellarum, qui βόσπορος, siue βόσπορος. Ideoque dicebat Varro lib. 1. de re Rustic. ca. 31. Ex altera parte caprea dicta quod parit capreolum. Is est coliculus vitis intortus ut cincinnus. Itaque nil mirū si uinivros τὸν ἀμῖνον Philosophus appellarit μετὰ ποσειδάωνος.

Τὸ κ. π. τ. ο. Repono τὸ ἀμῖνον, ut de decacuminatione intelligas. Hoc etiam genus culture ficis adhibet Columella ait enim lib. de Arboribus, ca. 21. Nonnunquam etiam cum frondere coeperint arbores, cacumina ficis acutissimo feramento summa amputare prodest. Sic firmiores arbores, & feraciores sunt. Quem subsequitur Plinius lib. 17. cap. 27. inquit de ficis, Eadem cum frondere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores, feracioresque fiunt. Lege & ipsum Theophrastum de Causis lib. 5. ca. 12. ubi : κατὰ τὸν, & ἐν τῷ τῶν δυνάμειν τῶν ἀποστρέφειν τὸ δένδρον, & ἰσχυρὸν. ἢ τὸ ἡδὲ αἰετὸν ἔχει τὸ σπυρὶν, ἢ τὸν ἀρχηταὶ βλαστάνει. &c. Est uero 10. γένος τοῦ κεφάλου τὸ σπυρὶν μὴ δὲ καλλεῖν ἢ καρπὸν.

Σκαπάνη, fossio quidem est, & proprie in arboribus ablaqueatio uocatur. circumsossuram etiam dixit Plinius lib. 17. cap. 26. ubi & hunc locum Theophrasti imitatione adumbravit. Ex his, inquit, quaedam sunt communia omnium, quaedam propria quarundam. Communia ablaqueatio, & cetera de quibus etiam ipse agit Philosophus de Causis. lib. 3. cap. 2. & lib. 5. ca. 12.

Τὸ μὲν φιδουρα. Plinius sumpsit etiam ex hoc locum ita scribens lib. 17. ca. 26. Arborum iis alie magis, alie minus gaudent: ueluti cupressus & aquam aspernatur, & similia, & circum

et circumfossiarum, amputationemque, et omnia remedia odit: quin etiam necatur. Riguis et uites, et punice præcipue aluntur. Ficus arbor ipsa riguis alitur, pomum uero eius marcescit.

Αναθηροειδαι. Plinius hinc transcripsit ita prodens lib. 17. ca. 26. Plurima autem amputari sibi uolunt onerosa, ac superuacua, sicut nos ungues et capillum. Reciduntur ueteres totæ, ac rursus à stolone aliquo resurgunt, &c.

Παλιν γινώσκοντες ἰαχρῶς &c. Dubium an hæc aliorum sententia, de materia in opere, an de uita ipsarum arborum intelligi debeat. Ego de uita, hic utrumque puto accipi oportere, ut sit μακροβιωτικὴ ἡ ἰαχρῶς. Horum tamen quouis modo accipias, pars altera tantum uera est. Nam firmissima ad uiuendum olea, teste Theophrasto histor. lib. 4. ca. 15. et Plinio lib. 16. ca. ult. Materies maxime durabilis, non firmissima tamen. Nam ut idem ait Plinius lib. 16. 41. Robur, olea incuruantur ceduntque ponderi. Myrtus autem citò occidit. Idem Plinius libro 17. ca. 13. Lignum dittem et infirmum per se ineptumque edificis. Ego interpretatione ambiguitatem sustuli.

Συμματῆς κοπρῆς, de quo et lib. 7. cap. 5. id est, fœces ex uiarum uel cortis colluue, de purgamentorum que conuerri solent congestitia materia. Vide Columellam li. 2. ca. 15. in eo loco, qui non solum ea purgamenta que ipsi corporibus edunt, sed et que colluues cortis et edificis &c.

Οκαλοῖς. Legendum οκαλοῖς, uel οκαλοῖς, ut infra libro 4. ca. 14. que et ab ipso οκαλοῖς uocatur lib. 3. ca. 25. de Causis plantarum, atque ab aliis οκαλοῖς, et οκαλοῖς, id est sarritio Varroni, siue sarritura Columellæ, et sartura atque sarculatio Plinio. Et αἰῶτι supra corrupto pro αἰῶται.

ὑποκονίσσι. Lege adnotat. in Lexico Græcolat. Crispini. in uoce ὑποκονίσσις.

Ἐάν δέ. Apud Constantinum Casarem similis cultura in sterilibus nitibus. lib. 5. cap. 6. Φορὰν ἀμυγδάλων, ubi tamen corruptè scriptum διαφορὰν τὸ φρέμιον, inquit, ἔχειν σμίλην ἢ τερήτρα καλλιον ἢ σφαιρὶ δρυϊνω, ἢ λίθον ἰμβραλεῖ ἐς τὴν ἄσιν. ὡς τε ἀποσίγει ἐπ' ἀλλήλων. Ἐφρέμινε τὰ μέρη, &c. Plinius lib. 17. cap. 27. Pomiferis quæ germinant, nec ferunt fructum, fissa radice inditur lapis, fertilisq; fiunt. Columella Amygd. Le parum feraci, forata a labore lapidem adlici præcipit, qui in librum arboris sinatur inolescere.

Τίφραν φειπλάτῃσι, ἢ κατὰ ἄσιν. Repono φειπλάτῃσι ἢ κατὰ ἄσιν, id est κατὰ ἄσιν. Dixi q; Plin. lib. 17. c. 27. Etiam radices circumcidisse prod. si nitium luxurantium siccorumq; & circumcisis cinerem addidisse. Ἀμυγδαλῶν. Plinius ibid. Hoc idem & Amygdalis, è robore cuneo adacto. In pyris sorbisq; è tæδα, ac cinere & terra cooperto. Vbi sorba addidit de suo, sumpta, credo, occasione, ex eo quod ait Theophrastus καὶ ἐν ἄλλων: (Sic enim emendo pro ἐπ' ἄλλων) uel potius ut infra dicitur in Adnot. καὶ ν.

Γαῖαν. Substituto ὄαν, sine ὄαν: sic enim sorbus utroque modo. Atque ita legendū docent uerba Plinij supra ascripta in Adnot. τίφραν.

Εἰσπέτῃεν. Repono ἐκπέτῃεν.

Ἀμυγδαλῶν δέ. Ex quo loco Plinius lib. 17. cap. 27. Amygd. le ex amaris dulces fiunt, si circumfisso stipite, & ab ima parte circumforato defluens pituita absiergeatur. Sic & Constantinus Casar γεωπονικῶν lib. 10. de Amygdalis, γλυκείαν ἢ ἐκ τῆς κερῆς, ἢ ἐκ τῆς πύλας τὸ φρέμιον ἐπὶ ταλαίς ἢ ἐν τετραγώνῳ, τὸ δάκρυον ἐκδέξῃ, &c.

Libri

Libri 2 cap. 9.

Hæc & de Causis li. 2. c. 11. & τοὺς ἄλλοις Plin. lib. 16. c. 26.
Perdunt facillime (fructum) ante maturitatem, palma, ficus,
amygdala, malus, pyrus, &c.

Σήτες. Repono ψήτες, ut infra, & lib. 2. de Causis cap.
12. Apud Arriocel. h. i. or. Animal. lib. 5. cap. 32. Ψήτες etiã
corrupte scriptũ pro Ψήτες, idest, ficarios culices, ut Plinius
dixit lib. 11. cap. 35. Ficarios culices caprificus generat. Alii
bi culices simpliciter uocat.

Παίνυσι. Emendo παίνυσι. quod per διόγωσι pro=
tulit lib. 2. de Causis cap. 12. ubi οἱ Ψήτες οἱ ἐν τῷ ἐρειῶν
τῷ ὀπικρεμανομένων γινόμενοι, διόγωσι τὰ ἐπὶ τῷ σικκῆ.
& supra ubi ἐκεί, restitui σικκῆ.

Κατὰ βορείους, καὶ λεπτογύεις. Vbi non διαβάλλουσι uerba
bum intelligendum, sed quod proximum ἐρειῶσι repetendũ.
Confer cum iis quæ scribit lib. 2. de Causis cap. 12. in eo loco,
εὐλογως ὃ, καὶ ἐν ταῖς λεπτογύεις καὶ κατὰ ὄρεις ἐκ ἐπι=
ζητῶσι τον ἐρειῶσμον, &c. Vbi intelligitur Dat. χωραῖς:
hic uerò χωραῖς, uel τόποις.

Τεχνοτέρα, καὶ πλείων. Mendose pro πυνότερα καὶ
πλείων. Vbi intellige τὰ ἐρειῶσι. Lege quæ scribit de Causis
lib. 2. c. 12. in eo loco, ἀεὶ πον δι' ἀν' διόξειεν, ὅτι βορείους
ἀπεβάλλουσι μάλλον, ἢ νοτίους, ἑπιοτέρων ὄντων. αἴτιον ὃ
ὅτι πυνόμενα μάλλον τὰ ἐρειῶσι καὶ διεκπνέιν, &c.

Οἱ Ψήτες. Plinius lib. 17. cap. 27. Nam caprificatione
maturata, in ea culices nasci e grossis manifestum est: quo=
niam cum euoluere, non inueniuntur intus grana, quæ in
eos uersa apparet. Exeundi tanta est auiditas, ut plerique
aut pede relicto, aut penna, pariter erumpant. Est & aliud
genus culicum, quos uocant centrinas fucis apum similes igna=
nia maliciaq; cum pernicie uerorum & utilium. Interimunt

enim

enim illos, atque ipsi moriuntur. ἄρα Ἰνῶν palmarum Herodotus Κλίμα, εἰς ἃ, δὲ σφι φόνιες περικύβητες ἀνὰ πᾶσαν ἀσπίον, οἱ φλεῦνες αὐτίων, καρποὶ ἐρπύ. ἐν τῷ κ. σιτία, καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιοῦνται, τὴν σικεῖαν ἀγάπην θεραπείαισι. τὰ τε ἄλλα, καὶ φοινίκων τὴν ἐρασίαν ἐλλείπει καλέουσι, τῆτον τὴν καρπὸν ἀπιδέου π. τῆσι βαλάνοφοισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαιηται σφι ὁ ἴσος τὴν βάλανον ἐσδύων, καὶ μὴ δότω ἴσος καρπὸς ὅτι φοινίκος, ἴσος γὰρ δὴ φέρουσιν ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἐρασις, καθὼς περ δὴ οἱ ὀλιωῖται. Lege etiam de Causis lib. 2. cap. 12. Plin. lib. 15. cap. 19. de caprificatione.

Ἐπαύουσι. Hunc locum ita transtulit Plin. lib. 17. cap. 27. Caprificorum laudantur maxime nigra, et in petrosis, quoniam frumēta plurima habent; caprificatio ipsa post imbrē.

Ἀνερίαντων. Nempe σῦκεν. ut de Causis lib. 2. cap. 13. ut Plinius lib. 15. cap. 19. sic et Cicero appositum, et propinquum dicit.

Ὅτιον ἀγρίπυρος, mendosē pro ὄπτιον ἀγρίπυρος. Est uerò Aegipyrus, ut tradunt Grammatici, herba spinosa glauci coloris, foliis latis: Crataei foliis lenis. Lege Phavorinum et Theocritum Edyll. 4. ἀγρίπυρος, καὶ κρύστα, καὶ ἐυώδης μελίτερα. Vide et Comment. Aristophanis in Ramiis, ubi: τὸ Διονύσιον ἰσῖα, νομίζουσι ἀγρίπυρον (ἴ), ἀντὶ τῷ φερόν. τὸ γὰρ ἀγρίος ἔχειν φασὶ Διαιτήτριος, ἰκανῶς ἐρπύ. Est uerò Ononis Dioscori. Flus aliquando rubet extrā, aureus alioqui. κύπερον. restituo κινετήριον: de qua noce in Crispini Lexico. Hos ulmi folliculos uocat li. 3. cap. 10. Ἰ. λακώδες. Infra legendum ἀροσσοφρον ἔν.

Οἱ ἀπὸ τῶν ἀρίων πρὸς τὴν θάλασσαν. Repone, αἱ (nempe βουθήριον) et τὰς.

Ὁλιωῖται. Confer cum iis que scribit lib. 2. de Causis cap. 13.

cap. 13. in eo loco, Τὸ ὃ δὲ τῶν φωνηῶν συμφορῶν. &c.
 Porro uerbi translatio multo aptior, si uerum est palmas ma-
 res εἰναλέειν & culices gignere, quod tradit Herodotus,
 cuius uerba adscripsi supra.

Τὸν τεχνητὸν corruptè, quā scribendum sit. τὸν τε χυῖον.
 Sic & de Causis lib. 3. cap. 23. ubi, Τὸ ὃ μὴ ὀμπνίειν ὀδὴ
 τῶν θύλας φαινεῖν ἢ κερπιδόν, &c. Vnac, credo, philoso-
 phandi occasionem Plinius arripuit, ita prodens cap. 4. de
 palmis, lib. 13. Adeoque Veneris intellectus, ut coitus etiam
 excogitatus sit ab homine, ex maribus flore, ac lanugine, in-
 terim uerò tantum puluere insperso foeminis. Vbi de palma-
 rum amore multa: sicut & apud Constantinum Cæsarem
 γεωπονικῶν lib. 10. cap. de palmis.

LIB. III. CAP. I.

ΦΥΤΕΙΑΙ. Vera lectio φύ ται ἐν φεινῶ ὠσπερ. corri-
 gend. ἐν φεινῶ. Sic & apud Strabonem & Phencū
 uocat Plinius lib. 31. cap. 5. ὄται.

Lib. 3. cap. 2.

Ἄλλα πῶ ἰτίαν. Plinius sic interpretatus est hunc lo-
 cum, lib. 16. cap. 26. Ocyssime autem salix amittit semen,
 antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero
 frugiperda. Sic uerò Homerus Odysf. κ'. Μαχαί τ' ἀγχι-
 ροί, καὶ ἰτίαν ὠλεσίνια, ποί. Secuta ætas (ut ait ibid. Plin.)
 scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen
 salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. ubi
 obiter ἀχυρολογίαν nota sterilitatis medicamentum, id est,
 εἰρημακόν uenenūque, quod sterilitatem inducit. Sic enim
 & medicamentum sumitur auctore Nonio.

Ἀναξάγορας. Theophrastus Anaxagoræ opinionem re-
 posuit de Causis lib. 1. cap. 5. Lege etiam Varronem de re
 rustica, cap. 39. ubi ait, Latet si sunt semina in aëre, ut ait
 Physicus

Physicus Anaxagoras : & si aqua , quæ influit in agrum in-
ferre solet, ut scribit Theophrastus &c.

Ἐτέρωσι. scribend. ἑτέρο τι. & infra ἕτερος ἐν τῇ αὐδῆσι
πίτιδι : legend. ἕτερος ἐν τῇ ἀβύρπιτιδι. De Nesto flumi-
ne apud Plin. & Strabo.

Ἐπομβρίασι. Lege ἐπομβρίασι (id est, ἐπὶ ἀλλοῖσι ὄμβροι)
ut libro 1. de Causis. cap. 5. ubi ista repetuntur. Continens
imber totam noctem tenuit, ait Linius libro 1. ἐπομβρία
ἔχει ἄλλω κατῆγεν ἐν τῷ αὐτῷ. nempe ἐπομβρίασι. Qualis
sit hæc temporaria vis cæliq; conditio, & quid efficiat.
uide de Causis lib. 1. cap. 5. ex quo Plin. lib. 16. cap. 33.

ὑπετάλασσαι. Vide in Lexico Crispini. Ex hoc loco
dixit Plinius lib. 16. cap. 33. de Cupressis loquens, sed in
Creta quocumque loco terram mouerit quispiam: nisi seratur
alia, hæc gignitur, protinusque emicat.

Ἐν κυρίῳ. Lege Theophr. de Causis. lib. 1. cap. 5. in eo
loco, ἔτι αὖ καὶ τὸ εἰδένον, &c. Plinius libro 16. cap. 33.
Imbres aliquæ plerumque semina afferunt, & certo fluunt
genere, aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenicæ
regioni, cum primum ibi laserpitium natum est. Nata est &
sylua urbi ei proxima imbre piceo crassoque, circiter urbis
Romæ annum ccccxiii.

Libri 3. cap. 3.

Εἰ μὴ καὶ πάντα τὰ ἄλλα, καὶ τὰ ὁμοιογενῆ. Vera germa-
næq; lectio, εἰ μὴ καὶ πάντα, ἀλλὰ τὰ ὁμοιογενῆ.

Ἰππων, Scriptor agriculturæ, & quod ἅπαν dicit, solum
de arboribus intelligendum uel plantis, saltem.

Ὡσπερ. ἡμεῖς λέγοντες ex præcedentibus intelligendum.
Quem Laconismum uolui imitari.

Ὅσον. Legendum, ὡσπερ ὅσον. ut in supplemento
Græcæ linguæ docetur.

Ἔδιον hic uocat dialecticè, Proprium in quod æquè omnibus conuenit.

Lib. 3. cap. 4.

Πυγός. leg. Φηγός. id est, æsculus Theophr. cui fagus est ἄξυα. Vide adnotat. nostram cap. 9. lib. 3.

Θιλυκραιία. Plinio sanguinei frutices: nōsque uulgò cornum fæminam uocamus sanguin. De situ autem arborum. lege supra cap. 7. lib. 2. & Plinius lib. 16. cap. 18.

Λακάθη. licet infra legatur λευκάρα cap. 7. Theodor. λευκάρα. Lacatha retineo: & nisi fallor est Macaleb Serapionis, quæ in agro Veronensi prouenit, ut etiam mihi testis locupletissimus Lodoicus Anguillara, totius naturalis historiae experientissimus.

Ἄπαντα δέ. Plinius ita uertit lib. 16. cap. 18. Quæcumque communia sunt montibus planisque maiora fiunt, aspectuque pulchriora in campestribus, meliora materie crispioraque in montibus, exceptis malis pirisque.

ἰλιθχῆ. nempe lib. 1. cap. 15. ex quo loco hec deprauata restituantur.

ἐν κρήτῃ πλατάνῃ καὶ θύρῳ. Hæc necessario distinguenda: nam quercus in agro Thurino. lege supra li. 1. ca. 15.

ἐν ῥόα. Lege ἐν ῥόδῳ. Plin. lib. 16. cap. 26. Persicæ arbores in Rhodo, florent tantum. Potius Persea, uel Persiæ: est enim περσία, ἢ περσία: καὶ τὸ περσίας καρπὸν, τὸ πέρσιον uocat hic author noster. Vide infra lib. 4. cap. 2.

Lib. 3. Cap. 5.

ἀνθεῖν κακῶς dixit, & Plinius malignè uiuere.

Lib. 3. cap. 6.

ἱελόν. De his uocibus copiose in lexico Crispini. Vide etiam in uoce προπρωτός: nam hic legendum, προπρωτοῖς uel προπροπρωτοῖς. Alibi uocat προπροπρωτοῖς ἔρινα. uide in eodem lexico in uoce ὄλωθος. & in uerbo ἔλωθοφρεῖν.

A 4

ὄξυον uerto fagum. uide adnotata infra cap. 10.

Σκεπτικόν. consideratè. Plinius audacter: sic enim lib. 16. cap. 25. Nec iuniperi florent. Quidam earum duo genera tradunt. Alteram florere, nec ferre. Quæ uerò non floreat, ferre protinus baccis subnascantibus, quæ biennio hæreant. Sed id falsum, &c.

Ἐν τοῖς ἐδέοι. Plinius lib. 16. cap. 25. magna & locorum differentia. Quippe cum ex eodem genere quæ sunt in palustribus priora germinent, mox campestria, nouissima in syluis. Sed Theophrastus de arboribus loquitur: & in syluis malè: nam ἐν ὄρεσι dixit.

Τὰ ἡ ἄλλω. legend. τὰ ἡ ἄλλω. Et sic Plinius lib. 16. cap. 25. festinat & plantanus. Cetera uere cepturo, aquifolium, castanea, glandes (reponè, inglandes, καρύα enim & hic habet Theophrastus licet supra inter φρωίβλασα reponisset) serotino autem germine malus, tardissimo suber.

Κρατεία. Hec omnia conuertit Plin. lib. 16. cap. 26.

Ἐπὶ χειμῶνος. Malim, Ἐπὶ χειμῶνα, idest per hiemem, ut per uer, dicit Cato, & Plinius. Hic de tempore agitur.

Συμβάλει. Lege Plin. lib. 16. cap. 25. eo in loco, Et reliquæ quidam arbores, ut primum capere, continuant germinationem: Robur, & abies, & latrix intermittunt tripartito, &c. Et pro hoc loco atque sequenti, lege si uidetur, quæ copiosè adnotata sunt in lexico Crispini in uoce ἀλίπια.

ἄρρη ἄρρη. lege ἄρρη ἄρρη. Plinius lib. 16. cap. 25. incipiente uere, potius concepto, uel affecto. non enim ἀρχοίος uel ἀρχοίος scriptum.

Ἐπιἀλλεται. Inuersa est oratio, turbatusq; motus naturalis ordo, ob breuitatis studium: & ne fieret ἀκαρυσίος uocis iteratio. Verum sensum uolui exprimere, potius quam uerba

uerba, quod certe passim studeo, ut uitetur obscuritas. Vide quae scribit Plinius libro 16. capit. 25. in eo loco, est autem prima &c.

ὄζυς. Hic nodos significat: nec imitandus Plinius lib. 16. cap. 30. uide antea lib. 1. cap. 2.

καρπῶν. Potius δένδρον, quod malui indicare, quam mutare.

Lib. 3. cap. 7.

συνῆ. Ita legend. συνῆ, ἢ ἀμπέλω, ἢ ῥοιά, ἢ τῆς ἕλως &c. Et infra χάρα, fortasse ἄρα. nihil muto.

καλόν. Sic pulchram diem dixit Horat. formosissimum, & nitidissimum annum Virgilius & Ouid. αἶρος μαλακότης, idest cæli clementia Latine, uel indulgentia cum Virgil. & Plin.

εἶδ' ἢ. Deprauatè pro εἶξ. opponitur τῷ κινεῖ.

καρχυρος. De hoc uocabulo copiose obseruata sunt in lexico. solum hic adnotanda quae ibi non extant. τὸ καρχυρόρων δένδρον. Cachrys (non uerò καρχυρος. Nam id proprie fecundi roris marini fructus τὸ καρχυρῆος δένδρον) globosus foliorum conceptus est, qui cadit cum talium arborum folia crescere ceperint. Quibus detegitur Plinij nostri lapsus, qui sic scribit lib. 16. ca. 8. Ferunt robora & cachryn. ita uocatur pilula in medicina urendi uim habens. Gignitur & in abiete, larice, picca, tilia, nuce, platano, postquàm folia ceciderunt, hyme durans. Continet nucleum pineis similem. Is crescit hyeme, aperitur uere pilula tota. Cadit cum folia ceperint crescere, &c. In uerbis autem Theophrasti. ubi αὐταὶ γίνονται, legend. αὐτὴ γίνεται. & pro ἐτι δ' ὡσπερ ἢ, leg. ἐστὶ δ' ὡσπερ. pro ἐπιδησιως leg. ἐπιφύσεως, licet alij ἐπιδησιως, uel aliter pro ἐπιδησιως, ἐπιδησιως. & supra αὐτῶν, leg. οἱ παρ' αὐτῆς nempe κερύνηος. Infra βρυῶν

A d 3

δεις, non βοτρυώδεις. Ὁ ubi πινωδῆ, emendo πλείω δῆ
sublata distinctione præcedenti.

τριδάκτυλον dixit, quod Latine quadrantem, idest mensuram ternum digitorum, nam tripollicarem, non memini me legere.

Τῆς δὲ ἰλιδτῆς. Hic locus tum deprauatus, tum perobscurus propter affectatam breuitatem. primum ubi, πρῶτα γινώσκῃ, πάλιν ἐξ ἐκείνῃ ἢ ἑτέρα, lego πρῶτα γινώσκῃ, πάλιν ἐξ ἐκείνῃ ἑτέρα, nempe βασίλεια. Hic mihi uidetur sensus: Abietis surculi certi, (in ramo enim non plures simul unquam duobus) continui (quia bini aduersi coherent subrecta diuisura ramo in cælum tendente, nō ad latera prozono) Ὁ postea (quia talis ordo dispositioque ramusculorum alia aliam subsequitur) nam cum prima germina fissa atque dissarata, ex illis alia ex æquo funduntur atque diuiduntur. Reliqua facilia sunt ei qui abietis formā nouerit. Hæc enim discenda ἐκ τῆς αὐτοψίας.

Καὶ αὐτὸ προσηύεται τὸ ὑπάρχον. Lego αὐτῶ ἰψῆ nona accessione uel accremento protruditur iam existens atque enatum germen. Sic Ὁ infra.

Περσικῆς καρύας. Quidam malè distingunt. Est uerὸ καρύα per antonomasiam, ut nux latinis, iuglans, quæ Ὁ καρύα βασιλικὴ ἢ περσικὴ, teste Dioscoride. Aliud καρυπερσικὴ, idest nucipersica Martiali atque Palladio, nosque uulgò uocamus noix pesches quas arbores tuberes à Plinio dici nonnulli arbitrantur.

Φυόμενα. planè legend. φυτεύμενα: Ὁ olus serere dicit Plin. habesq; πῶ λαχάνων φυτεῖαν apud Constantinum Casarem in geponicis. Dicit autem euidenter sata, que in terre superficie nec profunde, ἀλλὰ ἐπιπολαίως.

Σποδίας. apud Athenæum lib. 2. corruptè scriptum σπονδίας

Ἰδὲ, exponit prunam sylvestrem, quam arborem spinum uocat Virgil. in Georgicis.

Duramq; prunam, & spinos iam pruna ferenteis.

κατ' ἐλάχιστον. Lege καὶ ἐπ' ἐλάχιστος. & infra κλήθραν λιπίας, & μελίαν.

Lib.3.cap.8.

Ἡλικον ᾠλεῖον. Hic locus mutilatus sic restituendus, ἡλικον ἴσῳ ᾠλεῖον. Nam & dixit Plinius libr.16.cap.39. Nauium malis, antennisque propter leuitatem præfertur abies. Recta igitur comparatio abiētis cum nauis arbore, cum & malus ex abiegna materia construatur.

Περὶ φέεται, idest circumnascitur cum Plin. non uerò circumnascitur, quod nondum legi, ut nec ᾠλεῖον φέεται scribitur. Infra, ὁ τὸ ὑπερέσσον, non ita accipio quasi cum stipitis diuinita fiat comparatio, sed simpliciter & ante παχύτερον delendum ἢ.

Ζῆ δὲ. καὶ δὴλον, ὅτι τὸ : scrib. Ζῆ δὲ. & δὴλον ἐστὶ τῶ. Vel perturbatus ordo uerborum, ita restituitur, ὅτι ὁ Ζῆ, καὶ δὴλον τῶ.

Θυλακώδες, quod supra lib.2.cap.ult. κνιπῆραν appellauit. Infra pro τῆς, leg. ἔτω : & pro ἀκαρπος, καρπός.

Τὸ βότρυον, idest τὸ βετρυδιον, racemulum, si Latine liceat, non uerò uiam, ut improprie conuertit Plin. lib. 16. cap.29. ubi : Inter quas laurus uias suas maximèque sterilis que non gignit aliud, ob id à quibusdam mas existimatur. Ex quibus apparet Plinium, ἢν δὲ & rectius legisse. τὸν καρπὸν. Deest ᾠλεῖον. Lege Plin. lib.16.cap.7.

Εἰροφυῖν. Scribendum esset εἰροφυῖν. Sed nec ita mendum tollitur: nam uera lectio est ὁμοφυῖν, quæ deprauata fuit propter sequentia. Πίλως, uerò quid esset, in Lexico Crispiani est expositum.

Ad 3

Πειριπυρνίε σκληρότερον. Restituo Πειριπυρνίω σκληροτέρω. Est uero hic putamen quod molles flocculos continet. Et σφαιρίων ἐριώδεις nuclei, idest, τῷ πυρρῷ locum obtinet, & ita translato dicitur non à materia, sed à figuræ similitudine.

Ἐπιβάλλον χυλῶς μελιπύριον, καὶ κῆρ ἢ ἀφὸν, κῆρ ἢ γυῖον. Ἐπιβάπτειν est intingere: unde intinctus, τὰ βλάμματα. Sed hoc loco optime per inficere exponitur. Nam illud καὶ κῆρ ἢ ἀφὸν καὶ κῆρ ἢ γυῖον solum ad uocem μελιπυρνίω refertur, quam scælici composito exposuit Plinius ita hunc locum interpretatus lib. 16. cap. 7. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, uerno tamen tempore melligeni succi (dicat alius mellei, idest, μελιτωδεις.) Gignunt & ale ramorum eius pilulas corpore non pediculo adherentes, candicantes umbilicis. Cætera nigra uarietate dispersa. Media cocci colorem habent. Apertis amara inanitas est. Vide reliqua. φύλ δ' ἄντερώνας τῶν ῥοπαῶν μαροχλίδας. Veram lectionem reposui, φύλ δ' ἐπιδοτέρω τῷ ῥαβδῶν μαροχλίδας. Infra κοιλόμυλον, non κοιλόμενον, aut κοιλόισχον, uel ἴσον. Plinius hoc præterit, nam his uerbis, Corpore non pediculo adherentes, ἀμιχρον tantum uoluit exponere. Ἐπιτετραπύρας legend. non ἐπιτετραπύρας, uel ἐπιτετραπύρας. Ἰδιον. alius fortasse ἡδύον. Ego autem nihil mutio. Et ἀνά μίτρον, coniunctim malo ἀνά μίτρον. ἀνοήτοτρον, Plin. ἀνοήτοτρον. nihil refert.

Μέλαν, καὶ ἐπιβάλλον. Quod Plinius, amara inanitas, non respondet. Hic δὲ diminutionem notat, ut in ἐπιλευκος, id est, candicans. Sic ἐπιβάπρος putricans, aut suppuridus, ut subalbidus, sed non audeo innouare. Nec uox Latina deest, nempe Rancidus, quod & Græcè τάρχος. Et τάρχος rancor, gradus est ad putredinem καὶ τῷ ἀπορίσει præsertim

praesertim in oleosis. Supra κακκοβαφεις, eleganter pro
 ως κακκοβαφεις (quod Plin. cocci colorem habet) ut de pistas
 eo dicit ipse Plinius. Torque tantum miniato in ceruice dis-
 tinctam.

Κακκοβαφεις praetulerim. Nam κακκοβαφεις, rarum uoca-
 bulum, & hic paulò minus appositum. ipse iudicabis. Vtrumq;
 tamen formam pumicis exprimit, ut Pumicosum: non uerò
 substantiam, quam Pumiceum denotat. Infra lubricus
 error, μύας pro μύασι. Culices (quò κβίττωτες, non μύασιτες)
 semel uertit Plinius lib. 16. cap. 7. Aliquandò & pumices
 gignit, nec non & è foliis conuolutas pilulas: & in folio
 rubente aquosos nucleos candicantes & translucidos, quandiu
 molles sint, in quibus & culices nascantur: indurescunt in
 modum galle. Sed nota quod dicit, Pumices gignit: quàm
 melius & signatè hic noster κβίττωτες, non κβίττωτες. In hoc
 enim potius degenerat, quàm generat. Et κβίττωτες in composi-
 tione aliquando notat quid fieri nitiosè, atque praeposterè,
 ut hic sicut in κβίττωτες, atque aliis, de quibus in Crispini
 Lexico, atque supplemento. Vide & infra in adnotatione.
 Παράθηλασι.

Expende & illud Plinij, in folio rubente. rursus illud,
 aquosos nucleos candicantes. Talia malo notare, quàm imi-
 tari.

Cap. 9.

Πλάσσοφορος. Rectè: decem enim enumerauit alia, quæ
 ferat robur præter glandem. Προσίχην, & κατὰ κβίττωτες, γί-
 νεται scriptum fuit mendosè, quàm legendum sit προσίχων,
 & κατὰ κβίττωτες, γίγνεται. Nam & Plinius ex hoc loco cap.
 8. lib. 16. Tam multifera sunt, & tot res præter glandem
 pariunt robora. Sed & boletos suillósque, gule nouissima
 irritamenta, quæ circa radices gignuntur. Et infra, Robora

ferunt & uiscum & mella; ut autor est Hesiodus. Constatq; rores mētios è cælo; ut diximus; cadentes, non aliis magis insidere frondibus. Cremati quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est.

Verfus Hesiodi.

Τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἀρρεν. Que differentia latissimè patet. Nam arboribus, imò potius omnibus que terra gignat, herbis etiam, utrumq; sexum esse diligentissimi naturæ tradunt, quod nec tacuit Plinius lib. 13. c. 3.

Ὡς ἢ τῆς αὐτῆς καὶ ὡς σωμαφαίνοντες--leg. ἢ τῆς αὐτῆς καὶ ἢ σωμαφαίνοντες. Et post γαρμῶν, deest λέξις ἔργου. Euthus nota que parenthesin includit, transferenda post τοῦ ὄρουτος.

Παραλίθωσι. Hic ὡς ut supra adnotavi in περὶ φέρν, inuersum naturæ ordinem ostendit, & aliquid uitiosè atque preposterè fieri. Ex hoc loco dicit Plinius (quàm uerò rectè hæc & alia, in Observationibus Plinianis Deo duce dicetur) lib. 16. cap. 6. Probatür & ea, cuius in balano utrimque ex longitudine extrema lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quàm cui in corpore, utrimque non nisi marri, &c. Hic Theophrasti locus: & sequentis capituli ubi φησὶ σφουδάτως βάλανος esse ait, aperte ostendunt φησὶν non esse in hoc aithore fagum: hæc enim disertis uerbis ὄζυον uocat, ut suo loco dicetur. Fagea glans nuclei similis est, & trilingula cute includitur, non autem teres est: nec unquam lapillos gignere uidetur, aut proditur. Deinde φησὶ lignum ἰσχυρότατον καὶ ἀκαπύστατον. fagi uerò non ita, uel ipso teste Plinio, qui ait lib. 16. c. 40. fagum & cerrum celeriter marcescere. Arrisit Plinio φησὶν fagus δὲ τὸ φασγῆν: cur non esculus ab esca? Esculum uocamus: escucile Itali Ischio: & Romani rustici Esculo: Hispani Enzina, qui

qui glandes eius Vellotas uocant. Sint igitur & Ἰρῦος (id est roboris in genere dicti: sic enim etiam usurpat Plinius. non deerunt qui quercum dicere mallint, sed quis author?) Genera quinque, Φηγός esculus, ἡμερίς hemeris, πλατύφυλλος latifolia, αἰγίλω cerrus, & ἀλιφλογος haliphlocos. Hemeris Ideorum siue Etymodrys Macedonum, est robur priuatim dictum: Allobroges uocant Reure: Itali Rouero. Tertium genus Aegilops Ideorum, Aspris Macedonum Latinorūque, Cerrus, est Cerro Italarum. Quartum Haliphloeos (cui crassissimus cortex, δασὺ δ' ἀλὶς κ' φλοιός) Italarum Fargno, & Fargnia. Calyci cerri tribuit Plinius, quæ huius calyci conueniunt. Quintum Platyphyllos siue latifolia, propriè: uulgò Chesne: Italis Quertia. Plinius Latifoliam etiam uocat. Aliis uerò ut Plin. ἡμερίς est quercus: quæ est Glianda Castagnola Italis, cuius & coctæ glandes edules sunt. Cerri autem echinatis calycibus utuntur insectores ad atrum colorē. Deportantur è Chio & Cypro, uocantq; Gallonās, & Valania. Cerrea glans amarißima. In Appennino, & Andium agro (uulgò Angiers) quercus perpetuò uirens (quod & Theophrast. in Thurino agro; ubi fuit Sybaris) ex genere Latifoliæ. Τῆ κελύφῃ, leg. πῶ κελύφῃ.

Φυτῖα hic, id est, planta καὶ τὸ φυτόν. Plinius lib. 16. cap. 6. dixit ex hoc loco, Hemeris, breuior, & in orbem comosa, alāsque (malo alis) ramorum crebrò cauata; legerat κοιλὸν μάχαλος, ut priore loco mihi legendum uidetur.

Περίκομος. Talis est illa roboris species quam uidi Basileæ, cuius ramorum orbis & περιφέρεια, id est, circumcurrens linea centum passus continet: quotidieque magis magisque distenditur brachiorum in orbem comosa luxurie, ac consili facilitate.

Ὁυ φύεται. rectè. Nam & Plin. Excelsissima autem ægilops incultis amica, &c.

Εἰς μήκος, id est, in longum porrecta, in hoc sensu in transversum posita dicit Plinius.

τὴν δικοδομικὴν. Alij τὴν δικοδομικὴν. Plinius, Ab hac proximè latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis, &c. Vbi ipsi ἡμερῖς, quercus.

Φάσκον. legend. cum Plin. σφαγγον. pro βραγχίσις, βρογχίσις cōparat enim pulmonis canaliculae siue fistulae, ut Aetiius σωληναρίω, id est, canaliculae siue tubulo.

Πόλιον καὶ βραγχίον. mendosè pro ὡς ῥάκιον, non ut alij τραχὺ ὄν. Pannos (sic enim legend.) arentes uocat Plin. Ne pigeat legere quae adnotauit in Lexico in uoce Βρύον, & Τρύος.

Cap. 10.

Οἱ αὖ μακ. Hic τέσσαρα dicit, & sub finem ἀλλήλοισιν. apponit, ergo rectius πέντε dixisset. Infra autem μοχθηρὰ δὲ καὶ, legendum uideatur μοχθηρὰ δὲ πλατυφύλλῃ καὶ, &c. nam supra eadem ferè dicta de latifolia: atque sic exposuit Plinius lib. 16. cap. 6.

Πλὴν τῆς χαλκεῦσι. Latifoliae hoc tribuit Plinius: atque carbone dotata, inquit li. 16. c. 7. uitii obnoxia est. Quam obrem, solidantur: carbone arariorum tantum officinis compendio: quoniam desinente statu protinus emoriens saepius recoquitur: ceterò plurimis scintillis.

τῶν ἀργείων. leg. συγγενῶν. Et infra ὕψρον malè, pro ἐρθότερον ut supra. ἀνὲ γνάθιμος, melius γινώθιμοι.

Ὀρόν. melius ὄρρον. χεῖρα ἐκκαίνει, ὅρα τὸ. Mutilatus est hic locus ita enim necessariò legem χεῖρα καὶ ἐλάπλων ἐκκαίνει, ὅρα τὸ. Confer cum cap. 2. lib. 9. Vbi, ἢ τὸ ὅλον ἐκκρίνασθαι (corrigere ut hic ἐκκρίνασθαι) ὡμύν. ἐπιθεῖται ἢ ἐλάττω ἐκκαίνειν, πλείω γὰρ ὄρρον &c. Vnde Plinius lib. 16. cap. 12. Quidam arbitrantur in montosis copia praestantiorē

stantiorem ac colore, & dulciorem fieri, odore quoque grauiorem dum resina sit: decoctam autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat: &c.

Κεκλιμένα φύλλα, id est, ad terram inclinata: languida dicit Seneca: ego pendentia & demissa dixerim, uel depressa potius quam minus surrecta: possunt esse directa & nec surrecta. Plinius cuidam lauri generi folia tribuit flaccida, id est, κεκλιμένα & languentia. Hic non rigentia exposuit: & pro ἀπαλά, uidetur legisse ἀπλά. Hæc eius dictio lib. 16. c. 10. Mas breuior, & durior: fœmina procerior, pinguioribus foliis & simplicibus, atque non rigentibus.

Τῆς γὰρ ἀρβένος dicit, quia intelligitur πεικνῆς, ἐυσπράξῆς legend. ἀσπράξῆς. opponit τοῖς σπροφομέοις. Plinius lib. 16. cap. 10. Lignum maribus durum, & in fabrili opere contortum: fœmine mollius, publico discrimine in securibus.

Βραχύ. Fluuiare dicunt Latini, quum materiarij securi disparant uenarum cursus in materia, qui κτεδόνες, siue pectines appellantur à Plinio, apud quem fluuiatam materiam λεγες & ita intelliges: & apud Vitruuium quadrifluuiis disparare de materia quæ τετραζώνος, ut in Lexico Crispini extat. nostri lignarij fabri, fluuiare (nempe ab undis fluij quas materia pectinibus representat maxime quum disparatur) uocant feuilleter. In ea casura pro pectinum ratione βραχέια, ἢ ἐυρίκης dicitur materia.

Ἀπτευκοτέρα. Vide in Crispini Lexico. & in ἐυτηδόνων δένδρα. Ἐυτηκαντέρα. legend. ἐυτηδόνων τέρα: uel ἐυτηνωτέρα. Sunt enim κτείνες καὶ κτεδόνες discursus uenarum in lignis, quos pectines uocat Plinius. Supra αἰγίδα. uide lib. 5. cap. 2. Plinius lib. 16. cap. 39. Larix fœminam (legend. fœmina) habet, quam Græci uocant egida, mellei coloris. Inuētum est pictorum tabellis immortale nullisque fissile rimis

hoc

hoc lignum. Proximum medullæ. imò est ἐγκαρδίον, id est; intestina siue interior medulla: alioqui ἀγκαρδίον scripsisset Theophrastus, aut ἀροσκαρδίον. τὰ λευκὰ uocat, quæ Plinius alburnum, & adipēs. Is enim lib. 16. cap. 38. ita scribit, Atque in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nerui, uenæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex. Proximi plerisque adipēs. Ii uocantur à colore alburnum: mollis ac pēsima pars ligni, etiā in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est materiæ optimum: &c. Vbi & de pulpīs. Καὶ τὰ κύκλω, nempe ita succincte complexus est partes omnes quæ ab alburno matricem conuestiunt, ut carnes (quibus uenæ, & pulpæ) ossa, & si quæ aliæ eiusmodi.

Συκέν. Lege Plinium lib. 16. cap. 10. ibi; Hanc mares duntaxat ferunt & eam quam Græci Sycen uocant, odoris grauisissimi.

Οὗ καίεται. Hinc errandi occasio Vitruuio & Plinio; qui prodiderunt laricem non uri.

Ταῦτα γε. leg. ἔνν.

Ἐμφανέσρον. Hic de similitudine agitur, non autem de notitia: estq; ἐμφανῆς speciem representans ὁπὸ Ἐμφανέσρον. Et infra post τὸ ἐύλον, deest ἡ ἔσρον.

Βαθέα. legend. Δυσία. Confer Plin. lib. 16. cap. 10. ibi; Tanta natalium mixtura est: sed picea minus alta quàm larix. Illa crassior leuiorq; cortice: folio uillosior; pinguior & densior, molliorq; flexu. At piceæ rariora siccioraque folia, & tenuiora, ac magis algentia, &c. Vbi πεφρακίτα, non bene exposuit algentia. ἀγμωδέσρα, scribe ἀγμωδέσρα.

Ἀν ἐμφανέσραν. Lego coniunctim ἀνεμφανέσραν. Et hic ἐμφανῆς est insignis; non uerò notus. Infra autem τὴν πῆτιω

πρω--μυραν, reponē τ̄ π̄ιτ̄αν πικραν. Et infra ubi
 ἀπυκα, lego ἀπυκότερα. alioqui planē falsa sententia.
 Confirmat Plinius lib. 16. cap. 10. in eo loco:--*et* persusa
 resina. Lignum uerò abieti similis.

Πευκὴν μὲν γὰρ. Plinius lib. 16. cap. 10. Larix ustis ra-
 dicibus non repullulat, picea repullulat, ut in Lesbo accidit,
 incenso nemore Pyrrheo. Vide Comment. Homeri Iliad. α, in illud,
 βίλος ἐχέπυκός ἐφίεις. Dixit uerò Philosophus non καυθισαῶν
 (nihil enim ustis radicibus repullulare potest: malēque Plin.) sed ὀπυκαυθισαῶν. Vbi ὀπυκαυθισαῶν
 significat, ut interdum in ὀπυκαῶν, *et* ὀπυκαῶν.

Πτέρυγας. Etiam abieti folium pinnatum tribuit Plinius
 lib. 16. cap. 10. Κυατέαις, legend. κωτέαις, non καυτέαις. Vide
 in Crispini Lexico, in uoce πτερύγας. Et hic nota φύλλον νο-
 cari non singula foliola abietis ueluti capillamenta, sed eorum
 in singulis ramulis furculisue totam seriem pectinatim dispo-
 sitam. Itaque hic φύλλον collectivē dicitur. Infra secundo
 loco pro σαλπροτέρης lege σαλπροδάτης.

Ἡ τ̄ ἐλάτης, leg. κ̄ εἰ τ̄ ἐλάτης.

Εὐχρως. Supra dixit esse εὐχρως σφόδρα. Plinius melles
 coloris exposuit, quasi legisset μελίχρως. εὐχρως autem
 est coloris elegantia, uel Ciceroni coloris bonitas. Et εὐ-
 χρως cuius contrar. ἀχρως, homo dicitur cui bonus color, uel
 qui coloratior, ut loquitur Plin, cui roseus color: à quo iam
 declinat in uitiū ὁ ἐρυθρότερος, id est, rubicundior. In Aegide
 igitur ruborem esse ostendit, sed cum elegantia atque uenu-
 state. itaque supra τ̄ ἀγίδα εὐχρως σφόδρα esse cū dixisset,
 intulit τὸ ἐπιγινόμενον ἐν τ̄ π̄υκαῖς esse ἐρυθρότερον κ̄
 τ̄ χρωσὴν τ̄ διαδός. Infra dicit ξανθὴν κ̄ εὐχρως καρπι-
 νου: ubi simpliciter pro uenusti coloris. Supra λευκόν,
 λευκόν. λευκόν hic etiam ut λευκὰ cap. preced. alburnum
 uerti:

uerti: illic rationem exposui. Λίσσων uerò (quod adhuc sequani fabri lignarij lychon uocant, ex eaque materia pixides conficiunt) ita corruptè in codice Plinij lib. 16. cap. 39. In abiete leuson Græci uocauerunt. Vbi etiam ille agidi attribuit, quæ τῷ λίσσῳ Theophr.

Ὄζυρον. quæ ἔξ ὄζυρον, ὄζυρα ἔξ ὄζυρον Hesycho, id est, fagus (supra enim adnotauimus φηγόν Theophrasto esculum esse) quam nos uulgò Fau, ἔξ Poteau, atque etiam Haistre: glandem uerò Faine. Fagea glans, quæ omnium dulcissima, nucleis similis, triangula cute includitur, contineturque ἐν ἐχίνῳ, inuolucroque, ut castanea, cæterum non hirsuto atque aculeato. Has glandes (quia fagus etiam φηγός ab alijs dicitur) arboris suæ nomine φηγός quoque nō semel appellauit Athenæus τῷ Δίπυροσοφισίας lib. 3.

Καὶ τ' ἄλλα ἢ. legend. κατ' ἄλλα δι. si scriptum mosus quispiam mutare nolit, ipsæ dissimilitudinis notæ ab authore propositæ hoc extorquebunt, uelit nolit, imò ἔξ loquendi ratio.

Δουρίδες. mendosè pro ἀγιδές. Ἐξακάνθιστον. Hic ἔξ in compositione uim habet τῷ ἔξω, negatque ἔξ absentiam rei indicat, ut in ἔξοναχίζον, quod ἔξ Plautus imitatur dicens exungulare. Ea uis præpositionis ex etiam in uerba exarmare, excalcari multisque alijs. Supra παχύφυλλον, malo separatè παχύ φύλλον hoc loco. ἔξ ἐν ἀκάνθῳ legend. coniunctim ἐνακάνθῳ. Et infra ἀκάνθωδης corruptè pro ἀκάνθωδῃ. Et ubi ἐκείνῳ malim ἐκείνῳ ut restatur ad castaneam. si ἐκείνῳ retines, intellige καρπῷ, non autem ἐχίνῳ.

Λείος hic idem ualet quod πρῶτος ἔξ ἐν ἀκάνθωδῃ. Itaque πλὴν ἐν ἀκάνθῳ ἔξ λείω dixit ἐν πρῶτῳ λείω ἔξ interpretandi gratia. Quod hirsutum spinisque horridum
ἔξ αὐτῷ

τραχὺ, cui λεῖον opponitur, estq; secunda significatio.

Κατὰ τὴν γλυκύτητα καὶ τὴν χυλόν. Quid? ita succosæ, castaneæ aut fageæ glandes? Quis succum saltem exprimit? Sed subest figurata locutio. nam ἐν δὲ δύο extulit: & hic ut sepiissime χυλός pro sapore. In exponendo sensum sequutus sum.

Ἡ μίλος. Ne pigeat legere quæ obseruauimus in Crispini Lexico in uoce Σμίδαξ.

Καὶ ὁμοίον τῇ κέδρω. Plinius deceptus uocum μίλος & μελία affinitate, fraxino tribuit quæ Theophrastus taxo. Quia dixit Philosophus τὴν μίλον folium abietis simile, & capite precedenti abietem περιόφυλλον εἶναι καὶ περιρυγὰς ἔχειν, idè Plinius erranter protulit fraxinum & ipsam pennatam (sive potius pinnatam, ut de abiete) esse folio. Deinde sic scribit lib. 16. cap. 13. Materies est ad plurima utilis. Ea quædem quæ fit in Ida Troadis in tantum cedro similis, ut ementes fallat cortice ablato.

Φαεῖν. Cautè hoc adiecit. Est enim fermè incredibile. Discernit odor in taxo uirosus, in cedro autem laudatissimus. Accenso cedri ligno ædes suffiunt, & Germani sua hypocausta, pauperiores utuntur iunipero.

Καρδίαν. Vide hic linguæ Latine inopiam. Greci καὶ καρδίαν, καὶ μελόν καὶ ἐγκέφαλον, καὶ ἐγκάρσιον, καὶ ἐντεριώνιον, καὶ μήτραν dicunt: Latini solum medullam, (nisi & mediale probas non semel apud Solinum) partemq; ligni internam intelligunt, eamque ut in sambuco fungosam. At in robore, cedro, taxo ἢ καρδία durissima, nec in meditullio, sed diffunditur. In quercu nos uulgò Grecos imitati dicimus, cœur de cheſne, quasi cor, in quo significatu, (ut nec matricem) me legere non memini. ὅτι καρδίας habes supra lib. 1. cap. 4.

Σπογγύλον,

Στρογγύλον, μικρῶν μείζων κνάμι. Bacce taxi rubentes et rotundæ sunt, pisi non autem fabæ magnitudine. Dixit uero στρογγύλον hic ἀντὶ τῆς σφαιροειδοῦς. Et hoc loco confirmatur opinio, κνάμι non esse fabam uulgarem, sed potius pisum. Quare fabam simpliciter uertere hic, et ubi de loti fructu, nolui, sed fabam Græcam, licet et ita loti speciem uocet Plinius.

Κόφρα. Nicandri interpres bis citans hunc locum dicit κολλόφρα.

Ἀσινίς. Diuersum experimur in nostro taxo, reclamantibus Dioscorides et Plin.

Ὄσρυς. Ostrya Hetruscorum est syringa arbor appellata, uisitur in horto Ducis Florentiæ cum iis notis quas assignat Theophrastus: nec deest illa fructus insignis nota, qui hordei grano similis. Flos (quod ipse tacuit) candidus, et suauiter olens. Ascribam quæ ex hoc loco ita cõuertit Plinius lib. 13. cap. 21. de infælicibus Græciæ lignis, Gignit enim arborem ostryn, quam et ostryam uocant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice, et ramis, folio pyri, paulò tamen longioribus crassioribusque, ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt: semine hordeo simili et colore. materies est dura atque firma: qua in domum illata difficiles partus fieri produnt, mortésque miseræ. Dicitur et ὄσρυς lib. 1. ca. 13. Campestris etiam esse lib. 3. cap. 4.

Ὁμοφύεα. malim ὁμοφυίς.

Πολύνια ἢ δασὶ τῆς μέσης πλευροειδοῦς, ἢ ἄλλων εὐθειῶν καὶ μεγάλων. Vera lectio, πολύνια ἢ, καὶ δασὶ τῆς μέσης (intellige ἰνός, quam alibi uno uerbo βράχιν uocat) πλευροειδοῦς ἢ ἄλλων εὐθειῶν καὶ μεγάλων, etc. Infra ἐρυτιδωμένα, scrib. ἱρρυτιδωμένα.

Ἐστὶ δὲ ἐυωδέστερον τὸ τῆς Ἰνδίας. Hic mutilatus locus ita resti

ita restituendus est, ἐτι δ' εὐωδέστερον ἢ ἢ θηλείας τὸ
 ξυλον ἢ ἀρρενος. Plinius lib. 16. cap. 14. In tilia mas &
 foemina differunt omnimodo. Nanque & materies maris
 dura, ruffiorque ac nodosa, & odoratior. Cortex quoque
 crassior, ac detractus inflexibilis. Nec semen fert aut florem,
 ut foemina, que crassior arbore, materia candida prece-
 lensque est, &c.

Τὸ ξύλον, legend. ἢ φύλλον.

Διακνηζόμενον, id est, scabendo derasus, exculptus uel
 exculptus; que uera lectio non ἀφροσύμαρον, ut coniciat
 quiffiam.

Σπερμάτια, potius notat hic uilitatem & contemptum
 quam diminutionem: quasi sit semunculum ut homunculus.
 Nec enim seminis fructus tiliæ tantula exiguitas, ut nec
 atriplicis.

Μακροτέραν, legend. μαλακώτεραν. Et hic nota fufioris
 orationis tractum, ni fallor, ἀφρόσυμαρον: Latine rotundius.

Cap. XI.

Σφενδάμνη. Acer nos uulgò uocamus Erable: & Era-
 ble madré illud genus de quo ita Plinius lib. 16. c. 15.
 de generibus aceris loquens, Alterum genus criffo macula-
 rum difcurfu, qui cum excellentior fuit, à similitudine caudæ
 pauonum nomen accepit. Idem album Gallicum uocat: &
 uiliori genere crassiuenum. Aceris primum genus (ex cuius
 materia fiunt orbes mensales aliæque eiusmodi) Italoꝝ Afari:
 Secundum carpinus, ἢ ζυγία, Opulus Columellæ, cuius
 usus ad rumpotinum, quod est arbuti Gallici genus, nobis
 Opier uel Obier, Italis Oppio. Tertium quod uocamus
 Plane: & in Paduanorum agro Pied' oca, & Platano
 aquatico.

Ξύλον. periculosa uerbi deprauatio, ut capite precedenti.

B b

necessariò reponendū φύλλον. Sic uerò τέτρανον φύλλον dixit, infra de mesphilo, id est, folium non laciniatum & rugosum, sed tentum siue explicatū & expansum uel extentum & ex=porrectum. Et χύμαθ', ut infra corruptè pro χίσμαθ'. με=σοχιδῆ. Intelligit in foliis aceris fissa non ita profunda esse atque sunt in foliis platani.

Ἀκροχιδῆσερα κ' πολύ. ἴνα ᾗ, sic emenda: ἀκροχιδῆ=σερα. δ' πολύνα ᾗ, &c. Dicit neruorum numerum folij non respondere magnitudini.

Αἰ πλείσται. κ' αἰ ξανθαὶ, κ' αἰ. corrige, αἰ πλείσται, κ' ξανθαὶ κ', &c.

Μελίας. Plinius hæc ex hoc loco descripsit cap. 163. lib. 16. Græci duo genera eius fecere: Longam, enodem; Alie=ram breuem, duriolem, fusciorémque laureis foliis. Bume=liam uocant in Macedonia amplissimam lentissimámque. Alij situ, &c. ubi quæ de fraxinis foliis subiunxit, de taxi foliis dixerat Theophrastus. Supra monui, ipsam μέλι κ' κ' μέλις historiam confudisse.

Ἐπακτανθίζοντα. τὸ δὲ ὅλον ὅπερ ἔσται τις ἀφύλλον. Substituo interea dum fidelius exemplar consulero, ὀπικα=θίζοντα (uel potius ὑποκαθίζοντα: subsident enim ac dependen=folia fraxini. pendula efficit præter pediculi imbecillita=tatem multitudo:) ἢ δὲ ὅλον κλωνα, ὡς περ ἔσται τις, μονόφυλλον.

Τῶν μὲν, nempe φύλλον & ἄπεινοτ ρας μελίς. Et λέυκας, ἢ κ' μέλις, non uerò populi.

Ἐν λόγῳ. Hic locus Plinij errorem coarguit ita scribens=tis lib. 24. cap. 8. de fraxino: Semen eius foliis inest, &c. non enim semen in eius foliis, sed in siliquis folij modo la=tis: uocantque ὑπεόλωσαν ab auis lingue similitudine. Fra=xini figuram cum pilulis seminibusque exhibemus. Arborem
autem

autem suis foliis conuestitam recteque expressam habes iam in Matthioli eruditissimis Commentariis in Dioscorid. ubi Ornum fraxini speciem esse docet.

Τὰ πλεῖστα. lege τὰ πλεῖστα.

Βυμελίαν. Hic $\mu\epsilon\lambda\iota\alpha\sigma$ auget ut in $\beta\epsilon\gamma\lambda\omega\sigma\tau\epsilon\upsilon$. intelligit ampliolem fraxinum, ex qua haste & Homeri tempore (cui strenuus $\epsilon\upsilon\mu\epsilon\lambda\iota\sigma$) fiebant, & nunc Heluetiorum illa longiss. tela que uocamus picques.

Ἐστὶ δὲ. Hic $\delta\iota\epsilon$, ut sepe alibi, in disunctione ponitur ἀντὶ τῆς ὁμοίας, non uero pro autem. ostenditur enim diuersa natura. Et infra $\mu\epsilon\lambda\iota\alpha\sigma$ corrupte legitur pro $\mu\alpha\lambda\iota\alpha\sigma$, ut supra cap. 4. ubi ista fere ad uerbum. Sic in Philosophi dictis nulla restabit contradictio.

Cap. 12.

Ἀμυγδαλὴν ὁμοίων. Hic nisi subsit codicis mendium, erratum est authoris. non enim respondent amygdali & corni folia. Et infra quod de ramis, minus uerum existimo. non enim mascule rami ita dispositi, ueram in femina.

Σαρισσῶν. Sarissas exponit Liuius hastas praelongas, esseque hastas Macedonum: nos uulgò uocamus picques. Sunt & cornes uenabula Ouidio, & ex corno fiunt optimi cunci, radiique rotarum, quod non tacuit Plinius. Infra post $\sigma\epsilon\lambda\epsilon\chi\omicron\sigma$, deest $\mu\epsilon\iota\zeta\omicron\upsilon$.

Ἀπανθεῖ. Hanc Germanam lectionem esse puto, nec uideo cur mutanda sit in ἀνθεῖ, uel ἐπανθεῖ. Vide supra cap. 6. ubi & ait τὸ θηλυκρανείας καὶ τὸν ἄερωτον esse. Quare hic ubi $\epsilon\iota\delta\iota\sigma\tau\omicron\mu\epsilon\theta\omicron\sigma$ γλυκὺς dicit, intellige de cornis maris, que ipsi $\kappa\omicron\upsilon\tau\iota\alpha$: nos uocamus cornouilles, & arborem cornouillier.

Καὶ ἐν ἐν τοῖς ἔξοις. deest $\mu\acute{\omicron}\nu\omicron\upsilon$. supra ca. 4. utramque cornum dixit, & montanam esse & in plana descendere.

Κέδρον. Est & cedrus Syria de qua lib. 5. cap. 9. Non defunt qui carpant Dioscoridem, quod hæc duo cedri genera in totidem iuniperos conuerterit: quasi non sint & duæ species iuniperi. Ex hoc loco hausit Plinius lib. 13. cap. 5.

ΥΨιλοφυές ερον ἢ ἡ ἀρκυθος. Si cedri & iuniperi in genere comparantur, semper cedri altiores: itaque non ἢ, sed ἢ scribendum.

Εὐλα. μάλλον δὲ ἢ μὲν ἀρκυθος ἔχει μικρὰν, καὶ πυκνὴν. Locus corruptissimus ita restituendus, ὕλα. μάλλον δὲ ἢ μὲν ἀρκυθος. ἔχει μικρὰν καὶ μὴ πυκνὴν. Diu diu rare materiam iuniperi confirmant ille trabes de quibus Plinius lib. 16. cap. 11. Sed hic de medulla questio.

Ὡς περ ἀβρωῶς, non absolute dixit iuniperi baccas ἀβρωῶτες esse. Meliusque si ad homines restringas. nam ut cedri baccas, id est, κεδρίδας, meles deuorant, ita turdi hyme τὰς ἀρκυθίδας auidißimè depascuntur.

Εὐώδιμον. reponere δῶδιμον.

Ἀνθηδών, que & ἀρωνία & τρικόκος Dioscoridi, Itælorum est Azzarolo (ex Arabico idiomate quo mespila Zaror dicuntur) & pomo imperiale. Σατάνειος, uel Dioscoridi σατάνιος καὶ ἐπιμελίς (diuersa ab epimelide Galeni, que Latinis unedo) setania Plinio lib. 15. cap. 20. est mespilus vulgaris quam nos neslier. Tertium genus Gallicum uocat idem Plinius quod ait degenerare, tametsi anhedoni similis sit: legit igitur ἀνθηδωνοειδής, non ut scriptam ἀνθηδοειδής.

Τὴς πυρῆνας ἔχοντα μαλακωτέρη, quod Plinius, acini molliore ligno. ubi acini & ligni uoce abutitur.

Τάτων, καὶ ξανθόν. Setaniæ tamen hoc uidetur magis conuenire. Supra αἰ δὲ ἕτεραι, legend. οἱ δὲ ἕτερον, ἐλάττω ἔσι, καὶ εὐωδέστεροι, καὶ σφυρότεροι. Et infra ἐκείνα malè προέκειντο.

Μεγίστη

μεγέθει μέλα. hic deest uox ὀρθοῦδος, sicut Cario reponenda. hanc enim mespili speciem seorsim describit.

Ἐπιρυχίδες, leg. πολυρυχίδες. Et infra ἡ τὸ ὄλον κατὰ γίσημα πᾶσι κεκαρμένον

Ἐρυθρίεται. hoc de pediculo intelligendum, licet Plinius ad folia transtulerit: Folia, inquit, antequam decidant rubescunt. Et quod ait inextirpabiles esse radices, uel addit de suo, uel longè abest à mente Theophrasti si uelit illud δυσώλετρον interpretari.

Νόσημα. hæc etiam transtulit Plinius lib. 17. cap. 24.

Τὸν ὃ ἔων. Plinius lib. 15. cap. 21. plenius dixit, Sorbis quadruplex differentia. Alius enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ouata species ceu malorum aliquibus, &c.

Φύλλον δὲ ἀμφοῖν, τὸ μὲν μίχρον μακρόν. Planè falsum, legendumq; φύλλον δὲ ἀμφοῖν ἢ τὸ μίχρον (subaudi ἐχθρὸν) μίχρον, &c. Infra lege ἀπὸ συχνῶς.

Τῆς ἰνός. folij magnus neruus qui ἔρχεται, intelligitur, cuius proportionem sorbi ramulus (in quo adhærent foliola ἐν ὡσπερ μονοφύλλῳ) ἔχεται rationem obtinet.

Ἀπὸ αὐτῶν ὑπὸ συχνῶς ἢ; lego, ἀπὸ αὐτῶν ὑπὸ συχνῶς ἢ. Intellige folia singularia quidem esse atque distincta, sed non ita mutuo distantia, quin ex parte se contingant. nam circa medium ambitum ipsa cœuant in plurimis nullo relicto interstitio.

Βραχύτερα, ἐλάττω: restitue βραχύτερα καὶ ἐλάττω, nempe φύλλα. Sic infra, πᾶσι τῶν δ, substantiuum est φύλλον, non uerbὸν ἀκρόν. Et ubi legitur μίχρον, reponendum ὄλον, id est, κλάδον.

Πάντα ἢ ἀπὸ τῶν δ in singulis ramulis folia utrinque plurimam sena, unumque in summitate. Sunt igitur omnia in

Summa tredecim, qui numerus est impar.

Καὶ βραχύτερον, scribe βραχύτερα nempe τὰ φύλλα.
Et pro μικρῶν, lege μισθῶν. est enim συζυγία πολλῶν
μισθῶν ἀπὸ μιᾶς κοίτης, ex qua flores, & inae sorba de-
pendent.

Καὶ ὁ καρπὸς, &c. usque ad πολλὰ includenda paren-
thesi. nam πολλὰ dicit, nimirum ἀνθη, non πολλοὶ ἤγερ
καρπῶν. Sic enim apta similitudo: & infra sic de flore cerasi.
Et πολλὰ ἢ ratio est, cur ἀνθος βοτρυῶδες appellarit.
Distinctiōque apponenda post λευκῶν.

Σκωληκίσρωτον, &c. Ita legendum, σκωληκίσρωτος ἔστι
ἢ δένδρον ὁ καρπὸς ἀπτεπλὸς ὡς ἔτι γίνεται &c. Ex sub-
sequenti loco dixit Plinius lib. 17. cap. 24. Et sorbus arbor
infectiatur uermiculis ruffis, pilosis, atque ita emoritur.

Αὐαίνεται γράσκον. Si inuertas numerosa erit ratio, sed
in causis naturæ ordinem peruerteris.

Καὶ ἡ μεσσίλη. Hoc in Græcia, non hic,

Στροβίλοειδὲς (ita enim melius) σχῆμα, est turbinata fi-
gura quæ metam efficit. turbinationem dixit Plinius. talis
puerorum turbo, qui est στροβίλος.

Cap. 13.

Ἰδιον δὲ κέρατος Theophrasti, est cerasi species quam
uocamus gignier: & fructus à cordis figura cœurs, uel
gignes, quæ cerasa duracina Plinio.

ἔστι δὲ μάλλον ἔτι δὲ. Atque hæc usque ad ὡς includenda
parenthesi.

Ὁμοιον τῷ δὲ μεσσίλη. Cerasus folium quidem habet
mespili, sed Setaniæ non Anthedonis, de quibus supra.

Ὅτι. Hæc referuntur ad altitudinem arboris quæ colore
eminus cernitur ob celsitatem. huius igitur σωίτια τὸ μέ-
γεθος, καὶ ἡ ῥοσίδα.

Κίςας

κίτας ἐξ αὐτῶν. Vide supra cap. de tilia, & ut ibi hic lege αὐτῶν: & infra ἐκ τῶν, non ἐκ τῶν.

Περαπέφυκε, idem quod περιφύεται, id est, circumnascitur Plinio.

ἐκιδὸν περιέληψε. uera lectio, ἐκιδὸν (id est, ἐλικουδός, quasi capreolatim, uel clauiculatim, uolutatim ^{εἰς} εἰς) περιέλειται. Hoc facile cernitur cum fiunt philurae, de quibus habes apud Plinium. Id est quod infra intelligit inquam, καὶ λιπιζόμενον (nempe δένδρον) ἕτως ἐκδέρεται nimirum ἐκιδὸν, quando desquamatur, ut & Plinius de arborum libro usurpauit. Supra dixit Philosophus tilia φλοιὸν περὶλόπον esse; cerasi uerὸ libris similem, Plinius.

Κατὰ πάχος, scribe καὶ πάχος. ὡσαύτως περιπεφυκός. Ex iis uerbis nullum aptum sensum possis elicere. At autem, corticis reliqua parte aequè arborem conseruari ac integro quo ipsa obducitur atque conuestitur. Itaque necessario legendum, ὡς αὐτὸς (nempe φλοιὸς) περιπεφυκός.

λοιπὰ, lege ut supra λοιπὰ: Et ἡ ὑγρότης, non τὴν ὑγρότητα. Infra ἰσὴν, πρὸ φλοιῶν σπριπτῶν ἐλιπόμενον, corrigo: ἰσὴν πρὸ φλοιῶν σπριπτῶν ἐλιπόμενον. Alius fortasse, σπριπτῶν, καὶ ἐλιπόμενον non uariante sententia.

Ἡ αὐτή. Si nihil intelligas, hoc futile erit & nugatorium. Sed hic κεράσι καὶ αἰγείρι comparationem accipe.

Διοσπύρω. Athenæus διοσπύρω. Est mea opinione, cerasi species quam nos uocamus cerisier, fructusq; cerises. Nucleus durus est, sculpiturque & fiunt ex eo faciei figurae ut capita puerorum atque id genus. Alius est Diospyrus arbor, cuius fructus ab Hetruscis uocatur uua d'India, id est faba Græca Plinio lotique tertij fructus.

Κρεάδες, uide supra ubi de flore sorbi.

Τοιαῦτα θαμνώδης. Scribe μὴ τοιαῦτα, θαμνώδης.

Ἀγέρω, lege ἀγέρων.

Σπαραγμὸν. Omnino legendum χ^ρσπαρμὸν. Φυλλοῦροί
ἢ τὰ τοῦ ὄλου. deest ἄμα. Non enim ἢ φυλλοῦροισιν tantum
intelligit, sed foliorum defluuium quo ramulus una exiit.
Id est quod supra dicebat in re simili de foliis sorbi: φυλλο-
βελῶν δὲ ἢ κ^τ μέρω, ἀλλ' ὄλον ἄμα τὸ πτερυγῶδες.
Ἐπὶ τῇ ἢ μ^χ κ^ρισί. Sic umbellam circumlocutione desi-
gnavit; id est, τὸ σκιάδιον, quod pediculi multiplices in
orbem diuisuræ constituunt. Dioscorides dixit, σκιάδια
πτερυγῶδη, ἔχοντα ἀνθη λευκά. Ἐπὶ βαρείαν. scribo ἰσο-
βαρείαν. Sic enim se res habet. Umbellam immergunt polen-
tæ, frigunt, gratumque paratur edulium ac salubre. hoc ob-
iter, ἔ' illud, quod aquatici sambuci distillati flores ad
frangendum calculum efficacissimum omnium remedium.

Παλεῖ, βοτρυώδ. δ. γίνεται ἢ κ^ρ. restituo, παχεῖ. βο-
τρυώδης ἢ γίνεται κ^ρ.

Τὴν ὕδασιαν, ἔ' c. Sic lege, ἢ ὕδασιαν ἢ οἰνῶδ^η τῇ
ἔ' ἀνίσι. τὰς χίρας ἢ τῶν β^ρ π^ρισί ἔ' τὰς κεφα-
λάς. Hoc postremum de ebuli acinis dixit Dioscorides, ἔ'
Plinius de acinis sambuci.

Ἰτέ. Salicis in Asia genera, inquit Plinius lib. 16.
c. 37. Nigra utilior uiminibus: Candida, agriculturalum usibus:
Tertia: Helice, breuissima. Romanis est Vimeia sine pur-
purea: Altera Nitelina: Tertia Gallica. Τῶ λευκῶ.
lego τῶ λευκῶν, nempe ἔ' φλοιόν. Et infra lege πυ-
κνότερας nimirum ἢ ἔ' δ^η.

Cap. 13.

Mεγέθος magnitudinem omnem absolutè complectitur,
sed etiam cum specie positum ad amplitudinem restrin-
gitur, ut hoc loco. Ἐυτερον κ^ρ αἰσχρόν. ἄπαντα γ^δ καρ-
δία. Libenter legerem pro αἰσχρόν σκληρόν. Nam ratio pro-
cederet.

cederet. Atque alioquin in durissima materia medulla καρδία appellatur, ut dicit lib. 5. cap. 7. ubi, καὶ ὅτι πάλαι μίτσα ἐλάτμη, καὶ αἱ τῶν σκληροτάτων ὡς δὴ τινες καρδίας κελύει. Nec mihi satis aridet illud εἶναι καὶ ἐχρῶν. Certè sic legendum hæc inuersa, & corrupta, καὶ εἶναι καὶ ἐχρῶν, καὶ ἰχρῶν. Res enim ita, nec quicquam absurdi consequitur.

Θυρώματα πολυτελεῖ. non fores intelligit, sed uel forium assamentia, uel potius cardines, id est, τὰς ἐπιφύλας τῶν θυρῶν ἢ πολυτελεῖ ὧν, ut dicit lib. 5. ca. 7. Sed ipse ibidem cap. 8. de hoc loco loquens seipsum exponit, τὰς ἐπιφύλας, inquit, ὅσα ἐπὶ ἐλάτμη ταῖς θυαῖς πλεῖναι, καὶ εἶναι. Plinius lib. 16. cap. 40. Rigorem fortissimè seruat ulmus, ob id cardinibus assamentisque portarum utilissima, &c. Νεμίζουσι ἀκαρπον. Theophrastus nihil asserit, sed aliorum opinionem producit: illique grauem iniuriam faciat, si quis ex hoc loco concludat ipsam ulmum sterilem pronunciasse. Immo dicebat huius libri cap. 1. ἐπὶ καὶ τὰ δροκίνα ἀκαρπα εἶναι ἢ ἀνείασιν ἢ πλεῖναι, &c. Et horum uera est opinio. Nam ulmi genera semen ferunt, uocaturque Samera apud Columellam, uel Samara apud Plinium. Sed Plinius lib. 16. cap. 17. ponit 4. genera, cui Attineæ ulmi non ferunt samaram, cum tamen Columella lib. 5. cap. 6. dicat Attiniam (sic enim scriptum) uinum ferre sameram. Nec in diuisione conueniunt. Ulmorum, inquit Columella, duo esse genera conuenit: Gallicum & uernaculum: illud atinia, hoc nostras dicitur. Plinius 4. enumerans Attineas, & Gallicas, & tertium (ut loquitur) nostrates, & quartum syluestre posuit aliterque distinxit. Εἰν δὲ καρπύουσι, omninò legend. καρπύουσι, ut copiosè hunc locum exposuimus & castigauimus ostenso Plinij lapsu, in Lexico in uoce καρπύουσι. Sed & idem author noster supra lib. 3. cap. 8. dixit ulmum etiam ferre τὸ

Φυλακῶδες, id est, ut alibi τὸ κωρυκῶδες. Vide Lexicon Crispini in uoce Κριπτήρα. Οὐκ ὀπισκέπτεται, non obseruatur, non animaduertitur. Sed hic uidetur habere uim impersonalis uerbi, ut Latine non obseruatum, id est, non deprehensum est obseruatione.

Εὐκαρπον ἢ μονοφύου καὶ. leg. Ἐκαρπον δὲ καὶ μονοφύου, &c. Fert fructum alnus compactili callo instar exigui strobili. Et supra cap. 6. egit de alni fructu. Errat uerò Plinius ita scribens lib. 16. cap. 26. Fructum arborum sola nulum ferunt, hoc est ne semen quidem, tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, ulmus attinia, &c. Nam he omnes frugiferae. Alni flos βρωῶδες purpurescens. Alnum uocamus Aune, Itali Alno, Alano, Aunia, Onio & Onato Hetrusci. Ὁμοιον ἐπίφ. corruptus est locus, restituendum καρύα. Nam & capite sequenti dicit nucis auellanae folium τῶν ἢ κλίττας ὁμοιότατον. Plinius alno crassissima folia tribuit. ἡλίκεν. nota hic τὸ ἡλίκεν substantiue accipi.

Σημύδα. Betulla, siue betula Plinio, quam terribilem dixit magistratum uirgis. Eius uiminibus caduntur pueri: unde nomen à batuendo (non à bitumine, licet ipso authore ex ea bitumen excoquatur) quasi batula, quæ nobis uulgò Bouleau, Italis Biola, Belula, & Bedola. Καρύα. Betula folium nucis auellanae, aut iuglandis non habet, sed accedit folium Tiliae. Sed sunt nucis permultæ species, & quedam incognitæ ut hæc de qua hoc loco. Εἰς ἄλλο ἢ ἡδὲν. Hic non agit de betulae uiminibus quæ flexibilia circulis, corbium sportis, uinculis scutisque faciendis aptissima. Est enim hæc arbor inter lentissimas.

Κολυτῖα. malim hic κολυτῖα per iota, ut differat à colytea de qua infra. Hanc coliteam arborem salicis folio, nulla ratione putant quidā Senam esse quæ colytea nec est, nec colytea de

lutea de quibus cap. 17. Πολύκαρον. potest etiam referri ad arborem: sed de siliqua mallo interpretari.

Σπάειον. cuius tamen non pauca exempla, nam ἑλλοα sunt præter κολυτέαν, κερωνία, & κερωνία, anagyris utraque, & acacia Dioscoridi, id est, ἀκανθος Theophrasto, atque aliæ ut ipsi cercis supra lib. 1. & infra colutea circa Liparam, fraxinus præter genistam & spartum, & opulus, & castia nigra.

Cap. 15.

Ἡ ἡρακλεωτική. Corylum hic uertendum, quæ & in plana descendit. Inconsideratè hoc loco auellanam quis exponat. Nam auellinae nuces siue abellinae, Ponticae sunt, id est, ποσειδά καρυα, ἢ λιπεύκαρυα. Non speciei uox conuenit hic, sed generis ut Coryli. Sed huius capituli principium quia mutilatum & corruptum, cætera ἀνακόλιθα καὶ ἀνανταπόδοθα fere omnia. Itaque sic lego, Ἡ ἡρακλεωτική, καρυα (φύσις ἢ καὶ τὴν ἀγρίον) ἀγρίος καλεῖται, τῶν τε μιδέν, ἢ μιδέ, &c. Πολύκαρον legend. πολυκαρπείν, uel subaudiendum ἔσθ). Ἐν ἡ φοραῖς. Hoc additum quia sepe coryli non πολυκαρπύ, sed in anni prouentu. φορὰν autem etiam prouentū & ubertatem significare multis exemplis probatur in Crispiniano Lexico. Πλὴν πλατύτερον. hæc tota clausula ad alnum referenda, ut patet etiam ex præcedenti c. ubi de alno non ad corylum. Γέννη ἡ δῦο, ἀμφοῖν. Sunt ergo coryli species 4. duæ Syluestres, totidémque urbanae. Πλέον ὑπὸ πλάγιον. legend. πλὴν non πλέον. & illa includenda parenthesi. Ἐν αὐτῶν non uacat, sed positum ut externa excludat, & ostendat rei substantiam: quia naturales macule, non aduentitiæ, quales etiam uisuntur in arboribus. Sed scribe ἐν αὐτῶν. Περελπίαντες. mallo per in antepenultima. Et uia quod sequitur, mutilata uox est. in te gra

integra *κδντα* ascribenda: & particula γ post *παχία* otiosa est atque obliteranda.

Ἡλικόν φακόν. Supra dicebat cum Genitivo *ἡλικόν δαφνός*. Dic igitur *φακόν*, uel *φακός*, intelligitur *ἔσι*. Plinius ex hoc loco lib. 13. cap. 6. Syria & Terebinthum habet. (Immo & Prouincia & Italia, in qua uocatur corno capra à folliculis siue corniculis non dissimilibus cornibus caprarum: item Triuente, & Paduæ Lentisco falso.) Ex his masculina est sine fructu. Fœminarum duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, &c. *Χλωρόν*. Plinius, alteri pallidus. uidetur legisse *χλωρόν*, quod pallidum (ut pallere aurum dicitur) & uiride significat. *Ευωδές ερον*. Alij fortasse *δυο δές ερον*: uel *δευώδές ερον*: quia *δείον* non *δύαν* dicat Plinius: uera autem lectio est *ευωδές ερον*, ut legit Plinius: Cum uite, inquit, maturefcit, non grandior faba, odore iucundior tactu resinosus. *Ἐπι πλάγι*. Corruptus codex Plinij, sic emaculandus ex hoc loco, resinosus. Circa Idam Troadis, & in Macedonia breuis arbor hæc atque fruticosa, in Damasco Syriæ magna. *Τερεβίνθων*. scribe *τερεβίνθων* $\alpha\gamma$ *βαβος* legend. *Ελαιάς*, πρὸς *χλωμάτι* γ *ἔρουδόν*. *φύλλα*, &c. Sic enim legend. & Plinius, flos racemosus oliuæ modo, sed rubens, folia densa. *Ἐλωυώτερον ἢ οἴνο*. Falsum si ita legas. sed deest ἢ particula ante τ . *Κορυώδης*. legend. *κορυώδης*, id est *βυλακωδης*. lege Adnotat. *Εν ἢ κωκυσι* supra cap. 14. Plinius, Fert & folliculos emittentes quædam animalia seu culices, lento remque resinosum, qui & cortice erumpit. *Πληθὺς*. Scribend. *πληθὺς ἐπιπλείον*. corrige *ἐπιπλείον*, id est, *δύαν*, ut lib. 4. cap. 2.

Ἡ ὃ παχός. Loquitur de buxo uulgari. Est enim & arborescens, ut Gallicum illud genus, quod in metas emittitur, ampli

amplitudinēque proceriorem. *Ἐν ἡγοίς.* Constantinus uerò γεωπον. lib. 11. Χαίρη ἡ καθύστερος χωρίσις, αειθαλής ὄν. Κύτωρα τοῦτον. intelligitur χωρίον. Et Plinius lib. 16. cap. 16. Buxus Pyrenæis, ac Cytoro montibus plurima. Vnde pestines, & radij Cytoriaci, id est, buxei Ouidio. Et buxifer Cytorus dicitur à Catullo. *Ἐν κύρυν.* mendā infigne. Legendum enim ἐν κύρυν. Plinius lib. citato, Crassissima in Corsica, flore non spernendo, quæ causa amaritudinis mellis. Habesque apud Seruium Corsicana mella esse amara, ob eamque causam dixisse Poetā discernens epitheto,

Dulcia mella premes.

Et *Ἐν κύρυν* dicit Theophrast. lib. 5. cap. 9. Διὸ καὶ τὸ μέλι. nempe ἐν κύρυν, quod repetendum sumendumque ἐκ τῆς κούρυν. Alioquin essent ista ἀνατιολόγητα, quum διὸ causam reddi demonstrat.

Κραταγός δ' ἐστίν, ἢν οἱ ἡ κραταγόνια, &c. Sic enim legendum. reliqua uerò corriguntur in Crispiniano Lexico in ea uoce, nec repetam. Cratægus non est Magalet uulgò, nec ea arbor quam nos uocamus Allier; sed est sorbus torminalis Plinij, de qua & Tragus & Dodonæus rei herbariæ peritissimi scriptores. *Μεσσίλη*, non nostrati & uulgari, sed Anthedoni, quam supra descripsit. Πλὴν μελίζον ἢ ἐκείνη. (Nam Plinio sorbus torminalis est, foliis pene platani) καὶ &c. *Κόψιμος*. Ita uocatur à quibusdam frutex nobis uulgò dictus Neprun, uel uerd de yescie, qui etiam uolunt uaccinium esse Plinij. Sed hic κότινος lego eum Athenæo, id est, oleaster. Est uero alius Cotinus, frutex, de quo ita Plinius lib. 16. c. 18. Est & in Appennino frutex qui uocatur Cotinus, ad lineamenta modo conchylij colore insignis. Quod de cortice intelligendum. Adhuc Appennini incolæ uocant Scotano, & Scoteno corrupta uoce: & qui siti

qui siti in Appennini radicibus, à colore roseo, Rosolo, & Rosa: Sabaudi du Fustet: Allobroges Rhu falso, sed propter usum in tinctura. Nam radicibus utuntur insectores, illisque pannum ruffo colore inficiunt, & ramis luteo. Foliorum etiam & ramulorum usus apud coriarios in repurgandis coriis, quod etiam digessit in literas Aloisius Anguillara vir exercitatissimus in stirpium historia.

Cap. 16.

Pīros. Ilices copiose in Prouincia, uulgòque uocantur yeuses, uel eoufes: chesnes verds. Παρκανθίζον. immò Παρκανθίζον, ut lib. 1. cap. 16. Videbis quæ obseruauimus in Lexico in uoce Παρκανθίζον. Κόκκος. Vide Lexicon Crispini in uoce κόκκος. Ἰξά. Hæc pudendo errore Plinius lib. 16. ca. 30. buxo affigit atque attribuit. Plurima uerò, inquit, buxus. Nam & semen suum & granum quod carthegon certè suspicor & irrepsisse hoc nomen, quòd Theophrastus supra Εικραταίης tractaret uocant, & à Septentrione uiscum, à meridie, hyphear, &c.

Σμίλακα. habetur in Crispini Lexico. Smilaces Arcadum Monspeffulani herbarij falso uocant robora. Græci adhuc uulgò dicunt Milaci, & Acylaci. Smilacis species hic secunda (quæ Smilax est Theophrasti) provenit in collibus Rhodanum prospicientibus, toto eo tractu qui à Vienna Allobrogum ad Arelatem usque porrigitur. folium spinosum non est. Φελλόδρυς. Phellodrys Arcadum, siue Aria Dorum, species est illis coccifera in agro Monspeffulano. unde quisquiliam, siue Arabum Chermes. Est Plinio Ilex aquifolia (cui ἰχία. est Aquifolia simpliciter, siue Aquifolium, id est, uulgò houx, Lugdunensibus Agron, siue Agreuon) quæ Italis Cerrosugato. Græci uulgò huius fructum uocant Acylacas. Esse autem non potest Aria Theophrasti

Theophrasti arbor illa quam ἄριον uocat Anguillara, uir in simplicium cognitione excellentissimus. Hæc Aria Anguillara (cuius hic etiam pictura) arbor est satis procera, foliis alni subtus candicantibus, supra obscure uirentibus. Flos ut fructus in umbella, albus. Fructus immaturus uiridis, maturus rubet ceraso similis. Lignum durissimum est, unde Matalo quasi Metallo in Appenino arbor ipsa nominatur: quæ à Sequanis & Aruernis Alifler, à Natuatibus Cerier, & Celerier.

Τὸν ταύτην, nempe ἄριον, non uerò ἄριον. Vide infra cap. de subere errorem Plinij.

Κόμαρος. Arbutus Dioscoridis quibusdam non uidetur esse Arbutus Dioscoridis, sed illos authores inter se conciliuimus in Lexico in ea uoce. Considerent peritiores quæ sit ea arbor de qua sic scribit Palladius in Decembri lib. ca. 4. Hypomelides poma sunt (ut Martialis asserit) sorbo similia (intelligerem magnitudine) Mediocri arbore nascuntur, & flore candidulo. Dulcedo huic fructui cum acuto sapore commista est. Omnia hæc probè arbuto conueniunt. Repugnat quod infra ait nucleis feri, & poma asseruari. Κρεμάσπας. Budæus legit κρεμάσπας. Est uerò etiam κρεμάσπας, pensilis funus simplex primum, deinde multifidus: & inde translata alia eius figura, ut coquinarium illud instrumentum quod camino appenditur ut suspensa uasa sustineat; nos etiam δὲ κρεμάσπας uocamus cremilliere κρεμάσπας item instrumentum quo mulieres appensas clauas gestant. Hæc loco autem, est pediculus multifidus ex quo fructus appenduntur.

Καρπίος δὲ πινός. Considera, nisi meministi, capitelli siue epistylij (quod & κρονόραρον, de quo uide in nostro Lexico) figuram apud Vitruuium, & hic mecum leges κρῆνον δὲ ωκεῖον. Et ut in capite fusi uerticillus, sic illud epistylum in capite

in capite columnæ. Πιπάλιεται. Plinius lib. 15. cap. 24. sic uerit: Fructus anno maturefcit: pariterque floret subnascens, & prior coquitur. uide cætera. Ἀδραχίν. legend. ἀδραχύν, quod & ostendit his Plinius lib. 13. cap. 22. Adrachnem omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba, & andrachne uocetur, unius literæ diuerfitate. Hodie etiam in Græcia uulgò uocant ἀδραχίν.

Λευκὸν καὶ περιπυμένον. Plinius, cortice non scabro quidem, sed qui circungelatus uideri possit: tam tristi aspectu est. Videtur legisse λεῖον καὶ περιπυμένον. λεῖκον: ego tamen retineo.

Κοκκυμυλίαι. nisi κοκκυμυλίαι legas cum aliis, possis κοκκυμυλίαι legere cum Plinio, cuius hæc uerba, Similis & coggygia folio, magnitudine minor. Proprietatem habet fructum amittendi lanugine (pappum uocant) quod nulli alij arbori euenit.

Φελός. quæ & ipsi ἰδίος.

Τυρρηνία. lege τυρρηνία. Est uerò Tyrrenia Tuscia Seruio Mauro, quæ & Hetruria. Sed de subere ait ita Plinius lib. 16. cap. 8. Nec in Italia tota nascitur, aut in Gallia omnino. At errat: nam sanè in utroque. Ibidem ipsius grauior error: Sunt qui fœminam ilicem uocent, inquit, atque ubi nascitur ilex pro ea subere utantur, in carpentariis præcipuè fabricis, ut circa Elin & Lacedæmonem. Quæ ex Theophrasto quidem ad uerbum, sed non φελός dicta, uerùm φελλόδρος siue ἀρίας alia arbore, quam falsus Plinius & suber esse crediãt. Nota Theophrasti dictionem ἰδιώτερα non ἰδία, & quod non μόνον ἐν τυρρηνία dixerit. facit magis peculiare, non illius loci proprium. Ἐυμίκης. Sed Plinius nõ bene, Suberi minima arbor. excusare mallo. Deest particula non, sicut & ubi legitur, cortex tantum

tantum in fructu. legendum enim tantum non. Nam, ut ait, corticis arborem φιλόν dixerunt. Allusio est ad φλοῖον.

Πακύν. Deest ἔλα. Μελίαις, falsum, & legendis ἐλάϊαις. Οὐκ αἰφύλλον, ἀλλὰ φυλλοβολῆν. Falsum & istud, nec unquam ita scriptum à naturalis historiae peritissimo Philo-
pho. Germana hæc lectio, ὅ κ' αἰφύλλον, ἄλλὰ μὴ φυλλοβολῆν. At φιλαιμηνίτης Vrianius quispiam subiiciet, in censu τῶν αἰφύλλων Theophrastum non reposuisse suberem: immò respondeo, nec alias ut κερωνία, & περσίαν quas tamen in historia eius generis esse ostendit. Τῆ ἀρχία. emendo τῆ ἀρία. nec enim aquifolium glandifera, sed baccifera. Περιαιρῶσι. Plin. lib. 17. cap. 24. Cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iuuatur. crassescens enim præstringit & strangulat. Licet admirari naturæ solertiam, quæ suberi corticis arbori & ad decorticatorem nata duplicem corticem attribuit, ut & spoliata cortice, adhuc libro conuoluta non nuda remaneret.

Cap. 17.

Κολυτρία. Colutea notissima, vulgò Baguenaudier.

Λοβοῖς. hic siliquis si dicas falsum, non enim siliquatur, sed fert folliculos siue uesiculas, id est, φύσγλας siue φυσκία & διλάκια, quæ λοβοῖ, uoce Theophrastus etiam complecti solet, ut ostendam exemplis in Supplemento lingue Græcæ.

φακόν. repono φακῶν, uel φακός. Διαφύνηται. lego ἡσφυσᾶται. Τύλη. scribendum τέλη, quod est fœnum Græcum, silicia & silicula Varroni & Plin. siliqua etiam Columelle. Κολύση. Hinc τὴ κολυτρία etymologia.

Εἶτα. hic finis parenthesis, cuius principium post τυρία.

Σχιζῆται. substitue σχιζέται. Κολυτρίαν. Quæ sit hæc Colytea querendum, non enim est sorbus torminalis, nam hæc κράταγος: nec Ornus, quæ fraxinus est sylvestris Columelle, cuius caudex leuis. Putant quidam carpinum esse uulgarem.

Πτελέας. Superius αὐτὴ μελίαις dicebat, τὰ δὲ φύλλα
 τοῦ μῦρου ὄντα διὰ τὸν αἰῶνα, πλατυφυλλὰ δὲ αἰῶνα. Quibus
 constat hanc locum depravatam esse, legendumque με-
 λίας. Nam lauri ut ulmi in foliis, quæ similitudo & con-
 uenientia? Supra αὖς δὲ. ἢ illud uaccat. Καὶ πολύνον,
 ἐκ τῆς ὀπίσθεν τῆς λεπταῖς εἰσι καὶ ρίζαις, καὶ μεταξὺ
 τῆς πλευροειδῶν διὰ τὴν μίσην καὶ τεινεσῶν. Supra c. 10.
 non dissimilis oratio quam ita castigauimus, Πολύνα δὲ, καὶ
 διὰ τὴν μίσην πλευροειδῶν τῆς ἄλλων εἰσεῖναι καὶ ἐ-
 γάλειν καὶ τεινεσῶν. Igitur hic sic corrigo, Πολύνον ἐκ
 τῆς ὀπίσθεν, τῆς λεπταῖς εἰσι καὶ ρίζαις μεταξὺ τῆς ὄσι.

Ἀλεξανδρεῖ. Et Plinius Laurum Alexandrinam & Ideam
 uocari tradit lib. 15. cap. 30. Sed dicit aliquis, si Ideæ, quom-
 odo erit Alexandrina? Sic pro Theophrasto & pro se
 respondet idem Plinius lib. 5. cap. 30. Aeolus proxima est,
 quondam Mysia appellata, & quæ Hellesponto adiacet Troas.
 In hoc tractu Idæ mons. Ipsæque Troas Antigoniam dicta,
 nunc Alexandria, colonia Romæ, &c.

Ἐπιφυλλόκαρποι, & Κεντρομύρριν, de quibus copiose
 scribitur in Crispini Lexico. Ἡ δὲ σικεῖ. Arbor ea quæ
 in monte Equebellerio cetera facellum prouenit, ea ficus esse
 creditur de qua hoc loco. Plinius lib. 15. cap. 18. de ficorum
 generib. Ideæ rubet, inquit, oliuæ magnitudine, rotundior
 tantum, sapore mespili. Alexandrinam hanc ibi uocant (at
 hoc Theophrastus non de ficu, sed de lauro) crassitudine eu-
 bitali ramosam, materia ualidam, lentam, sine lacte (hoc
 adiecit de suo) cortice uiridi (at Theophr. ἡρώμα τῆς εἰλαῖς
 αἰλίων esse ait) folio tilia, sed molli.

Περὶ μέτρων. legito περιμετρων. Κασιδιαν. Sic me-
 dullam eaduram ac solidam appellare consuevit ut cedri: fun-
 gosam uero ut sambuci, ἐν τερωίνω. De hoc Constantinus in
 supple

Supplemento Linguae Graecae. Ἄμπελος φύ. Apud Galienum lib. 7. de comp. med. καὶ τόπος cap. 4. ἀμβλος αὐτὴν planta est, id est, uua uisina, quae in Ponto nascitur, humilis, fruticosa, folio arbuti, cuius fructus rubet, saporis austeri. Adhuc in Appennino uocatur vigna dell' Orso, quam uult esse uitim Ideam Theophrasti uir maximus in cognitione stirpium Anguillara: quid uerò sit uitis Idea, docetur in Lexico Crispini in uoce ἄμπελος. Πυζωνιαίος. rectè à πυζών, ut à πῆχυς πυζωνίας. Κύαμος. nec hoc loco de faba nostrate intelligendum, sed de faba Graecae, à cuius similitudine etiam κύαμος dictus est οἰσῆς, de qua bestiola in ea uoce copiose in Crispiniano Lexico dicitur.

Καθάπερ ἢ, & cetera quae sequuntur ualde deprauata, ita repono; καθάπερ τῶν δένδρων, καὶ τῶν θαμνῶν ὁμοίως ἐστὶ (καὶ τῶν ἄλλων, ὡς περ ἐστὶν) τῶν πλειστων. Γου. hic & infra corruptè pro οἰσῆς. Οἰσῆς uerò siue οἰσῆς, τῆς ἰτέας, id est, salicis, species est, ut & Latinis salix Americana. Sed & οἰσῆς (ut hoc loco, & apud Eustathium in Homerum, quod adnotauimus in Supple. linguae Graecae, est uitex quae in ambitu nominum est, λυγροί quae & ἄγρος appellatur, quam & arborescere dixit lib. primo. Atque ex hoc authoris loco, & ex Dioscoride, uiticis duo genera leges apud Plinium lib. 24. cap. 9. Dicit autem Theophrastus, ut in arboribus sic iuxta in fruticibus diuersas species inueniri: Quae appositè arborum tractationi & fruticum in specie uarietatem subiungit. Επιπερφυρί. Purpureae uiolaceae colore ἐπιπερφυρίζειν intellige. Estque in confinio coloris nigri & albi ipse color: non uerò fuluus. quare hoc loco οἰσῆσιν nō nisi de colore nigro possis accipere. Καθάπερ τὸ φύλλον. Rei falsitas locum corruptum ostendit. facillima correctio, si τὸ articulum expungas. Nam hic folliculus

paliuri uelut folium est, sicut ἔ λέγεται ἢ μιλίας. Est igitur καρπὸς θυλακωδης, ut dixit Dioscorides de tertia rhamni specie, quæ nihil aliud est quàm paliurus hæc Theophrasti. Alij fortasse malunt, ἢ ὑπὲρ τῶν φύλλων: uel κενύπερθε φύλλων: quia paliuri fructus simul plures super folia in summitate nascuntur. mihi magis probatur simplicissima correctio. Infralib. ἔ cap. 4. alia est paliuri species. Alia item apud Athenæum lib. 14. quæ Zizyphi species quædam. Αὐτῶν ἄλλοις. Ἄειφύλλον. supra etiam in enumeratione τῶν ἀειφύλλων ῥάμνων posuit: Et sanè folia non amittit rhamni 2. species, cuius flores lutei ἔ odorati, plures ex longo dependent pediculo. Βάτυ. Κωνόρροτον est rosa sylvestris Plinio, uulgò rose lauuage. Κυνοςθατός, sentis canis Columel. uulgò Esglantier, quam ξυλίντω κύνα dixit Pythia apud Athen. li. 2. Πάτον uerò κωνόμορον uocat Galen. lib. 1. de Composit. ἡλιόδωρον Oribas. Κατὰ τόπον, ῥιζόμορος παλιν. Vide apud Plin. lib. 17. cap. 13. ut rubi propaginem docuerint. Τὸ ἢ ῥόας. Hic non τὸ μῦλον intelligit, sed κύτινον, quem fructus uoce latius sumpta complectitur. Et sanè ita est. Cynosbati enim alabastrii bulaustii similes sunt, non uerò melogranatis. Vel accipe de pomi rudimento: capitula punica dicit Celsus.

Ταῖς ῥόαις. mendosè pro ἢ ῥόαις. ἀχνώδες, ἔ apud Athen. ἀγλώδες. corruptè in utroque. nec ἀχνώδες congruit. uera lectio ἰχνώδες Nam ἔ Plinius lib. 24. cap. 14. Cynosbaton folium habet uestigio hominis simile. Apud Athen. est, ἰρυθρον, ἔ ἀεπλίσιον τῆ ῥοα. Sed ἔ co-dex mendis scætet, nec author ille quæ citat iisdem uerbis referre consueuit. Dioscorides Cynosbato tribuit folia πλάτυτέρα μρσίνης, καρπὸν ὀσμίνην, πυρῆνι ἐλαίας ἰοιόσῃ ἐν τῶ ἀπ-ἰνεῖται πυρῆνι. τὰ ἢ ἐντὸς ἐλαίας. Ob id quidam

quidam amicus legendum censebat, τὸ ὅτι λέον μύρριν ὁμοίον καὶ τῷ καρπῷ τὸ ἐν τῷ ἀχρῶδες: quæ tamen correctio, licet res sit ita, non placet. Ὁ ἀχρῶδες nō diceres Theophrastus, sed χρῶδες, ἢ ἐριῶδες.

Κατὰ δὲ πλ. repono κατὰ ληλα.

Βάπτιον τέτυ. potius τῆς, nempe ramusculis cum foliis, quibus coriarij coria, ut hædorum caprarumque pelles, lauant, non tingendi sed inspissandi gratia. Dixitq; Dioscorides τῆς βυρσοδέψας αὐτῇ χρῆσασθαι ἐν τῷ σὺν τῷ δερμάτων. Quare βάπτειν hic mergere laurareque significat, ut apud Aristophan. non uerò inficere & tingere. Semen quidem tingit, sed eius usus in opsonis condiendi causa.

Nec nego foliorum decoctum pilos denigrare. Sed de coriis agitur. Cui tamen propter λευκὰ inficere exponendum esse uidebitur, fruatur ille per me suo sensu. à me stat ratio & autoritas. Ὁ στυγας. Legend. ὁ στυγας, ut hunc locum emendauimus in Lexico. Ἐχθὰ πωλλὰ κίς. uerbum decurtant.

fuit enim ἀπὲρ χθὰ, id est, ἀποχωρεῖ, abscedit.

Κορυμῶν. à corymbis appellatio: nec tamen Plinius ita uertens lib. 16. cap. 34. mihi satisfacit: Aliis densus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui uocantur corymbi.

Ἀχρῶδες ἀφ' εὐρύθρον. Hæc distinguenda sunt. Video tamen quid hic quispiam suo iudicio subtilior philosophari possit: quod ἀχρῶδες sint ἀνθρακίς. Sed hæc carbones & nuge, & carbonaria subtilitas.

Ἐλάττω διακεχυμένον. scribend. ἐλάττω, διακεχυμένον. Plinius Selenitium uocat, cuius est minor acinus, sparsior racemus, simili modo in nigra. sic enim legi debet.

Φανερώς. potius Φανεράς. Γωνίειδ' ἢ καὶ ἐνυθμίτρεα legit Plinius rectè exponens, angulosa, concinnioraq; apud

Dioscori intelligendum γωνίωσθαι καὶ ἑυθυμεῖν, non ἑυθυμῆσαι.
 Διαλείνοισται. Hic locus quasi studio vitatus, ita restituendus: Διαλείνοισται γὰρ τινὲς Dioscori τῆς ὁδοῦ τῆς ἑλκιάς. ἀλλὰ γὰρ δὲ εἰς τὴν κίτρινον τελευτημένους. Sic habet Plinius: Distat & longitudine internodiorum (potius flagellorum, uel sarmentorum, id est, κλημάτων) præcipuè tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit. Quidam hoc ætatis esse, non generis existimant: primoque helicem esse, fieri hederam uetustate. Vide cætera.

Τελευτημένους, posteaquam adoleuerit: absoluto iam ætatis cursu: quum senuerit. nam adolescentiam senectus excipit: & sic hoc loco intelligendum esse ostendit τὸ παραλειπόμενον quod subiungit. Μικροφυλλότερα. Hic Plinius discedit à Theophrasto: dicit folia in ordinem digesta, quasi legisset τὰ μικροφυλλότερα. Ἐποικιτελευτημένους, hæc Plinius malè affixit candidæ.

Τοῖς βλαστοῖς. Mammæ non rectè Plinius exposuit, quasi legisset μεσοῖς.

Ὡς περ κατεκεκαυμένον. Reponendum, ὡς περ ἄλλαι (nempe herbaceæ species) κατεκεκαυμένον. Et ante ἐυθύς, & post μήκος, totam clausulam include parenthesi. Τῆς δὲ κίτρινου δὲ σκρίβου. & infra καὶ ὁ κίτρινος: & pro ἐστὶ, ἔχθρα.

Παραφύεσθαι. necessariò legend. ἀναφύεσθαι. Φιλεῖ, καὶ ζῆν. restituo φιλεῖ ζῆν. talis parasitorum natura.

Τῶν βλαστῶν. deest particula ἐκ.

Διαμένειν καὶ ζῆν. scriptum fuit & numerosè & naturæ ordine, ζῆν καὶ διαμένειν. Sic & Plinius, Itaque etiam pluribus locis intercisa (hic imitatio exemplar sanè superauit) uinit tamen duratque, &c. Ὁ δὲ γὰρ. hæc usque ad καὶ & includenda parenthesi pernecessaria: quod & ostendit Plinius ita conuertens, Est & in fructu differentia albæ nigreque edere:

ederet: &c. Σμίλαξ. hæc est σμίλαξ τραχέα Dioscoridis, & edera è Cilicia Plinij lib. 16. cap. 35. Ο ἴσκαρπος. corruptè pro καυδός. κλημάτα ἀκέντωδον. Tribuit etiam Dioscorides.

Μικρὸν ἀγώνιον. In Lexico Crispi. in τριγωνίσειν hæc bes censuram: legendum enim, μικρόν, ἐγώνιον. μικρὸν autem dicit edera folio comparando, alioqui satis magnum.

Νοτρήν. mendosè pro ἀγώνιον, ut dixit de sorbi folio. folium enim smilacis aspera uelut lunatum est circa pediculum latiusque ἀπὸ τῆς κορυφῆς utrinque rotundatur: unde linæ. instar quasi ab umbilico ἀπὸ τῆς μέσης nervi quattuor utrinque exeunt primum circinati deinde concurrentes in acutum angulum. ipsa uerὸ μέση lineam rectam efficit.

Τὰ ἀπὸ τῶν διακλίσεων. lego ἢ παρὰ τὰς διακλίσεις. Significat spatia & interualla geniculorum quæ foliorum distantiam constituunt; diceret in calamis μεσογονάτια, id est, internodia.

Ἰκλός. hic idem quod ἐκλίξ, id est, clauicula siue capreolus qui iuli speciem representat quam ita se conuoluit.

Ἡερινόν. restituo λειρινόν. Plinius, flore candido solente lilium. Κατακρίμασι. Hæc concludit parenthesi inchoata post ἀγρία, & finita ante παρὰ τὴν ἴσκαρπον. Ἐπίπεν ad totam hanc enumerationem extenditur ἕνα, δύο, τρεῖς, ἄλλα.

Ἰδίαν δὲ. totus hic locus corrigitur in Crispini Lexico in τριγωνίσειν.

Ἀκρόκαρπον, & infra legend. ἀκρόκαρπον. uide supra cap. 23. libri primi.

Εὐώνυμον. Hæc hunc locum emendatum in Crispiniano Lexico, in uocibus Εὐώνυμον, & Ἄναχος. Scio quosdam fusariam uilgarem τετραγωνίαν Theophrasti existimasse: εὐώνυμον uerὸ, quam Allobroges uocant des Ourles,

Herbarij Chamenerion, siue Rhododendron humile.

Ὁρδύνη. Plinius habet Ordynum. quod autem Ὁρδύνη, hunc locum tractatum inuenies in Lexico Crispini in uerbo Ὁρδύνη.

Καθαριότητα. rectè. refertur enim ad ἀποβάτων. potest etiam per syllepsin ἄρας continere.

Lib. 4. cap. 1.

KΑΛΛΙΩ. Vide supra li. 3. c. 4. Πικνὰ, ἔδ' ὠραῖαι. Hæc de materie intelligenda, quod ἔ sequens ratio com-
monstrat. Ante quum καλλίω dicebat, de totius arboris
forma loquebatur. Sic repugnantia nulla. Quæ uerò ita le-
guntur, ἀλλ' ἤμισα (scriptum fuit, ut puto, ἀλλὰ μί-
μισα) καὶ ἄλλ' αἰ πικνὰ, αἰ ἐν τοῖς πάλαισι, spiritia esse
non dubito, ἔ ἐ margine adnotatoris inepti in contextum
id negantis authoris temerè irrepisse.

Δοκίμ. hic locus restitutus est in Lexi. Crispini in τανίαι.

Πάδος. frutex quem uocant Putier Allobroges, Pades
esse creditur, ut Traupalus Sambucus aquatica siue palustris,
uulgò Obier. Sed hæc cōiectura incerta, quū nulla sit descri-
ptio. Sed hæc sine nomine, ita sanè illis incognitis adoptetur,
ἔ quæ pro derelictis habetur sint primi occupantis, ut fit quū
incerta est ἔ uacua possessio. Alia est Pades apud Plinium.
Supra μίλιος corruptè pro μίλος. > Θυία. Hæc uidetur
esse Sabina arborefcens, de qua copiosè uir laboriosus im-
primis, ἔ doctus Bellonius. Alia est θυία. de qua hic no-
ster lib. 5. cap. 5. Κυλλίνω scripsi. Est uerò Cyllene Plin-
nio Arcadie mons, non uerò promontorium. Ἰδαίαις. leg.
ἰδαίαις. Πλεῖστον ἔ. Hæc clausula inuersa ἔ corrupta sic
legi debet, πλεῖστον γδ ταύτης ἔ ἴλης καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι,
καὶ ὄλης ἐν τῇ ἰσῶ. Αναλογία. Hæc parenthesi con-
elusi perspicuitatis gratia. Πρὸς βέρραν τὰ ἴμμο τὰ
πρὸς

ἄριστος βόρρην legend. intelligitur enim μέρη. Φέρει. rectè
obseruata punctorum ratione, totam hanc periodum antea
corruptam restituiimus.

Καὶ τὰ ἐν τοῖς παλαιο. legen. Ἄλλων correxi. ἄλλως
enim corruptè legebatur. ὁλως. hic uacat. lego ὁμως.

Cap. 2.

Ἔνια. legend. ex Plinio lib. 13. cap. 7. Ἰθια. Συκάμιμος.
Est Dioscoridis & Galeni συκάμιμος, quæ & συκομοραία
Lucæ Euangel. ficus Aegyptia Plinio; uocant nunc ficum
Pharaonis, & Gieumeiz in Syria.

Γλυκύτητι. Et libro de Odorib. sic ait, κακώδη, καθά-
περ καὶ τὸ Αἰγύπτιον καλεῖται σῦκον, γλυκὺ ὄν. Et tæ-
men repugnat Athenæus, qui de Sycomoris, inquit, ὅτι
πέποννα, καὶ ἰνώδη γίνεταί.

Ἐπικνιδίη. Immo nisi & inungatur oleo, ut dicit de Causis
lib. 1. cap. 21. ἢ δὲ αὐτὸν συκάμιμος ἐὶ δὲ πέσειν δύναται,
δὲ ἰντροφίαν καὶ ἀληθὲς ὑγρότητος, μὴ ἐπικνιδίωντων καὶ
ἐπαλειφοίντων ἰλαίω τῆς καρπῶν &c. Quod Plinius non
obseruauit ita parū consideratè scribens, Scalpèdo tantū fer-
reis unguibus, &c. Τρις, οἱ δὲ ἀλενάκις. At Plinius (&
utinam non ex suo fingendo audacius) Septeno ita numerosa
partu, per singulas æstates multo lacte abundante. Subnasci-
tur etiam si non scalpatur foetus quater æstate, priorémque
expellit immaturum. Sed hoc fortasse alij prodiderunt, quo-
rum scripta non extant, uerum tamen esse non credo.

Πολύσπον. rectè, ut & legit Plinius. Dioscoridis codex
mendosè ἀελύκομον. Μηθὲν γάρ. Hæc deprauata sic
corrigere, μηθὲν γὰρ ἐτι χλωρὸν ἰσθὺς κατὰβαίνει τε εἰς
βυθόν. Plinius, Materies propriij generis inter utilissimas.
Cæsa statim stagnis mergitur. Hoc est eius siccare. Et primo
sedit, postea fluitare incipit, &c.

Ταειχίυσι. Sic cannabem mulieres maeerant, idq; vulgò uocant Rouir, quod fluuicare quidam à Plinio dici uoluerunt, sed nos supra aliud esse docuimus. Πρῶσι. separatè καρὸς φῶ.

Όσα ὑπὲρ αὐτῆ. emendo. ὅσα. Hec omnia uertit Plinius cap. 7. lib. 13. Οὐδὲνα ἢ reposui. erat ἔδει δὲ corruptè.

Κακὺμυλον. deprauate pro ὄντι μῆλον: Cui lectioni Plinij uerba suffragantur: magnitudo forbi. Κερονίαν. habes in Crispini Lexico. Ἰωνία ἢ, ἢ Κνῶδον. Ionia, Caria (in qua Cnidus) & Lycia (in qua Rhodus) sunt regiones minoris Asiae. Hic igitur deest κα, particula; quod & ostendit Plinius: In Syria, Ioniaque, & circa Cnidum atque in Rhodo. Βαρύτατον: Plinius cum uehementia odoris. aliud σφοδρότης, aliud βαρύτης. Μετεωρίζον non, μετεωρορίζον, de quo Constant. in Supplemento linguae Graecae. & infra legend. ὠραελασικόν, ut correximus in Lexico in uoce Παραελασί. Ἐποξிரαινόμω. Plinius exposuit: Plantigera imis partibus, & ideo in superficie flauescens (cōsequens hoc siccitatis) succum auferente sobole. Vbi ἀνωθεν, id est, supernè, rectè de superficie explanauit. Sed mirum quod ibidem pomū de siliqua dixerit. Ὁμοχύμων. potius ἰμοιχύμων parenthesis apposui, & punctum post ἀυξήθεις. Sic facilem uerūque sensum uideor ostendisse.

Περσέα. Hec etiam transtulit Plinius li. 13. ca. 9. Vbi & Persicam arborem uocat: Persicam uerò lib. 15. cap. 13. & à Persica in totum aliam esse affirmat. Quòd uerò dicit ibi, Persicae pomum myxis rubentibus simile, animaduersione indiget. non enim sibi constat. Καρπὸν ἢ φέρει πολὺν uide ut haec Plinius tragicè extulerit, Fertilitas ἀβία εἰ, subnascente crastino fructu. Hoc & multo plus est quàm πολὺκαρπον, & ἀεκαρπον esse.

Πᾶσα

Πᾶσαν ὠραν. subauditur κτ'. Τηθίασι. lego ἀποτιθίασι.
 Κοκκύμηλον. mendosè pro κοκκύμηλον : uel separatè κοκκί-
 μῆλον. de quo infra. Plinius hic mihi non satisfacit.

Βάλανος quid sit, habes in Crispini Lexico. Ipselib. 682
 ἑσμῶ dicit balani Aegyptiæ & Syriæ oleum minimè pin-
 gue esse. Et de amygdalis amaris ita ait, φασι δὲ, καὶ εἰς
 τὰ σπυδαία τῶ μύρων, ἀρμόττειν, ὡσπερ καὶ τὸ ἐκ τῶ βάλ-
 άνου. καὶ τὰ το ποιεῖ ἧ (nempe εἰς τὰ σπυδαία τῶ μύρων
 ἀρμόττει) κελύφῃ αὐτῶ (subaudi βάλάνων. mutauit nime-
 rum, quia non est unica compositio) ἕσσμα, εἰς τὸ ἔλαρον
 ἑμβαλλόμενα ἔπει καὶ τὰ τῶ πικρῶν: intellige ἀμυγδαλῶν
 κελύφῃ & similiter unguentis cōgruere, nimirū δὲ τὴν σί-
 ψιν, sed præterea balani putamina odoris cōcilian li gratia,
 uel bonitatis potius: nam ut ait alibi, τὸ ἧ βάλάνου τῶ αἰ-
 γυπτικῶ μύρον, αὐτὸ μὲν ἐκ ἀραν ἀναπνεῖ. μολύμηλον δὲ
 ποιεῖ τὰλλα βελτίω, etiam si tempus spectes, quia minimè
 pingue non rancefcit. Ex iis collatis constat ex putaminibus
 balani non extrahi oleum, sed ipsa tusa uel pressa in oleum
 conici, quo utuntur unguentarij odoris stymmatibusque causa:
 ad quæ oleum inodorū quod paratur ex nucleis balani inutile
 est: usurpatur tamen in pretiosis unguentis (ut ait Dioscori-
 des) sed olei loco, ad suscipiendos odores, & ut rancor
 uitetur. Hoc & utuntur Medici. Plinius lib. 12. cap. 21. de
 myrobalano loquens, quæ hic βάλανος, unguentarij autem
 tantum cortices premunt: medici nucleos tundunt, affusa
 eis paulatim calida aqua. Sic Theophrastus, Dioscorides,
 Pliniusq; cū aliis & inter se cōsentiunt, & nisi fallor ταύτη
 ὁμοιοπῆ nodus expeditur, uerūque sensus huius loci, &
 lib. de Odorib. à doctissimo omnino interprete minus intelle-
 ᾶι, eruitur.

Φύλλαν δὲ αὐτῆ ἀπὸ πλῆστον τῶ τῶ μολύμηλον. Sic autem
 habet

babet Dioscorides. βαλανος μυρική καὶ πός ἐστι δένδρον
 μυρική ἰοικότες sed μυσσίνυ potius legendum arbitror. Pro-
 pius accedit Plinius ita scribens lib. 12. cap. 21. Quo item
 indicatur ἔν γλάνδην esse arboris, heliotropio, quam dicemus
 inter herbas, simili folio. Εὐωδίας. Subaudi κέλυφος. mu-
 tauit numerum ne singulis glānibus plura putamina tribueret.

Ἄρξεν hic, ut supra ostendi, non ἀπλῶς accipiendum,
 sed πρὸς τὴν ἡγῶν ἕως πλεονάζοντων μύρων εὐωδίας. Et καὶ πρὸς
 de interno nucleo intelligendum qui fructus παραπλήσιος (sic
 enim reposui. legebatur enim παραπλήσιον, ut intelligere-
 tur κέλυφος repugnante ueritate) ἢ κατὰ μέρος. Ipsa uerὸ
 balanus καὶ πός ἐστι (ait Dioscorides) ὁμοίος τῷ λεγομένῳ
 ποσειδῶν καὶ κύβη. Plinio, fructus magnitudine auellane nucis.

Κυκλόφορον, in Lexico Crispiniano quid sit declaratur,
 ἔν hic locus castigatus. Fallitur uir ille in uniuersa simplicium
 historia exercitatus, qui prodidit κυκλόφορον Theo-
 phraستي cam arborem esse cuius pomum Arienam (sic enim
 in meo codice) uocat Plinius. Hęc enim ab ipso Cuci uocatur.
 aliāque in totum arbor est cui nomen palmę, pomo ariene,
 quam ἔν adhuc Indi Hairi uocant. Hoc palmę genus descri-
 bit pictumque exhibet Theuetus in America, sed quid esset
 apud ueteres non agnouit. Πάλλας, id est, uirgas, sed in
 palmis (ut est Cuci) palmites proprio suoque nomine appel-
 lantur, quod Grammaticorum curiosa obseruatio non attigit.
 Plinius lib. 13. cap. 4. de generib, palmarum loquens, Et po-
 mum est, non inter folia, ut in cęteris, sed suis inter ramos
 palmitibus racemosum. Idem, Mas in palmite floret, ἔν.
 De palmis loquens ipse Theophrastum πάλω appellauit.

τῷ φοίνικι. potius φοίνικος. Διαποικίλις. Addit Plinius
 ex suo ut se agnouisse probet, In eo nucleus dulcis dum re-
 cens est. Siccatus durefcit ad infinitum, ut mandi non possit,
 nisi pluribus diebus maceratus.

Cap. 3.

ἢ ὅ ἀκανθος. Ea est que ab ipso uocatur ἀκάνθη Αἰγυπία lib. 9. cap. 1. Spina Aegyptia Plin. lib. 13. cap. 9. Ἐ ἀκανθία ἔ ἴψι ubi superius ἀκανθία, non uerò κερκίς, est ἔλλοχος Dioscoridis, acacia prior que adhuc ignota. Altera Cappadociae iam multis cognita.

Ἐξ αὐτῶν. lego ἐξ αὐτῆς. Τὸ κόμμι. Additus articulus τῶ ἐξοχὴν ostendit. Ἐ hic insignis locus ad probandum τὸ κόμμι per antonomasiam positum, gummi acaciae siue spine Aegyptiae significare. Sed Ἐ iste clarior apud ipsum Theophrast. initio li. 9. ubi τὸ ἀκάνθος τὸ αἰγυπίας. ἔ γὰρ αὐτῆ φέρει κόμμι. Et infra, ὅσα δὲ ἀλιπῆ, ταῦτα δὲ ἄσσμα, παθάρπυ τὸ κόμμι, ἔ τὸ τὸ μωγδαλῆς. Galenus autem κόμμι definit 7. li. simpl. ἁπλοῶς in uniuersumque non ἐιδι- κῶς. Hoc uerò acaciae gummi lib. 7. τῶ ἔ τὸ τὸ κόμμι, κόμμι Ἐκκακίον uocat, quod alij gummi Arabicum, Ἐ Babylo- nicum, Marcellus Empiricus gummi acanthinum, Plin. li. 13. c. 11. gummi ex Aegyptia spina. Quod pro gummi Arabico in officinis uenditur, aliarum arborum miscellaneum gummi.

Ἐξ σείως malè reposuerunt, planè enim legend. ἔ σείως. quomodo manaret sine fissura saltem naturali? Sic: sine scal- pello, naturali apertione equis Ἐ mulis (ut in quibusdam obseruau) Vere ex collo sanguis effluit. ἀνελάσκει. elegantissima phrasis, cuius elegantiam Latine imitari studui. Vtriusque linguae exempla in nostris Elegantiarum libris. Sic Plinius uertit, Sed praecipua utilitas, quòd cæsa anno tertio resurgit. Hoc adnotau, ne quis politionis linguae rudior exi- stimaret, ὅσα δὲ ἰκόπη scribendum. Πλεῖστον restitue ἔ λείπει. Κοκκυμυλία, haec est prunus Aegyptia Plin. li. 13. c. 10. cuius fructus non est χυβδαλῆς Galeni, qui quorum- dam Myrobalanus flauus siue citrimus. Sed sanè illud 4. My- robalanorum genus, Emblicos uocant. Nota uerò quòd dicat

ἔλλο

ἀλλο δέ τι, ut mihi inexcusabilis hac in parte Plinius uideatur, qui spine Aegyptia non dissimilem facit. Nat. libus quidem conueniunt, & in quare praeterea?

Τὴν φύσιν. Manca oratio: deest ἢ καρπῶ. Vult comparare cum mespili pomo: quod rectè animaduertit Plinius.

σπῆλαι. hæc tragicè Plinius; lignum, inquit, in pomo grande. At sequetur mephilum habere lignum grande, quod si dixerò, meritò rideas elocutionis magisque rei ineptias.

Πτῖρῶν reposui ex Plinio. scriptū erat κερύσιον mendosè. Γὰρ legerat κερύσιον. Lege Plin. lib. 13. cap. 10.

Ἀφαιλέμεθα. ego ἀφαιλέμεθα admitto. Sed si cui arrideat ἀφαιλέμεθα, suo sensu fruatur, qui acutior ex hoc loco elicitur, si intelligat folia non in terram cadere, sed sue plante: hærendo tamen concidere uelut languida, postea uerò reparatis uiribus ea quasi emortuarcuiuiscere rursusque uirere. Sic tamen uertit Plinius, Facies enim spine folia habet ceu pennas, quæ tactis ab homine ramis cadunt protinus (illud protinus de suo adiicit, nec placet. potest esse aliter) ac postea renascuntur. Vterque miraculum conduplicat, si folio deciduo aridoque hoc contingit. Sed hic aliud intelligitur quàm dicitur: nec urgenda uerba, sed commodè exponenda. Hoc uolunt lapsis foliis alia renasci ac substitui. Ὡσανύ, ἔτε. Sic emendo, ὅσ' ἐν ἡ, ἔ ἐίτοι. τὰ γδ, substituo ἐίτοι, τὰ, sublata postrema particula γάρ. Κόρυον. uera lectio est ὀπόν. Sic enim laferpitij liquor dicitur, ut ostenditur in Lexico Crispini in uoce Σίτηιον.

Cap. 4.

Λωτῶ. Lotus hæc, est Celtis Plinij lib. 13. ca. 17. Italarum Perlaro sue Bagolaro, & Bergomatib. Romiglia, nobisq; Alisier. Πελάδης. mēdosè pro κερύσιον δέ uel κερύσιον δέ. Sed hic error etiam irrepserat Plinij tempore: sic enim uertit, Intisina folio crebriores, alioquin ilicis uiderentur.

T

Τὰ μύρτα παρὰλλοι, πικρὸς ἐστὶν ἴσθ', &c. Ea germana lectio, cui suffragatur Plinius. Sed non dissimulabo me hanc notam in nostra Loto desiderare. non sunt enim ut myrti fructus παρὰλλοι, etiam si gemini pinguntur nonnulli.

Πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθός, id est, ἐυστύμαχος, ut in ea uoce hunc locum uidere poteris expositum in Crispiniano Lexico. Aliud est ἐυκοιλίος. Ἡδύων ἢ ὁ ἀπύρνος. & Plin. melior sine interiore nucleo. Hæc Lotus secunda frequens in Sabaudia: fructus uocant Ambrozelles, in Provincia Amalenches, & arborem Amalenches. Κε-
 ρεῖδαι reposui: in impresso fuit κρεῖδαι. Alia est Lotus Pol. bij apud Athenæum lib. 14. arbor spinosa, foliis rhamnii paulò longioribus & latioribus, fructu cum maturuerit coloris puniceæ, intus nucleo paruo, &c. Quas notas omnes illius loti in Zizypho Cappadociae, non uerò communi & uròana, reperies. Παλιύρος. Hæc Paliurus Africana, de qua ex Theophrasto Plinius lib. 13. cap. 19. non est agrifolium, siue aquifolia, id est, ἀγρία huic authori diuersa δὲ δὲ ἀγρία ex ilicis genere, potius est zizyphus syluestris: fructus, syluestres iulubas uocant. Veram Africæ Paliurum describit ita Ioann. Leo Africanus cap. de Zarfa, Spinosa arbores, quarum fructus Rabich uocantur Arabicè, cerasis minores, zizyphis similes serè sapore, &c. Τὰς κείρας. lege τὴν κείρα, uel potius τὴν κείρα: & κείραδας intellige. Sic enim fructus cedri.

Πικρὸς ἢ ἐγὼ εἰς σπυροδιόμυρον, καθάπερ ἢ ῥοζίς. Ergo edulis est fructus paliuri huius, sed non agrifolij baccæ. Plinius ex hoc loco, Cyrenaica regio loton suæ postponit paliuro. Fruticosior hæc fructuque magis rubens (non malè, licet Theophrastus Loti prioris fructum rubere ante maturitatem tacuerit. rubescit enim. dicebátque idem Plinius totum fructum esse tunc colore croci.) cuius nucleus non simul manditur.

ditur: iucundus per se (id est fructus sine nucleo) atque sua-
 uior è uino, quin & uina succo suo commendans. Hæc adduxi
 ut Plinio succurrerem immeritò hic culpato à uiro alioquin
 eruditissimo, qui etiam fallitur, quum censet in Theophrasti
 codice mendam subesse, quia scriptum sit καθαπερ ἢ ῥοαίς,
 nec enim ἢ πυρῆνα tribui punicis. Atqui legat ipsum au-
 thorem lib. 2. de Causis cap. 9. ubi disertè ait punicam καρπὸν
 ἄγειν πυρῆνῶδην. Et in distinctione punicorum lib. 1. ca. 9.
 eiusdem operis dicit, quòd quædam ἀπύρνηοι καὶ καλλίκοκκοι,
 nolo pluribus.

Ἐυσυχες. Alij εὐσυχες. integra lectio εὐπαχες, id est,
 bene crassum, siue præcrassum ut Plinius. Μετὰ τὸ καθαρον,
 κάρουον ἀντι ἢ πυρῆνα alibi sumi obseruauimus: & hic
 μέγχα legend. Ὀξύνειν restitui. erat ὀξύνειν. Vide Plin. lib.
 13. cap. 17. de Loti uino. Eis ἢ τὰς αὐτὰς legi prorsus
 debet, uis ἢ τὰς αὐτὰς etiam Plinij autoritate iustisque
 aliis rationibus quas in Lexico Crispiniano inuenies in fine
 obseruationis huius uocis λωτός.

Ἀλικὸν & ὄντων muta in ἀλικὸν & ὄντα si uideatur: nam
 mihi ut scriptum, uisa est non modo tolerabilis, sed etiam
 elegans oratio. Τροπιδίας. hic locus exponitur in Lexico
 Crispini in uoce τροχαλία. Βάθνη quidem sunt alti-
 tudines etiam Ciceroni: sed si ad uerbum effossas altitudines
 conuertas, malè salsus & nasutior aliquis rideat, quòd in
 altitudinem excauetur terra, non uerò altitudo. Idem mollius
 exprimere studui sensu authoris seruato; nec enim necesse
 uerba admetiri, & sua cuique lingue proprietates, cuius ob-
 seruatione interpretes astringitur. hæc simul & semel liceat
 excusare. Ἐν τῇ μὴ ὁμείνῃ. Sic passiuè Complutus di-
 citur à Solino. πλὴν μὴ ὁμείνῃ ἢ Διόνης, perpetuò si-
 tentia Africæ dicit Plinius lib. 10. cap. 73. ubi uidebis quæ-
 dam huius loci, ut quòd, In Africa maior pars ferarum
 æstate

estate non bibant, inopia imbrum, &c.

Ἡ τετάρτω. Exemplo sunt cameli, de quibus Plin. li. 8. cap. 18. Sitim & quadriduo tolerant: implenturq; cum bibendi occasio est, & in præteritum, & in futurum, &c.

Ταύτα. potius τινά. Ὁφείων. uidebis Plin. li. 10. ca. 72.

Ὅνον ἐστὶν reposui. Videbis in Crispiniano Lexico huius loci expositionem copiosam, & correctionem in uoce ὄνος.

Δῆλον ὅτι substitui pro δηλονότι necessaria distinctione uocum. Κίτλον. Hæc conuertit Plin. li. 16. cap. 34.

Καὶ τὸ ὄρι mallo legere, ut lateat ante exceptionem negatio, quod acutius Plinius intellexit. Εἴτε μὴ εἴη. Hoc uulnus sic obligabo, donec sanetur inuentione melioris codicis, Ἐσεφαναμένος κίττω καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιὰ ἐπορεύετο τὸ Διόνυσον μηνι μύρις. τῶ δὲ ἄλλων (intellige τὴν Ἀσίας χωρῶν) μὴ εἴη ἐν Μηνία μόνον. Θεμελίεν γὰρ αὐτῶ ὃ ἡ Δοκεῖ, &c. Hanc lectionem tuetur Plinius lib. 16. cap. 34. Vbi tamen ipsius errori tribuendum puto, quod dicat Harpalum idētasse in Medis, quum Theophrastus aliter.

Τὰ ἐκ. potius τινά ἐκ. Μῆλον τὸ μνησκόν. Totus hic locus exponitur, & emendatur in Lexico Crispini in uoce Κέδρος. Ἀπίος hic ἀντὶ τὴν ἀρχαίαν, ut apud Plutarch. in Problem.

Lib. 4. cap. 6.

Ὁπιθάλαμον, καὶ τὸ ὀποινάμωμον. restitue βάλαμον, καὶ ὀπός, καὶ τὸ κινάμωμον. & infra φιλόφυλλα emendauit, legebatur manifesto errore φυλλόφυλλα.

ἐξήτη. lege; ἐκζητεῖ, uel ζητεῖ, id est, φιλεῖ, hoc loco ut & querere usurpat Plinius, quod & exproscere dici possit.

ἐλατήριον. esse debuit ὁ σίκυος ὁ ἀγριός; ἐξ ἧ τὸ ἐλατήριον. ἄντιλλοι, ut infra dicit lib. 9. cap. 15. Nam quid succus in herbarum censu? & infra ante σχεδὸν, deest χαί. ac ῥιζοῦ μέρη non solum de radicibus accipiendum puto,

D d

sed latius de herbis in genere que leguntur ad usus medicos, sic τὰς βοτάνιας ἱεροῦ μὲν Hippocrat. ut & latius patet ἱεροτόμος, & ἱερομία, id est, herbarius, & herbaria nempe ars. In summa ipse uerborum contextus ostendit, non ita arctis finibus uocem restringendam esse. Φαρμακώδεις βοτάνια, dicuntur herbe medicatæ Pli. siue medicamentose Cætoni: & φαρμακώδεις χώραι, ut dicit Cicero, medicamentorum salubrium plenissima terra. ἀντικειμένους legito. Μάλλον. cautè & consideratè aduersus reprehensorum pruriginem. hic enim loquitur ὡς ἄντιπύλον, & de odoribus, non de odoratis simpliciter, aut de iis que peculiariter ἀρωματῶ appellanti. r. ἐν ᾧ τῷ πύλονι ἀρωματῶ, & ἄλλοι, & ἄλλοι. certissima lectio, ἐν ᾧ τῷ πύλονι, ἀρωματῶ. Et sic planè infra cap. 17. ubi solum pro πύλονι, scriptum ἀρωματῶ. De Panticapæo habes apud Plinium bis in cap. 12. lib. 4. Et rursus sic inter cætera lib. 16. cap. 32. Circa Bosphorum Cimmericum in Panticapæo urbe, &c. que sunt huius loci. satis mihi locum adnotasse: ito in rem presentem. τῷ φέρειν. subauditur aliud membrum, ἢ μὴ φέρειν. Sic ipse sepius. Ταῦτα ἐν οἴκῳ, intelligitur κάρυα. Vide in dict. κάρυον in Crispini Lexico. Μακεδονίαν. deest μόνον ἐχθρῶν.

Cap. 7.

Προσπεφυκῆσαι δὲ ὡς περὶ λεπάδες. Sic & coralliorum frutex prouenit, item salix marina, quarum & hic figura. Plinius lib. 25. cap. ult. ex hoc decerpit, sed censura eget, quum indistinctè tradit in alio nasci quercum & abietem, quas Theophrastus προσπίπτεισιν dixerat. Πυγμαλίων. rectè, sic & supra pro πύλονι. Ζώνη ἑνία (ἢ κατὰ τὸ πύλονι ἀρωματῶ πύλονι ἀρωματῶ τινῶν ἰδίων) & ἐν τέττοις (subaudi ὁπρῶτοις) διδύμοις οἱ ἐνίστοι, &c. Sic de prauatus locus sanari potest. ἀπαλλατῶσαι. legend. ἐπαλλατῶσαι, id est, uariantes & alternantes. ἀκαίματι, uide ἀκαίματος

ἀκανος in nostro Lexico ὄρθαι, nempe δροφύσεις : Ἐ
ἐκείνη, nimirum φύλλα τῶν σόγκων, quæ ad terram infle-
antur per orbem, ut quis putet ex parte esse fracta. ἐπεὶ
τῶν γε. mira breuitas quæ mihi diu tenebras offudit. Ergo sic
plenius ἔ lucidius : ἐπεὶ ὁ φοινῆξ ὁμοία τις σόγκοις τῶν γε
διότι τῶν φύλλων ἵκεν ἢ μέγαν γε καυλόν. Vt sonci tyra-
sus ἐ foliorum orbe medio exurgit, sic palmæ marinæ stipes.

Τέτων (nempe ῥαξιδων ἢ τῶν δροφύσεων) καὶ τῶν καυλῶν.
repone καξιδων. quomodo καυλός de palma ? Σέλεχος certe.
nam βραχυσέλεχος ipse esse asseruit. Πλουσία. in Crispini
Lexico ἀπλουσία legendum ostenditur : quasi illotaria, ut
finxit interpres apud Aristotel. δρολυθιέμια. Plin. lib.
13. cap. ult. Extra Herculis columnas porri fronde nascitur
frutex, ἔ alius lauri ἔ thymi, qui ambo ciecti in pumicem
transfigurantur.

Cap. 8.

Ἐπάνω κόπτε. Lege Plin. lib. 13. c. ult. Et ex punge τῶν
ῥυθρῶν καλαμίνης. ἐν τῇ θαλάττῃ. locus mutilatus,
ἔ sic restituendus, ἐν τῇ θαλάττῃ ῥυθρῶν καλαμίνην
διένδρα τινα φύεται. Vide Plin. Τῶν φύλλων legend. τῶν
φειλῶν. Δειδρύφια. Habes hic corallium, nomen tantum
deest. lege Plin. ἔ attende quod ait, ignibus diu repugnāt.

Συγλάνη. repone συγκρήνη.
ἐν τῇ τέτων. potest intelligi δραμύτων, sed melius si
pro ἐν legas τῶνδε. ἔ ante τῶνδε deest ἔτι : rursusque pro
ῥυθρῶν scribend. ῥυθρῶν. ut ferrum inardescens inpro-
prie uertit Plinius candet ferrum ἔ ignescit potius quam
ardet. Συμβάινε scribend. συμβάειν. Καρπὸν δ' ἄλιον
ἔλα. Plin. Baccæ ut oleis, periculosa imitatio. Περσίδα.
Hæc conuertit Plinius lib. 12. cap. 9. ubi incipit, Genes
supradictas, ἔ c. Συμπεριμέναν. uera lectio συμπεριμέναν,
id ex Suid. συμπεριμέναν. Et Plinius, Pomum amygdalis

420 ANNOTATIONES
extrā, intus contortis nucleis.

Cap. 9.

Τὰ μὲν πρὸς ἡμῶν. pro τὰ scribend. τῆ. Leges Plin. lib. 12. cap. 10. τὰ λευκοῖα, πλὴν ἀσάμων. Sic & Plinius lib. 12. cap. 11. Δένδρον. reponē. Δένδρον. Hic mihi quispiam Philosophetur naturā eius stirpis excutiens, quæ rosa Hierico appellatur. Διεπισύχθαι. lego διεπισύχθαι: & infra pro συμαίνειν, scribo σημαίνειν, non συμμίει. Item pro ἐγχωρίως ἐγχωρίως. Αἱ φυλλορῖνοι. Locus mancus sic legi debet: τὰ μὲν ἐνθάδε πάντα εἰ φυλλορῖνοι. Plinius, Nulli arborum folia ibi decidunt ἀ καὶ. potius ὁ καὶ. Λοχμαῖον. de his in Crispiniano Lexico adnotatum est copiosè. Πάπυρος. Dicitur etiam ἡ βύβλος, de qua Herodotus in Euter. lege Plinium lib. 13. cap. 11. Ex scapis papyri sunt elegantissimi baculi, trigoni, incredibilis leuitatis, extrema argento includunt. Folium quod uidi palmo latum erat, non multum carnosum sed fungosum: cum complicarem, ἡ ῥάχis siue spina dorsi lata & robustior mihi uisa, & exiguorum uncinorum asperitate armata. In ambitu folij tamen nulli aculei: nec utrinque acuta acies qualis est caricis & butoni: & his alioquin in cæteris non admodum dissimile est.

ὑπὲρ δέκα πῆχαι. Ergo non rectè Plinius, decem non amplius cubitorum longitudine.

Τέτρες δὲ ἀναδιδωσι καὶ πολλὰ μέρη. Ait illos papyri scapos siue thyrsos (quos παπύρος uocauit) multifariam distribui. Nam præparabantur ex eis chartæ, diuisis acu in prætenues, sed quàm latissimas philuras, ut testatur Plinius.

αὐτὴ & ἔχει mutabis in αὐτῆ & ἔχουσι: hic enim de ligno radicum. Τίναται ἡ ἐν σὺρία. dicit καὶ. Plin.

Καὶ τέτι τὸ μέσημα legend. Φύεται ἡ καὶ ἕτερον. Hæc planta nulla alia esse uidetur quàm σπατιώτης Dioscoridis, & stratiotis Plinij lib. 24. cap. 18. Alia est tamen illa aquatica planta

planta uiridissima & maxime foliosa, quæ pro illa ostenditur. Circa finem sic lego, (σημαίνει ἢ ὡσπερ ἀπὸ φέρεται, nempe se ruptis utilem: quia uelut abrupta aquis defertur) ἕτερα ἢ ἐπ' αὐτῶν: uel αὐτῶν, τὰ πλείω.

Cap. 13.

Πλόκιμον. Plinius legit πλόκιμον: sic enim li. 16. c. 36. Characiam uocabant crassiorē firmioremque, plotiam uerò subtiliorem, hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis expatiantis lacus.

Συμπεπλεγμένος ἢ ῥιζαίς. Hunc radicū implicitarū nexum alibi ταρρῶν uocat, ut ostenditur in Crispini Lexico. Et Columella uolens illa duo Theophrasti uerba καρμινῶδες ἢ ταρρῶδες exprimerē, sic dixit lib. 4. cap. 2. de uitis radicibus, Hæc autem, quæ toto prostrata corpore cum inferius solum quasi cancellauit (quod à cancellis, id est, καρμινῶν) atque irretiuit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis, angitur. Et supra cratem facere, id est, ταρρῶδες.

Δικεῖ, melius ἰδοῦν. Et infra διετῆ, malim διετεῖ, uel διετῆς. Μείναντα. leges ἢ μείναντες, subaudi ἰδατος.

Ζευγίτης. de hoc habentur multa in Crispini Lexico. ὃ δὲ ἀν. repones ὅτ' ἀν. Διαφέρει, & infra ἔχει mutabis in διαφέρειν ἢ ἔχειν. hæc enim adhuc ex præcedenti aliorum narratione pendent. Et hic notabis Bombyciam esse, eam de qua sic scribit Dioscorides, ὃ δὲ τις τῆν υἷον, ἐξ ἧς αἱ γλωτταὶ τῶν ἀυλοῦν καὶ ἀσκουάονται. Ζευγίτην. Vide in Lexico Ζευγίτης. Ἀντιγενεῖς. Plinius hæc conuertit, & Antigenem uocat. sed est culpa librarij. De hoc tibicine permulti, ut Cicero, Valer. Max. Gellius, Suidas. Κατασάματα rectè dicitur in eodem Lexico. Attende uerò Ζευγίτην ἢ ἀυλητικῆς nomine complecti. Συμφωνεῖν ἢ πᾶς γλώττας τὰς ἐν ἢ ἀπὲρ μέσογονατίς, τὰς ἢ ἀλλὰς

(sic enim legend.) ἢ συμφωνίῳ. Que mihi sanè non uidetur
 assecutus esse Plinius, ita conuertens: Sed tum ex sua quan-
 titate tantum harundine congruere persuasum erat. Sed esto, in-
 tellexerit: at parùm est elocutus. Nisi Græca legeris, hoc
 nec possis diuinare. Τίς τας muta in γίγαστας. adhuc alio-
 rum est narratio, non ex authoris persona. Interpreti dili-
 gens adhibenda cautio, ne narrationem permutet in senten-
 tiam, id est, sepe, in contrarium.

Κεφίσις ἢ μίλαρος. Leges Plin. lib. 2. cap. 105. Vbi,
 in Bœotia annis Melas oues nigras, Cephisus ex eodem lacu
 profluens, albas, &c.

Χύρσι. Sic uocantur hæ uoragines à forma ollarum. talis
 locus occurrit primo die Geneua Lugdunum proficiscentibus:
 uocant uulgò le pont aux oulles, id est, pontem ollarum,
 de quo ni uacillat memoria, etiam Cesar.

Σύριγλα. Plinius calamum uocat, & syringiam, utilissi-
 mum fistulis, quoniam, inquit, nihil est ei cartilaginis (sic
 enim hic ξύλον exposuit) atque carnis. Dicitur à Diosco-
 ride σύριγλας. sed eius mendosus codex. nam ubi σούρι-
 γλας, debet esse ἐλύριγλας, quod Interpretes ex Theophrasto
 & Plinio obseruare potuissent.

Ὁ ἵ σερπός, καὶ συμπληρὸς μικρὸς δῆ. sic enim legend.
 Est uero hæc arundo siue calamus etiam sagittalis. Vocatur
 σερπός à Dioscoride. Basileæ interno dium uidi in ædibus Do-
 ctoris Theodori medici & Philosophi eruditissimi. Obser-
 uauit medulla plurima repleti, minimum fungosa: totamque
 compactam & solidam esse. Ictus eius ut lignei baculi. Eius
 generis fuisse credo, qua Seruatoris caput struebant. Sic enim
 Matth. Euangelij cap. 27. ἔλαβον ἢ κλάμον, ἢ ἔτυπεν
 αὐτὸν ἢ κεφαλὴν αὐτοῦ. Typhæ perquam leuior percussio: sed
 sceptri instar pamicule. Viram uoles, nihil impedit religio.
 Ex hoc loco dixit Plinius, Est alius crassiore ligno, & tenui
 foramine

foramine (debut intus apponere τ Ἐφνείας ἐνεα: Hunc totam fungosa replet medulla. Ergo noſter Plin. μανός erit; qui igitur ναός ἢ Σερός ἐμικρὸς δεῖ συμπληρῆς.

Δόναξ. Donax, ἢ arundo Cypria Plin. Eſt Latinorum canna, quæ eſt arundo de gener graciliórque ſi comparetur, Columel. paluſtrem, longam, craſſam, tremulámque uocauit Ouid. apud quem fiſtula ſeptem cannis compacta. Nos uocamus uulgò canne, ἢ cane. Ex ea mulierum colus. Habes de cannetis apud Pallad. ut de arundinetis apud alios.

Διαφίρεν. Plinius, Quoniã ἢ hec differentia eſt, multum preſalata arundine quæ in ſiccis proueniat. In quo diuerſus ab it Theophrasti ſenſu uerbi ambiguitate deceptus, non perpenſo contextu uerborum. nec enim ſcriptum, ἢ ἐν τοῖς ὑδασι φουμένε.

Ἄυτὸς ἢ. lego κωλὸς ἢ. Inſra leges σκέψαός ἢ καὶ τῆτο. Ἐπίγειον. Hæc eſt arundo obliqua Plinij, quam (niſi mendoſus codex) Elegiam uocari tradit. Ου λοχμώδεισ In Criſpini Lexico hic locus exponitur. Vide Λοχμῆς.

Ἐκείνῳ. Examines Plin. ubi de Indicis loquitur. metuone quid ex hoc loco illis affixerit. non leuis ſuſpicio ſi conſtetas ſingula. Et notabis eas arundines Indicas, non illas eſſe de quibus lib. 24. cap. 11. ut oſtendam quum de calamo aromatico dicitur.

Παντός. melius πάντων quàm πάντες.

Σχοῖνος. Vide Criſpinianum Lexicon. Τέτυ. Dioſcorides ſic habet, μαχύτεροι ἢ ταύτης οἱ κάλαμοι, ἐμ σαρκωδέσεροι. Plinius lib. 21. cap. 17. ex hoc authore dixit, Craſſior hic ἢ fruticosior. Sed Ἐρεός alind quàm fruticosus, id eſt, θαμνώδης. Lego autem τέτων. φαίνεται mutabis in ἐφείετο. Οἱ καρποὶ. non, ſed οἱ καρπιμοί.

Κόρυμα. ita caſtigatur ex poniturque in eodem Lexico in uoce Κορύμη. Et pro ὄλωσ malium ὄλος. Nam ἢ de holo-

schæno tradit Plinius, quòd fructum ferat ouorum coheren-
tium modo. Et infra γραμμῶδ' legend. non γραμμῶδ' est.

Ἀστέρικα. corrupte pro ἀστέρικα. De Asterico herba sine
perdicio & herba urceolari habes apud Plin. lib. 22. cap. 17.
Et infra ῥοίνα, leges ἰφυροίνα. διὸ τ' κεφαλῆς ῥοίνα
καθίεται. Hæc uerba non percepta à Plinio, ipsum in gra-
uissimum errorem pertraxerunt. Sic enim accepit, quasi
iuncus demisso cacumine seipsum propagaret: quod & alio-
qui falsum est. Hæc eius uerba: Nascitur autem is, quem
marem appellamus, ex semetipso, cacumine in terram dea-
fixo. Non intellexit radicis partem bulbosam (si hoc & ra-
dicis nomine uocandum) κεφαλὴν appellari, ut in cepis om-
nibusq; quæ κεφαλῶριζα, & κεφαλῶραρῆ uocat Theophras-
tus, ut lib. 1. cap. 10. Et quòd ἀνωθεν infra ponitur,

ad iunci cacumen referri non potest aut debet,

sed ad radicis partem supernam

bulbosam & capi-

tatam.

F I N I S.